









EX LIBRIS
ESCORNALBOV



Eduard Hoda

1913


RESPVBLICA
et
STATVS
IMPERII
ROMANO-
GERMANICI.
LUGDUNI BATAV.
Ex officina Elzeviriana. A° 1634.
Cum Privilegio





Sereniſſimo Principi

CAROLO LVDOVICO

Comiti Palatino ad Rhenum, S. Romani Imperii Principi Electori, Duci Bavariæ.

FACIENDVM non putavimus, Sereniſſime Princeps, ut inter tot aliarum gentium reſpublicas, ſola imperii Romano-Germanici diutius reſtaret; cum præſertim videremus, in hoc Principum & bellorum æſtu, quibus univerſa pene Europa in partes ivit, omnia eò collimare. Florentiſſimum enim pridem imperium, & quod omnium felicitatem provocabat, miſerrimè jam divexatur. Quæ initia ejus, qui progreſſus,

fines, ſcire ei intereſt, qui cum judicio & fructu in horum temporum hiſtoria volet verſari. Niſi inſtructi hoc præſidio, paſſim hîc cæcutimus. Tantum ſcire hic nihili exiſtimamus: quod quivis è plebe poteſt. Magna & illuſtria ingenia, &, ut verbo dicam, ſeculo ſuo majora ad præterlapſam ætatem ſæpius recedunt, ut de ſua melius poſſint judicare. Non aliter atque illi, qui tranſilire foſſam volunt, ab ea decedunt paululum, ut majori impetu ferantur. Proinde Germaniam nunc damus; Vaſtiſſimam quidem regionem, totam interim imaginem illius hoc libello ſic complexi, ut nihil ſupereſſe exiſtimemus. Plures quidem alii in hoc argumento ſunt verſati; ita tamen, ut aut mole nimia, aut perverſo ordine laborarent. Quorum hoc tenebras legentibus offundit; illud autem faſtidium ſolet excitare. Ad quem autem juſtius recurreret hoc opus, quam ad te,

Sere-

Serenissime Princeps, qui & avitas tuas ditiones, & maximas dignitates, Electoris & Vicarii imperii, legere sic poteris & numerare. Quid quod in hac urbe, illa Musarum & æternitatis sede, ad quam tot viri Principes, tanquam ad mercatum bonæ mentis ablegantur, illustre ingenium illis studiis dederis, quibus magni animi supra alios se solent promovere. Neq; enim ignorabas, heroïcas præsertim & generosas mentes ad propriam cujusque virtutis naturam ultro provocari. Verum nisi doctrinæ quodam succo irrigentur, tantum abest ut quidquam honestè producant, quin quidquid in illis erat nativæ virtutis, vel in ipsis incunabulis statim extinguatur, vel sensim evanescat. Vidimus Te, vidimus modestiæ singulare exemplum, quod rarum, sed magnum in tanta fortuna bonum. Capacem Te magnitudinis, cui natus es, jam à puero ostendisti. Maxima quæ-


ma quævis promisisti omnibus, & præstabis. Habes majores tuos, tot magna nomina, quæ & dignitatum & virtutum in te transmisêre hereditatem. Magnum hoc incitamentum, quod illustres, & illas non de vulgo animas impellit, accendit, inflammat. De te tamen majora expectamus, quia sequeris. Licet enim tibi majorum tuorum bona eligere, & nova, ut ille loquitur, cumulare. Deus Opt. Max, ille Principum & Imperiorum Stator, te tibi, tuis, & fortunæ tuæ æternum servet. Vale, Serenissime Princeps, & hoc devoti animi nostri, atque splendoris tui monumentum habe. cIↃ IↃcxxxiv. Lugduni Batav.

Celsissimo Nomini tuo

æternum devoti

B. & A. Elsevirii.

Lecto-




LECTORI S.

Ecce tibi, amice Lector, accuratissimam totius Germaniæ descriptionem, historiam, inprimis autem quæ ad statum Politicum spectant. Operam dedimus, ut nihil desiderares, & quam accuratissimè omnia prodirent. De Germania antiqua nihil hic dicendum putavimus; cum in Nova tantum versemur: illam autem accurate vir Clarissimus Philippus Cluverius descripserit. quæ ex editione nostra prostat. Quidquid in auctoribus, qui hoc argumentum sunt persequuti, pro instituto nostro occurrebat, huc transtulimus. Nonnulla etiam vir illustris, & maximis in Germania dignitatibus functus suppeditavit. Eo autem

ordine digesta hæc sunt, ut brevi hoc libello & omnia, & facile cognosci possint. quod in prolixis aliorum voluminibus desideramus. Si quis omissum aliquid existimet, symbolas suas conferat, quas Tomo tertio, si vitam Deus & otium fecerit, inseremus. Vale, & instituto nostro fave.

CATA-



CATALOGVS IMPERATORVM OCCIDENTIS IMPERII.

An.Chr.		imp.an.	mens.
801.	CArolus Magnus.	42.	
815.	Ludovicus Pius.	26.	
841.	Lotharius.	15.	
855.	Ludovicus II.	19.	10.
875.	Carolus II. Calvus.	2.	2.
877.	Ludovicus III. *sive* Balbus.	1.	6.
879.	Carolus III. *sive* Crassus.	8.	7.
887.	Arnolphus.	12.	
900.	Ludovicus IV.	12.	

An. Chr.		imp. an.	mes.
912.	Conradus I.	7.	
920.	Henricus Auceps.	17.	
935.	Otto Magnus.	36.	
974.	Otto II.	10.	7.
984.	Otto III.	17.	
1002.	Henricus II. *sive* Sanctus & Claudus.	23.	5.
1024.	Conradus II. *sive* Salicus.	14.	
1039.	Henricus III.	17.	7.
1056.	Henricus IV.	49.	10.
1097.	Henricus V.	19.	
1124.	Lotharius Saxo.	13.	
1138.	Conradus III.	14.	
1152.	Fridericus I. *sive* Barbarossa.	38.	
1191.	Henricus VI.	7.	
1199.	Philippus.	9.	3.
1208.	Otto IV.	19.	2.

1212. Fri-


An. Chr.		imp. an.	mēs.
1212.	Fridericus II.	38.	
1251.	Conradus IV.	3.	5.
1255.	VVilhelmus Hollandus.	9.	
1273.	Rudolphus Habspurgensis.	17.	9.
1292.	Adolphus Nassavius.	6.	
1298.	Albertus Austriacus.	9.	9.
1308.	Henricus VII.	4.	9.
1314.	Ludovicus Bavarus.	32.	
1346.	Carolus IV.	32.	7.
1379.	VVenceslaus.	22.	
1400.	Rupertus Palatinus.	9.	10.
1410.	Sigismundus.	26.	8.
1438.	Albertus II.	2.	
1440.	Fridericus III.	53.	
1493.	Maximilianus I.	25.	5.
1519.	Carolus V.	37.	
1556.	Ferdinandus I.	7.	

1564. Maxi-

An.Chr.		*imp.an. mēſ.*
1564.	Maximilianus II.	12.
1576.	Rudolphus II.	34.
1612.	Matthias.	7.
1619.	Ferdinandus II.	



SERIES



SERIES OPERIS.

TOMO I

Continentur.

I.

DESCRIPTIO GERMANIÆ GENERALIS

CIRCVLORVM IMPERII

PRAECIPVARVM CIVITATVM.

II.

CORPVS STATVVM IMPERII.

III.

HISTORIA TRANSLATIONIS IMPERII

IMPERATORVM SERIES

VITAE

RES GESTAE.

To-



TOMO II
CONTINENTVR.

I.

IMPERATORIS ELECTIO
CORONATIO
POTESTAS
OPES.

II.

REGIS ROMANORVM
INSTITVTIO
ET
POTESTAS.

III.

VICARIORVM IMPERII
ORIGO
ET
POTESTAS.

IV. ELE.

IV.

ELECTORVM IMPERII

INSTITVTIO

POTESTAS

SVFFRAGIA

SERIES.

V.

COMITIORVM IMPERII

SERIES

IVS

SVFFRAGIA

POTESTAS.

VI.

PRINCIPVM IMPERII

DIGNITAS

IVRA.

VII.

AVREA BVLLA.

VIII.

CAPITVLATIO CÆSAREA.

IX. RI-

IX.

RECESSVS IMPERII.

X.

CONSTITVTIO DE PACE PVBLICA.

XI.

CAMERA IMPERIALIS.


XII.

IVDICIVM AVLÆ CÆSAREAE.

APPENDIX

DE FOEDERE HANSEATICARVM CIVITATVM.

I. De-



I.
DESCRIPTIO GERMANIÆ GENERALIS.

De situ & limitibus Germaniæ.

Sita est Germania in Europa, cujus etiam regio maxima & amplissima habetur, secundũ Aventinum. Ab cæteris regnis Europæ Germania olim sic discreta fuit: ad occidentem Rheno: ad meridiem Alpibus: ad orientem Vistula in Polonia: ad septentrionem mari Balthico. Sic vetus Germania Danubio, Rheno, Oceano, Vistula & Carpatiis montibus conclusa finitaque fuit. Verum hi termini postea dilatati sunt, & hodie extenduntur multò latius in hunc modum: Ad occidentem attingit Mosam in Belgio & aliquanto longius protenditur: ad meridiem Alpes; ad orientem Vngariam & Poloniam: ad septentrionem Oceanum Germanicum. Estq;

circumferentia ejus fermè 465 milliarium Germanicorum, quæ expeditus diebus circiter 93 peragrare & conficere poteſt.

Apparet ex Iulio Cæſare & Tacito Germaniam veterem fuiſſe diviſam in pagos, hoc eſt, tractus fluviis, ſeu rivis inter ſe diſtinctos. Pagos verò complexos eſſe villas, oppida, burgos.

De nomine Germaniæ.

CErtum & omni approbatione dignum eſt Cornelii Taciti teſtimonium de Germanis, quod non aliunde in Germaniam influxerint, ſed indigenæ ſint, hoc eſt, in ipſo ſolo Germaniæ nati. Nomen verò Germaniæ & Germanorum apud ſcriptores vetuſtiores non reperitur. Vſurpatum eſt verò pro eo vocabulum Thuiſconum & Teutonum. Tacitus diſertè ait, appellationem gentis Germanicæ recentem eſſe. Etſi enim Germaniæ populi multò ante extiterunt, nominibus tamen peculiaribus & diſtinctis appellati ſunt, alii Cimbri, alii Teutones, alii Suevi. Apparet non multò ante Iulium Cæſarem Germanos nominari cœpiſſe, quando ſcilicet ad Rhenum uſq; progreſſi Romani, primùm eos ſub imperium ditionemque ſuam ſubjungere conati ſunt. Ex quo Romanis inviſum fuiſſe

Ger-

Germanorum nomen Strabo lib. 8. arbitratur.

Unde Germani Tuiscones appellati sint.

A Tuiscone Tuiscones esse nominatos nullum est dubium. Tuiscon verò Deus terrâ editus à nonnullis fuit habitus, propter ignorantiam veræ originis Germanicæ gentis, nempe à Noamo & ejus posteris. Tuiscon enim Germanorum parens, Gomeri filius, Iapheti nepos, Noami pronepos fuit. Est autem Tuiscon idem qui Ascenas, vel Aszenes, quem Moses Genes. 10. in genealogia Noami recenset. Præposito enim articulo Germanis usitato fit, *der* Ascenes, commutatisque paucis literis, & demta ultima syllaba Tuiscon. Ascenes porrò ignis sacri Sacerdotem denotat. Ex quo nominati Germani cultores sacri ignis cælitus delapsi, hoc est, veræ religionis jure habentur. Indeque nata sunt nomina *Asch* à victimis, scil. Item *Hildebrand*, *Herebrand*, hoc est, *Ehrenbrandt*, & id genus alia. Natus est hic Ascenes sive Tuiscon anno post diluvium 130 collocatusq; à proavo Noamo in eam orbis terræ partem, quæ est inter Tanaim, pontum Euxinum, & Rhenum, autore Beroso. Ita primus Germanorum Rex factus Tuiscon non tam gentem suam

quam regionem ipſam identidem dilatavit, & verſus Boream extendit. Leges quoque condidit, ut jure æquabili regerentur ſubditi, & ne quid ad Dei cultum, diſciplinam & virtutem deeſſet, providit. E vita exiit anno mundi 1964. cum in ſextum annum Babylone regnaret Semiramis.

Unde Germani nominati ſint Teutones.

TEutonus, vel Teutanes, vel Teuto, vel Dieth, Germanorũ rex fuit IX. vel ut alii ponunt X. Ab hoc Teutones appellari cœperunt primũ populi inter Viſtulam & Albim habitantes. Poſtea idem nomen ad omnes Germanos tranſlatum eſt, ut Teutones promiſcuè vocitarentur, quod ex commentariis Iulii Cæſaris, ex Floro & Paterculo cognoſci poteſt. Hinc Teutonici etiam dicti ſunt, qui ſacrum ordinem in Livonia ſectati ſunt. Videtur autem nomen Teutoni ex germanica voce *Deuten*, quod eſt interpretari ſeu declarare, natum eſſe. Fuit enim inſtar Mercurii, à quo præcepta benè vivendi, recteque intelligendi multa obſcura, Germani acceperunt.

Unde Germaniæ aut Germanorum nomen ortum ſit.

GErmanorum nomen alii latinum eſſe putant, quo ſanguine junctus, verus

verus seu γνήσιος significetur. Ex quo Germanitas dicitur sanguinis communio seu fraternitas. Id quod versibus expressit Cunradus Celtes:

Germanos vocitant Itali, Graci sed ἀδελφούς:
Quod fratrum soleant inter se vivere more.

Et revera antiquitus Galli simul & Germani communi nomine Celtæ seu Galatæ fuerunt dicti. Alii Germanos quasi totos viros seu viriles nominari existimant. Quomodo Gerartus etiam dici videtur quasi totus durus. Aliorum opinio est, Germanos olim Hermanos fuisse appellatos, hoc est, viros militares, commutata aspiratione *H* in latinum G.

Unde Germani sint nominati Alemanni.

EAdem videtur esse origo & vis vocabuli Germanorum & Alemannorum: illa tamen vetustior, hæc verò recentior est. Vt enim Germani toti viriles, sic Alemanni omnino nobiles & ingenui viri sunt nominati, per epenthesin literæ e, quasi Almani, vel per syncopen quasi Adelmanni. Vtraque appellatio fortitudinem arguit, ut bellatores eos fuisse intelligatur. Apparet fuisse populum ex gentibus variis mix-

tùm, Suevis, Boiis & Marcomannis. Ac primum quidem consederunt inter Rhenum, Danubium & Mœnum. Bella gesserunt cum Romanis Imperatoribus Constantino & Iuliano, Rhetiam & Sequanos invaserunt, tantumque effecerunt, ut Romanis ultra Alpes fugatis, regionem eam quam Suevi hodie, vel superiores Germani incolunt, obtinuerint. Hi enim primi Alemannorum nomen gesserunt. Ex his patet Germanos primùm Tuiscones vel Tuiscos, deinde Teutones seu Teutos, tum demùm Germanos, tandem etiam Alemannos esse vocatos.

De populis Germaniæ.

PLinius lib. 4. cap. 14. recenset quinque nationes seu populos Germaniæ, Vandalos, Burgundos, Varinos, Hermiones, Hermunduros, Pencinos. Tacitus tres nationes Germanicę gentis enumerat, Istevones, Hermiones & Ingevones. S. Hieronymus tres cõmemorat nationes primarias, Saxones, Francos & Alemanos. Franci quidem infra Rhenum & Mœnum: Saxones trans Albim: Alemani verò inter utrosq; consederunt. Ac Alemani quidẽ complexi sunt Suevos, Cheruscos & Chattos. Franci verò Chaucos & Chamannos. Orosius 54. Germaniæ populos

pulos numerat, quorum nomina tanto intervallo à memoria nostra remota sunt, ut ne applicari quidem satis ad appellationes nobis cognitas possint. Et autorũ mirabiliter inter se pugnat interpretatio. Cujus quidem obscuritatis & discrepantiæ caussa alia non est, nisi quod rerum Germanicarum scriptores non Germani, sed Latini fuerunt, qui Germanica vocabula neque rectè intellexerunt, neque enunciare potuerunt.

Mores Germanorum.

MOres boni apud Germanos plus quam alibi bonæ leges valent, inquit Tacitus. Hos igitur magna cura & constantia coluerunt ac retinuerunt veteres Germani. Matrimonia inprimis tanquam nervos œconomicę administrationis diligenter custodiverunt. Ac primum quidem serò, ætate jam firmata, mares fœminis juncti sunt. Semel verò initum conjugii fœdus sanctè integreque servarunt, violantes verò illud severitate summa coërcuerunt. Licuit enim marito deprehensam in adulterio uxorem abscisso capillo inspectantibus cognatis, nudam per vicos urbis agere ac cædere. His verberibus si non succubuit, in infamia vitam reliquam contrivit, nec

alteri nubere ei conceſſum fuit. Extat epiſtola Bonifacii ad Edoaldum Angliæ Principem, in qua narrat, ſi qua virgo aut uxor vitiata fuit, eam laqueo ſuffocatam & combuſtam fuiſſe, ſupra buſtum verò ſtupratorem eſſe ſuſpenſum, vel à caſtis mulieribus in omnibus oppidis compunctum, donec expiravit. Dos vel dotalia munera non à ſponſa ad ſponſum ferebantur, ſed è contrario à ſponſo ad ſponſam, non quidem aurea aut precioſa, ſed boves & equi cum ſcuto & enſe. Quibus ſignificatum eſt, non immunem à militiæ laboribus fore ſponſam, ſed ſociam tam domeſticarum quàm militarium operarum. Liberos ex ſe natos ipſæ lactabant & educabant matres, aſſuefaciebantq; ab ineunte ætate ad labores & moleſtias perferendas. Ac ut plus roboris acquirerét, infantes in aquam gelidam immergebant. Quod hoc diſticho expreſſit Sidonius:

Excipit hic natos glacies, & matris ab alvo
Artus infantum molles nix Cimbrica durat.

Nazianzenus & Claudianus laudant Celtas, hoc eſt, Germanos qui ad Rhenum conſederunt, quòd infantium indolem in Rheno explorarint:

Et

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Permiserat Tuysco Germanis, ut si fortè suspicio esset infantis ex adulterio nati, maritus illum clypeo suo impositum in Rheno aut alio profluente collocaret, ac si enataret, pro legitimo; sin mergeretur, pro spurio eum haberet. Victu simplici & minimè lauto aut delicato contenti fuerunt. Separatim cibum sumserunt in sua quisq; mensula & lance. Compotationes tamen probro nulli datæ sunt: quanquam neque vinum, neque alia exotica, quibus effœminari possent, importari siverunt, ut Cæsar lib. 4. belli Gallici scribit. Sola cerevisia sese oblectarunt, qui aquam non biberunt. Vestitus similiter tenuis fuit, quem sibi quisque ex pellibus boum consutis conficiebat. Hospitalitatem apprime coluerunt, ut non solùm benignè acciperent peregrinos, liberaliterque tractarent, sed à vi etiam & injuria omni defenderent. Vsuras magno animo contemserunt, nec ferè aliter quàm merces commutando negotiati sunt. Domus humiles extruxerunt, nec oppida ampla aut firma condiderunt. Mortuos cum armis, quandoq; etiam cum equis exusserunt. Ploratum quidem

citò, mœſtitiam verò tarde depoſuerunt. Literarum atque artium ſtudia nulla apud veteres Germanos fuiſſe hoc Taciti teſtimonium comprobat: Literarum, ait, ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorabant. Apparet ex Iulio Cæſare, qui literas ac tabulas in caſtris Gallorum, Helvetiorum & Bavarorum Græcis typis ſcriptas invenit, uſitatum fuiſſe Germanis omnia literis Græcis ſcribere. Quo autē tempore coli literę in Germania cœperint, & artium ſcientiæ tam latè diſſeminatæ ſint, poſtea in urbibus ſingulis indicabitur.

Militia Germanorum.

GErmani, inquit Iovius, veteri militiæ laude conſpicui, Martium decus Romanis gentium victoribus ereptum ſtabili diſciplinæ ſeveritate feliciter tuentur. Quod conſentaneum eſt Taciti illi elogio, quod libro 13. annalium poſuit: Nullus mortalium, ait, armis aut fide ante Germanos eſt. Hi conſulturi olim de bello, in conviviis liberè ſententias dicebant, tum duces eligebant, qui autoritate ſcientiæ rei militaris & animi magnitudine cæteros anteirent. In bellum euntes, viros comitabantur parentes, uxores, propinqui, hortabanturque ut fortiter dimicarent, & ſi fortè interficerentur,

ſe

se debita laude eos ornaturos esse, spondebant, imagines ferarum in bellum portabant, autore Tacito lib. 20. annalium.. Ad prælium ubi ventum est, contenta voce hymnum Herculi cecinerunt, tunc hostem adorti acerrimè pugnarunt: pedites quidem contis longis ferro brevi munitis, equites verò scutis coloribus lectissimis distinctis, & lanceis seu frameis, pauci loricis aut cudonibus muniti fuerunt. Iaculis præterea usi sunt pedites, quæ in longinquum proiicere potuerunt. Scutum abiicere flagitiosum fuit habitum. Discedere aut fugere ex acie nemini absque ignominia perpetua licuit. Malebant utique viribus quàm armis, virtute quàm astutia præcellere. Itaque militari laude gentes reliquas superarunt tam ante natum Christum, quàm sequentibus seculis, quibus Cæsares Romani dominati sunt. Horum nullus ferè fuit, qui non Germanorum præsidium plurimi putarit. Nec adhuc robur militiæ Germanicæ ullo in bello desideratur, sed firmitas animi & corporis præcipua in præliis elucet. Sunt à Germanis etiam inventæ bombardæ seu machinæ fulminales & tormenta omnis penè generis, quæ tamen jam ante in China usurpata fuisse dicun-

cuntur, sed de novo aut integro excogitata esse à Germanis, vero similius esse videtur. Constat etiam Romanos Imperatores maturè Germaniam sua præsentia & majestate exornasse. Nam Antoninus Pius Philosophus, & Commodus ita ea delectati sunt, ut & vivere in illa voluerint, & exercitum splendidissimum aluerint.

Divisio Germaniæ.

GErmania omnis hoc tempore divisa est in circulos decem, Austriacum, Burgundicum, Rhenanum superiorem electoralem, Saxonicum superiorem, Saxonicum inferiorem, Francicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum inferiorem, & VVestphalicum. His accedunt Pomerania, Megalpurgium, Helvetia, Rhetia, Carinthia, Styria, Moravia, Bojemia, Silesia, Borussia, Livonia, Holsatia. Etsi enim Helvetii Iulii Cæsaris tempore Gallis annumerati sunt: tamen qui hodie Helvetiam incolunt, Alemanni sunt, ex Germania eò translati. Carinthii verò, Styrii, Moravi, non minus quàm Austrii Germanis moribus ac legibus vivunt. Borussi autem & Livones licet ab imperio avulsi sint, ad imperium tamē jure aliquando reduci poterunt. Rectè etiam Germaniæ partes seu provinciæ

vinciæ sic numerantur, Suevia quæ & Alemannia complectens Rhetiam, Helvetiam, Alsatiam, Lotharingiam, tractus Rheni, Brabantia, Selandia, Holandia, Frisia, Flandria, Saxonia, Duringia, Hassia, Misnia, VVestphalia, Francia, Bojemia, Moravia, Marchia, Borussia, Livonia, Pomerania, Silesia, Bavaria, Austria, Styria, Carinthia. Vrbes porrò in Germania ante Carolum Magnum nullas fuisse Althamerus censuit. Quod etiam Irenicus confirmat, qui disertè scribit, tempore Consulum Rom. nullas extitisse in Germanis urbes, quæ quidem speciem magnam aut dignitatem habuerint. Tribochi enim Vangiones, & Nemetes pagos non urbes incoluerunt. Nec ex Iulii Cæsaris commentariis intelligi potest extructas ab eo esse urbes aliquas, quod pro ea laudis cupiditate, qua arsit, haud dissimulasset. Imò nec temporibus Augusti, Drusi, & Trajani ulla oppida reperta esse consentaneum est, præter Coloniam, Salodorum, Tabernas, Trevirim, & nonnullas in Austrasia. Certè Cornelius Tacitus suo tempore, hoc est, anno Christi 116. nullas neque urbes neque oppida fuisse in Germania scribere non est veritus, Si quæ verò fuere, pagis quàm urbibus

benè

benè conditis ſimiliora fuerunt. Argentoratum ipſum, Othonum temporibus non aliud quàm oppidum ignobile fuit. Quod de Moguntia, VVormatia, Spira, Norinberga quoque exiſtimari rectè poteſt, utpote quæ Henricis imperantibus demum ampliatæ & exornatæ ſunt. Cauſam autem ad extruendas urbes magnam attulit Attila Hunnorum Rex, qui Baſileam, VVormaciam, Argentinam, Ratiſbonam, Norinbergam demolitus eſt, & terrorem tantum injecit Germanis, ut urbes condere & munire cogerentur, in quibus opes & facultates ſuas collocarent, & præſidii aliquid adverſus hoſtilem impetum haberent. Munitionum verò extruendarũ cauſſam non exiguam dederunt Vngari, qui imperante Ludovico circa annũ Chriſti 908. tantam ſævitiam in Germania exercuerunt, ut nemo ferè tutus ab eis eſſe poſſet. Itaque in cavernis ſeſe abdiderunt, quotquot potuerunt. A munitionibus verò & arcibus hoſtes illi crudeliſſimi abſtinuerunt. Ab eo igitur tempore majori cura ædificari cœperunt arces & muniri urbes, ad quas confugere in tanto periculo omnes poſſent. Importata eſt etiam, una cum imperio Romano in Germaniam ſumma

ma dignitas, splendor, humanitas & cultura non tam morũ quàm urbium & oppidorum.

CIRCVLI IMPERII ROMANO-GERMANICI.

SEd de divisione Imperii Romano-Germanici in circulos paullo propius agamus. Thuanus lib. 2. histor. Germaniæ provincias omnes in decem circulos distributas scribit, anno ejus seculi (egerat autem de seculo 1500.) vigesimo secundo. Sed lapsus in eo est Thuanus. Constat enim ex *R. A. zu Trier und Coln* de anno 1512. eodem anno à Maximiliano Imperatore, atque statibus Imperii, decem fuisse constitutos circulos, ita videlicet, ut prioribus sex, quatuor adderétur alii. d. *R. A.* Nec verò hac distributione prior illa sublata fuit, sed & suo respectu valida perstitit. Vnde videmus sex circulorum tantùm mentionem fieri à Carolo V. *In der Ordnung desz Regiments zu Wormbs*, anno 1521. §. *Die andere 6 Personen, &c. In der Cammergerichts Ordnung zu Wormbs* anno 1521. tit. *Benennung Cammerrichter und Beysitzer:* idemque repetitum legimus à Ferdinando, *Inn der verbesserten Cammergerichts Ordnung zu Augspurg* ann. 1555.

part. 1. tit. 2. §. *Die 6. Kraiß zu præsentiren haben.* Deceptus fortaſſe fuit Thuanus, quod legerat vel audierat *zu erklarung deß Landfriden zu Nurnberg* de anno 1522. tit. *Hernach folgen die 10. Krais,* decem circulorum fieri mentionem, verùm non prima eorum ibi, ut diximus, mentio fit, & præterea antecedens articulus expreſſe ſe refert ad conſtitutionem, Treveri atque Coloniæ antea factam. Cæterùm decem horum circulorum collocatio varia eſt & differens, ordinem ſcripturæ ſi ſpectes, prout nec in Statuum circulis incluſorũ enumeratione, convenientia eſt. Vtrumque ſequens ſchematiſmus omnium exponit oculis.

Circulus Francicus continet

Epiſcopum { Bambergenſem. / Herbipolenſem. / Eichſtetenſem. }
Magiſtrum ordinis Teutonici.
Præpoſitum Bambergenſem.
Marchiones Brandeburg. Onoldinos.
Comites { Hennebergicos. / Hohenloicos. / Erbachios. / Schvvartzenburgicos. }
Adjunctus eſt Baronatus Limburgicus.

Civi-

Civitates { Noribergam. Rotenburgã ad Tubarim. VVeinſheimium. Schvvinfurtum.

Circulus Bavaricus continet

Archiepiſcopum Saliſburgenſem.

Epiſcopos { Ratiſbonenſem. Paſſavienſem & Friſingenſem.

Ducem Bavariæ.

Comites Palatinos Rheni.

Landgravium Leuchtenbergium.

Comites Ortenburgicos.

Civitates Ratiſbonam & Freiſtadium Suev.

Circulus Auſtriacus continet

Epiſcopos { Tridentinum. Brixienſem. Labacenſem. Viennenſem.

Archiduces Auſtriæ.

Circulus Suevicus:. Illi ſubſunt

Epiſcopus { Conſtantinus. Curienſis. Auguſtanus.

Et multi Abbates in Suevia.

Principes { VVirtenbergicus. Marchio Badenſis.

Comites:
- ab Hohenzollern.
- Helfenſtein.
- Oetingen.
- Montfort.
- Furſtenberg.
- Eberſtein.
- Bār.
- Geroltzeck.

Civitates:
- Auguſta-Vindelicorum.
- Vlma.
- Meminga.
- Reutlinga.
- Eſlinga.
- Heilbronna.
- Bibracum.
- Lindavia.
- Ravenſpurgum.
- Conſtantia.
- Schafhuſia.
- Halla Suevorum.
- Norlinga.
- Rotvvila.
- Kauffbyra.
- Donavverda.

Circulus Rhenanus ſuperior.

Huc pertinet

Epiſcopus:
- VVormatienſis.
- Spirenſis.
- Argentinenſis.
- Baſileenſis.

Dux

Dux Lotharingiæ.
Dux Sabaudiæ.
Duces & Comites Palatini.
Spanheimenses & Bipontini.
Landgravius Hassiæ.
Comites VValdeccii.
Nassavii.
Dillenbergici & Saræpontani.
VVitgensteinii.
Falckensteinii.
Isenburgici.
Leiningensis.
Rapoltzkirchensis.
Salm.
Mörsburg.
Rapoltstein.
Hohen-Rechberg.
VVeisbaden.
Itzstein.
Solms.

Civitates:
- Mulhusa in Alsatiâ.
- Colmaria.
- Keiserberga.
- Argentina.
- Hagenoa.
- Spira.
- VVormatia.
- Francofurtum ad Mœnũ.
- Frideberga.
- VVetteraviæ Turckheimium.

Civitates
- VVetzlarium.
- Huc referebantur, olim Geneva.
- Basilea.
- Losanna.
- Metis.
- Tullum.
- Verdunum. nunc membra S. R. Imperii esse desierunt.

Circulus quatuor Electorum ad Rhenum.

Elector
- Moguntinus.
- Trevirensis,
- Coloniensis.
- Palatinus.

Principes Comites Palatini Rheni.
Magister ordinis Teuton. in Coblentz.

Civitates
- Moguntina.
- Colonia Agrippina.
- Treviris.
- Gelnhusa.

Circulus Westphalicus.

Episcopi
- Padebornensis.
- Monasteriensis.
- Osnabrugensis.
- Verdensis.
- Mindensis.
- Cameracensis, &
- Vltrajectinus.

Abba-

Abbatia Corbeienſis.
Duces Cliviæ &
Comes Marchiæ.
Duces Iuliacenſes & Bergenſes.
Marchiones Badenſes & Lutzenburg.

Comes:
- Embdanus Friſiorum.
- Seinenſes.
- Manderſcheid.
- VVeida.
- Bentheim.
- Oldenburg.
- Schavvenburg.
- Lippa.

Civitates:
- Aquis-granum.
- Cameracum.
- Duiſburgum.
- Lemgovia.

Circulus Saxonicus.

Epiſcopus:
- Miſnenſis.
- Martiſpurgenſis.
- Naumburgenſis.
- Brandeburgenſis.
- Havelburg.
- Lubecenſis.

Abbates:
- Salveldenſis.
- Quedlinburg.

Dux Saxoniæ Elector.
Marchio Brandenburgenſis.
Duces Pomeraniæ.
Principes Anhaltini.

Comites { Mansfeldii. / Schuartzenburgii. / Stolbergensis. / Gleichensis. / Hohensteinii. }

Quorum stirps mascula nuper in Martino Comite & Magistro ordinis Teutonici extincta est.

Barones de Tautenberg.

Huc olim referebantur Gedanum & Elbinga.

Circulus Saxonicus inferior continet

Archiepiscopos { Bremensem. / Magdeburgensem. }

Episcopos { Hildesiensem. / Lubecensem. / Suerinensem. / Slesuicensem. }

Regem Daniæ propter ditiones ad Imperium pertinentes.

Duces Brunsuicenses.

Luneburg.

Lauenburg.

Megapolitan.

Holsatiæ Comites in Delmenhorst.

Civitates { Lubecam. / Hamburgam. / Northusam. / Mülhusam Thuringiæ. / Goslariam. / Göttingam. }

Circulus Burgundicus complectitur

Belgii Princ. & ipsum Burgund. Ducẽ.

Comites { Egmondanos. Hornanos. Nassovicos in Breda.

PRÆCIPVÆ CIVITATES GERMANIAE descriptæ ordine Alphabetico.

ACA vel Aken, Aquisgranum, vel Aquensis arx sic nominata à Belgis seu Flandris, qui ab Henrico Leone, & Alberto Vrso, expulsis Slavis, ad Albim collocati sunt. Primùm paruit Saxoniæ principibus Anhaldinis ex Bernhardi posteris, qui primus hunc principatũ ad Albim circa VVitebergam adeptus est. Anno 1277. à principibus Saxoniæ archiepiscopo Magdeburgensi Conrado oppignorata est. Mortuo autem archiepiscopo oppida, & arces illæ à Magdeburgensi diœcesi ad principes desciverunt. Idcirco Güntherus archiepiscopus reddi sibi eas postulavit, & cùm restitutio denegaretur, principem Rudolphum una cum Othone Brandenburgensi Marchione, & quibusdã comitibus bello adortus, cum nihil hostile metueret, oppressit, fudit & Marchionem cepit. Verùm

anno 1279. Albertus II. Saxoniæ dux clandestino introitu urbem denuò eripuit Günthero à Schvvalenberg archipræsuli, qui mox armatâ manu ducem urbe expulit, & comitem ab Holstein, qui cum eo erat, cepit, cum multis equestris & plebeii ordinis hominibus. Anno 1385. cùm varia fortuna hæc urbs modò in archiepiscopi, modò in principum potestaté venisset, tandem ad diœcesin Magdeburgensem rediit.

ADORFUM Voigtlandiæ oppidum, olim, ut apparet, Hagdorf quasi saltus villæ VValtorf, ab Hag vel Hagen vel Hain, quo saltus significatur, qui sacer plerunque habitus est à gentilibus, & religiosè cultus. Sub Voigtis seu præfectis fuit, qui à Romanis Imperatoribus illic collocati tanquam judices & præsides provinciam Roman. imperii gubernarunt.

AICHA, quercus non procul ab urbe Lipsia, lucus absque dubio fuit, & quercus sacratas habuit, sub quibus sacra fieri consuevêre.

ALA, *Alen*, Rhetiæ oppidum imperiale ad Cocherum amnem pervectus, dictum ab anguilla pisce, cujus copia ibi capitur.

ALDENBURGUM IN MISNIA. Hæc urbs olim Pleissenburgum fuit nomi-

nominata, à Plissa fluvio, à quo etiam terra, vel regio ipsa Pleissenburgum fuit dicta, sicut Misna, & Misnia à Misso seu Misna amne. Comitatum imperii olim fuisse in hac urbe ex monumentis veteribus apparet, unde adhuc imperii feudum est.

ANNAEBERGA, Anno Christi 1496. proventus metallici in monte Schreckenbergo bonis initiis orti progressus prosperos habuerunt. Ab eo enim anno distributa est sors de partibus, & quatuor annorum spacio, ad annum scil. 1500. numerata sunt aureorum Rhenensium centum viginti quatuor millia, octingenti & triginta octo. Hæc ubertas causam dedit Georgio Saxoniæ duci, ut decondenda urbe, in qua considerent metallici, consilium caperet. Delectus est igitur locus, qui Schreckenbergum initio dictus est: à quo etiam moneta nomen habet, quæ illic cusa est, & valet tribus grossis cum dimidio, quemadmodum Schnebergii à monte Schnebergo, ubi cusi sunt.

AQVISGRANVM, *Acken* vel *Ach*, civitas imperialis libera in finibus Menapiorũ diœcesis Leodiensis. Hanc Ptolemæus Castra vetera, alii Coriovallum, alii Bibracte appellarunt. No-

men habet ab aquis ibi ſcatentibus, & propemodum ferventibus, ſulphure, alumine, & ſale imbutis. Et à Grano Romano quodam principe, fratre Neronis & Agrippæ, qui palatia quondam illic conſtruxiſſe dicitur, vepribus & frutetis nunc obſita, quæ Carolus Magnus renovavit, urbemque mœnibus, ædificiis, templis & ſacris quamplurimis decoravit & auxit. Tum regiam ſedem illic collocavit, ut in ea Rom. imperii corona aſſervaretur, & imperatorum inauguratio coronatioque ibidem fieret.

ARGENTINA celeberrima civitas in Alſatis ſita, qui antiquitus Tribochi ſive Triboces nuncupati fuerunt. Alſatia autem germanice *Elſas*, ab Illo ſive ab Ello, fluvio perlabente nomen accepit. Hunc enim nonnulli Alſam vocant, ut ſint Alſati quaſi Illi fluvii accolæ, perinde ut Holſati quaſi ſylvæ accolæ dicuntur, *Holtzſaſſen*, ſedentes ad ſylvas. Argentina verò ſeu Argentoratum ab argento, hoc eſt, à Romanis cenſibus nomen eſt mutuatum, ob argenti ſcil. copiam, quia publicum fuit tributorum ærarium, ex quo *Silberthal* à quibuſdam appellatur. Straeſburgum verò à platea dici videtur, quòd olim ab Attila deſtructa in viam [illegible]lam converſa ſit. A v-

AVGVSTA. Caput & quasi sedes Sueviæ seu Vindeliciæ Rheticæ est Augusta, quæ ob id Augusta Rhetica, & Augusta Vindelicorum appellatur, à Rhetis scilicet & Suevis, à quibus occupata & possessa est. Augustæ quidem nomen ab Augusto Cæsare ei inditum est, qui coloniam militarem eò deduxit, postquam urbs ea à Cl. Druso Nerone Germanico in Romanorum potestatem redacta est, quod accidit anno post condit. Rom. 739.

AVRACHVM. *Vracum* vel *Auracum*, *Aurach* Sueviæ arx & oppidum in VVirtembergia ab vris dictum, quibus olim locus ille abundavit. Interjacet duobus montibus altissimis, quorum alter meridiem, alter Septentrionem spectat.

AVSSIGIA vel *Austia* Bojemiæ oppidum ad Albim in finibus Misniæ, donatum à Sigismundo rege Bojemiæ Marchionibus Misniæ, & ducibus Saxoniæ, sed ademtum denuò à Zisca, sive ab Hussitis, ut scribit Sylvius.

BALINGA, oppidum VVirtenbergensis ditionis exiguum quidem, sed fœcunditate soli præditum.

BAMBERGA quasi Babæ mons ad Pegnessum fluvium sita, à conditrice, quæ fuit filia Othonis Saxoniæ

ducis

ducis Albertique comitis uxor, nomen adepta putatur. Anno Christi 1006. mortuo Reinuldo ultimo comite Bambergensi, comitatus sub imperium cecidit, & aliquanto post in episcopatum conversus est ab Imperatore Henrico Sancto, Cunigundeque ejus conjuge.

BASILEA urbs amplissima Rauracorum, caput civitatum Rom. Imperii liberarum, ex Augustæ Romanæ coloniæ cineribus tanquam Phœnix enata & extructa. Quanquam ex Ammiano Marcellino liquet, Basileam juxta Augustam Rauracorum *Augst* circa annum Christi 400. stetisse. Dividitur à Rheno interlabente in duas partes, quarum una major Galliam, altera minor Germaniam attingit. Vtraque ponte adspectu jucundo jungitur. Et primum quidem major civitas Bizantino episcopo, minor verò Constantiensi subjecta fuit. Sed postea episcopum proprium adepta est, qui jus potestatemq; magnã in ea habuit: sed à civibus redemta & libera facta est.

BATAVIVM. *Bojodurum* seu *Batavia castra* civitas imperialis vetus, & copiosa in Norico seu Bavaria inter Danubium & Oenum, ubi Austriæ & Bavariæ inferioris fines sunt, quo plurimi

rimi cum mercibus atq; oneribus undique terra, montibus atque fluminibus commeant. Olim Romanorum colonia fuit à Batavis populis, ut quibusdam placet, dicta. Probabile tamen magis est, eam Italico nomine appellatam esse Passau, à transitu scilicet seu commeatu multarum gentium & populorum, qui importandis & exportandis mercibus implicantur.

BELGERA ad Albim una vetustissimarum Misniæ urbium, condita à Caroli Magni militibus. Hic enim, domitis Boiis, Sorabos intra Albim & Salam considentes oppugnavit. Sed cum Hunni & Avares Boiis subsidio venirent, omissis Sorabis, ad tuendum nuper partum regnum cum exercitu profectus est. Filio verò suo Carolo juniori bellum contra Sorabos conficiendum commisit. Hic ergò in hyberna milites dimisit, qui eo ipso loco urbem ædificare cœperunt, ut plus præsidii adversus hostem haberent.

BERLINUM. Marchiæ urbs condita ab Alberto Urso principe Anhaldino, quemadmodum aliæ etiam urbes Marchicæ, Bernavia, Bervvaldia ab eodem denominatæ, circa annum Christi 1142.

BIBERACUM vel *Bibracum* Imperiale oppidum in Suevia, & huic vicina Bachavia ubi virginum sacrarum celebre collegium sive monasterium est Augustinianæ professionis ab Adelheide fundatum, quæ privata marito ac filiis, facultates omnes ei largita est, & prima illius moderatrix facta.

BISCHOFSVVERDA oppidum versus Lusatiam Misnensi diœcesi subjectum, anno Christi 1506. à Georgio de Guttenstein Barone Bojemico, Saxoniæ ducum hoste jurato clam, civibus in templo cultui divino vacantibus, obrutum & spoliatum est.

BLAVBERINA vel *Blaubyra* oppidum VVirtembergiæ, duobus milliaribus ab Vlma, quinque verò à Tubinga distans, dictum à Blavv fluvio qui glauci coloris est, & Byren, quo fons significatur. Ibi enim fluvius ille oritur. Hoc oppidum cum monasterio de Helfensteinensibus emit comes VVirtebergensis Ludovicus an. Christi 1447.

BOPFINGA ad Egram sita communibus imperii privilegiis gaudet.

BRANDEBVRGA vel *Brenburg* Marchiæ Metropolis condita est à Brenno Suevorum duce, anno ante nativitatem Christi, ut plerorumque fert opi-

opinio, 211. Brennus autem à voce Bryn seu Bren, qua significatur galea, præsertim cristata seu cornuta, nomen invenit. Inde Brenburg, vel Brandeburg dicitur, Brenni castellum seu præsidium armatorum ad tutandam regionem. Sedem putatur hic Brennus habuisse Acæ ad Albim, & est heroicus ille bellator, qui Senones & Gallos contra Romanos duxit, & Romam diripuit.

BREMA ad Visurgim, quæ Fabiramum à Ptolemæo dici putatur, urbs episcopalis est, fossa, & aggere cincta ab Vmano episcopo circa annum Christi 1010. Ecclesia à Carolo Magno fundata est anno Christi 788. quæ postea cum metropoli Hamburgensi unita est per Ludovicum Germaniæ regem.

BRUNSUIGA Saxoniæ urbs, quondam veterum Chaucorum sedes, secundum Tacitum. condita à Brunone Saxoniæ duce, anno Christi octingentesimo sexagesimo primo, à quo etiam nomen adepta est, quasi dicatur Brunonis vicus seu castrum. Pagus olim fuit extructus à Carolo Magno in bello contra VVitikindum. Dividitur autem urbs interlabente Ocra fluvio, qui dispescit eam in vicum *die Wick*,

&c urbem veterem. Frater Brunonis Danevvertus vel Tanquardus arcem ibidem condidit, quam de suo nomine Danckvverderodam appellavit, quę nunc pene collapsa est.

BVCHAVIA Sueviæ oppidum liberum ad lacum eum qui plumarius vulgo appellatur. Cœnobium habet celebre conditum ab Adelheidâ Suevorum ducis Hildebrandi filia, quæ illîc maritum suum & tres filios in prœlio cum Hunnis commisso sepelivit, & à luctu sive planctu vallem ipsam Planctinam *Planckthal* vocitavit.

BVDISSINA Lusatiæ superioris Metropolis, Hexapolios primaria. Hoc enim nomine appellantur sex regiæ urbes superioris Lusatiæ, Budissina, Gorlicium, Zittavia, Laubena, Camenzium, & Lobavia fœdere & societate sic inter se conjunctæ, ut dirimi aut divelli non possint; licet suo jure unaquæque utatur: quemadmodum olim Decapolis dicta est à decem urbium numero regiuncula illa, quæ tetrarchias, ut Plinius habet, comprehendit.

CALVA oppidum VVirtembergicæ ditionis ad Nagaltum amnem situm; paruit primum Calvensibus comitibus, deinde Tubingensibus. Ab

his in ditionem VVirtembergensium una cum arce venit anno Christi 1345.

CAMENCIA in civitatum Marchicarum numero quinta, à saxis seu rupibus, in quibus constructa est, nomen invenit, Slavico idiomate. Apparet Baronum quorundam sedem olim fuisse, & circa annum Christi 1255. post conflagrationem instauratam esse.

CAMPIDONVM *Kempten*, oppidum perveteustum imperio subjectum in Almangavia vel Algoia regione montosa, frigidâ & asperâ, in quo castrum est *Hillermont* ab Hillaro amne præterfluente dictum, hodie *Burckalda*. Rudera ejus in colle urbi proximo conspiciuntur, ubi armamentarium est situm. Quondam Sueviæ ducum sedes fuit, in quorum etiam potestate mansit usque ad annum C. 1525. quo grandi pecunia Abbati & conventui monasterii data, in libertatem sese vindicavit, & imperialis facta est.

CANSTADIVM VVirtembergiæ oppidum ex syllabis, *Ca*, *ant*, *stat*, quæ significant, Caii Antonii stativa.

CARLSTADIVM Franciæ oppidum à Carolo Calvo conditum

paulo

paulo post annum C. 875. quo imperare cœpit.

Est aliud Carolostadium in Croatia, conditum à Carolo Austriæ Archiduce anno 1571.

CASSVLA vel CASSELLA Stereontium à Ptolemęo nuncupata, à castro vel arce nomen invenit, quasi dicas castellum: tribus fluminibus Fulda, Ana, & Thrasula irrigatur, à quibus amœna & fœcunda imprimis efficitur. Pecore abundat, & lanâ, quam in Angliam mittit. Sedes hodie est Landgravii Hassiæ Mauritii, qui ut ingenti magnitudine animi, sic etiam heroica fortitudine, sapientia & literarum scientia excellit.

CHEMNICIVM, urbs Misniæ, dictum ab amne Chemnitio, conditum vero à Lothario imperatore est. Apparet autem Lotharium, Francorum regem, Dagoberti patrem, domitis Sorabis, cœnobium Benedictinę familiæ eo in loco olim condidisse, ut ad fidem Christianam ab Idolomania ethnica aliquos revocaret. Postea urbem idem Lotharius Imperator extruxit, vel certe instauravit & ornavit: tum cœnobium etiam à Lothario Franco constitutum renovavit, vel destructum à Sorabis, Christianæ reli-

gionis

gionis hostibus, de integro ædificavit, locupletavit, & Benedictini ordinis Monachos in eo collocavit.

CIZIUM urbs Misniæ ad Elystrum flumen castro, cathedrali templo, prępositura, curia, & cœnobio Franciscano, itemque altero virginum ad S. Michaëlem ornata. Episcopatus quidem ab Othone I. fundatus est pro Sorabis, Slavis, Magdeburgensi Archiepiscopatui subjectus. Ante hanc fundationé episcopatus ajunt cœnobium illic extitisse canonicorum regularium à Carolo Magno, vel certè à filio ejus conditum.

COBURGUM Franconię urbs anno Christi 1291. à Poppone Hennebergio comite ad Hermannum Marchionem Brandeburgicum sororis suæ filium per testamentum translata est cum 22 arcibus & oppidis. Hic Hermannus cum in aula Alberti Austriæ archiducis magna ex parte commoraretur, VValtero Barbiensi comiti Coburgensis ditionis gubernationem commisit. Mansit auté ditio in Brandeburgensium potestate annos 23. & anno demum 1314 per conjugium Heinrici comitis & principis Hennebergii cum Iutta Hermanni Marchio-

nis Brandeburgici filia ad Hennebergenſes rediit.

COLDITIVM arx & oppidum Miſniæ ad Muldam inter Grimam & Rochlicium. Nomen habere videtur à ſylva opaca, qu. *Finſtervvald*, in jus & ditionem VVilhelmi Marchionis Miſniæ conceſſit anno Chr. 1397. Arx condita eſt anno Chr. 1486. quæ cum exuſta eſſet, de integro extructa eſt ab Erneſto Electore Saxoniæ, qui ibidem eſt mortuus. Ditio fuit Baronum, qui Coldicenſes dicti ſunt. Hodie ex pacto dotalitio ſedes eſt Sophiæ Electoralis viduæ Saxoniæ.

COLMARIA Alſatiæ civitas imperialis loco fertili ſita ad amnes quatuor, Lucham, Durum, Fœchtam & Ellum. Nomen Germanicum carbonarium mercatum denotare videtur, quemadmodum VVimaria in Duringis vini mercatum. Cætera quæ de origine hujus urbis dicuntur, inconcinna & inepta videntur. Vulgo notum eſt, à quibuſdam Columbariam dici hanc urbem, & per ſyncopen Colmariam.

COLONIA *Agrippina* Vbiorum caput ad Rhenum ſita, & amplitudine reliquas Germaniæ urbes ſuperans, ſic dicta eſt, quod Romanorum

vetus

vetus sit Colonia à M. Agrippa cognominata, vel quod is Vbios trans Rhenum in fidem suam receperit: vel ab Agrippina fil. Germanici Cæsaris, Claudii Cæsaris conjuge in hoc Vbiorum oppido nata. Speciem præ se fert dividuæ Lunæ, amœnitate loci, frequentia populi, ædium splendore, templorum multitudine, & magistratuum ordine nulli civitati cedens. Ex quo altera Germaniæ Roma à quibusdam appellatur. Muro enim fossaque triplici egregie munita est, tum Academiam habet liberalibus studiis & viris doctis affluentem. Sacerdotum item Collegium amplum & pervetus, in quod nemo cooptatur, nisi stirpis suæ generosæ stemmata complura demonstrare possit.

CONSTANTIA, *Costnitz*, à Constantii castris vel præsidiis militaribus, quæ ibi adversus Alemanorum incursiones habuisse fertur, dicta; inter duos lacus, Venetum & Acronium, quos Rhenus efficit, sita. Complectitur duos hominū ordines, equestrem scilicet & plebeium. Horum ille reditibus suis contentus à quæstib⁹ faciendis fere abstinet, nec de plebeiis quenquam sibi aggregari patitur: hic vero contrahēdis negociis implicatur. Rei-

publicæ tamen adminiſtratio ordini utrique communis eſt.

CVRIA, *Chur*, Rhetiæ oppidum præclare extructum, non uſque adeo amplum, in colle arcem habet & templum, rigatur amne Phiſur dicto, & deponuntur in eo merces ex Germania allatæ, quæ inde in Italiam per montes portantur, rurſumque vinum Rheticum & alia multa importantur.

DELICIVM urbs Miſniæ vicina Lipſiæ & Halæ, ad ditionem Landesbergenſem pertinuit. Vendita eſt Erfurdenſi reip. ab Alberto in fraudem filior. Friderici, & Dicemannian. 1296.

DINCKELSPYLA vel DINCKELSPVLA, Græce ζεάπολις à ζέια Latinè Zea *Speltz* vel *Dünckel*, cujus copia in hujus urbis agro naſcitur, & *pyhel* voce Germanica, qua collis ſignificatur, quod ad colles juxta hoc oppidum copia quędam hujus generis tritici naſcatur. Imperii oppidum eſt antiquum in Suevia ad amnem VVernicum. Ex villa vicus primum parvus, ex vico oppidum eſt factum, quod ſtagna & piſcinas tot habere dicitur, quot annus habet dies.

DIPOLSVVALDA oppidum & arx ex argenti fodinis ædificata, anno 1429. ab Huſſitis incenſa conflagravit.

flagravit. Anno 1568. in Augusti Saxoniæ ducis & electoris jus concessit, emta de Malticiis.

DOBELA Misniæ urbs ad Muldam occupata ab Adolphi regis fratre, vel patruele anno 1306. sed recuperata à Marchione Friderico, qui Adolphum ad Dobelam, & Oschatium fudit, & cedere oppidis Misniæ coëgit. Anno 1450. à Bojemis exusta est, deinde anno 1523. dominica post Trinitatis nona exortū incendium urbem perdidit una cum cœnobio virginum. Ann. 1547. minis Ioannis Friderici electoris conterrita in fidem & clientelam ejus concessit, & multata est. Paulo post à Mauritio revocata fidem illi dedit, in qua adhuc manet.

DRESDA in radice Sudetorum montium sita, Slavorum lingua significat locum irritationis seu provocationis ad pugnam. Cumque certum sit, ante & post Carolum Magnum hæc loca inter Albim, Salam, & Sudetos montes à Slavis culta esse, dubium adeò magnum esse non potest, quin Dresda etiam ab iisdem nomen adepta sit. Ratio autem appellationis ex historia reddi non potest, nisi quod olim in locis præliorum condi urbes & castella memoriæ caussa consueverint,

 rint,

rint. Et hęc quidem ratio eſt, cur Dreſden vocetur hęc urbs, & ita etiam ſcribatur. Sed vero ſimilius eſt, Dreſen eam dici à tribus lacubus vel ſtagnis, quaſi *DreySee*, quę in hodiernum diem reliqui ſunt. Locus ipſe in hiſtoriis Niſen, vel Niſic vocitatur, ex quo prælatura quædam in Eccleſia Miſnenſi Niſicenſis appellata, & qui eam tenuit archidiaconus Niſecenſis dictus eſt. Cujus juriſdictio à Sudetis penè ad urbem Budiſſinam patuit, & Dalminciam attigit. Complexa etiam eſt terra Niſin Cuiſtricium, quæ modo eſt Beſtrevuitz, Liuvvetuba, hodie Lovvetau, Bozan Donin, quæ latinis eſt provincialis præſidis domus. Hanc Caſtellanus gubernavit, à quo familia dominorum de Donin ortum habet.

Eſt autem diſtincta Dreſda in veterem & novam, quæ ponte tamen junguntur, & Albi fluvio ſejunguntur. Ac vetus quidem Dreſda Luſatiam, nova vero Miſniam ſpectat. Vetus omninò à Slavis condita eſſe videtur, qui ante Henricum Aucupem loca ad Albim incoluere.

DVBEN vel DEBEN arx & oppidum ad Muldam, à Slavica voce Duba, qua quercetum ſignificatur. Philippus Melanchthon per jocum aliquando

aliquando vocavit Thebas Saxonicas. In hac arce Albertus Marchio anno Christi 1188. patrem suum Othonem captivum tenuit, quod audisset eum velle matris instinctu Dietericum fratrem juniorem sibi præferre, & ad Marchionatus dignitatem evehere. Est autem liberatus pater à Conrado Imperatore.

EINBECCA Saxoniæ urbs ad Sollingum saltum, nomen adepta est à confluxu complurium rivorum ab Oriente ex saltu Sollingo scaturientium, & in unum rivum concurrentium, quasi dicatur unus rivus ex cõpluribus factus, qui rivus Ilmeta appellatur, ex quo Rivopolis à quibusdam appellatur. Hæc olim comitibus à Thassel subjecta fuit. postea circa annum Christi 1270. in Alberti Magni ducis Brunsvicensis jus & ditioné concessit. Initium & incrementa sua habuit à S. Alexandri templo, ad quod concursus hominum undique factus est, quorum caussa, diversoria & ædes ædificare oportuit, ex eaque frequentia, & multitudine confluentium hominum urbs nata est. Dehinc aucta est quasi quodam singulari munere Dei, & cerevisiam, cujus bonitas non immerito prædicatur, coquere cœpit,

quam in procul dissitas urbes adhuc mittere solet. Muro & turribus bene munita est, tum privilegiis, & libertatibus donata.

ELBOGA cubitus ad Egram oppidum & arx Slickiorum in Bojemia instar cubiti conformata, unicam habet portam, per quam intrare & exire oportet.

ELVVANGA oppidum ab alce fera inusitatæ magnitudinis ibi capta, quasi Elfang dictum, monasterium habet celebre, fundatum ab Hariolpho.

ERFVRDIA Duringiæ metropolis ad Ieram flumen, à quo etiam nomen accepit, sita est. Olim Merbigsburg dicta à Merovigio Francorum rege, quem Duringi suum regem anno Christi 447. crearunt. Postea vero Ierefurdia appellata, quasi Ierevadum. Ex quibus vocibus per syncopen Ierfurd, &, demta litera prima, Erfurd nominari cœpit. Quanquam Duringiæ Chronicon antiquum memorat, Ieram in eo loco ubi nunc est Erfurdia, late diffusum fuisse, nec transiri tuto potuisse. Iccirco molitorem quendam Erf nomine in suo molendino, quod ibi habuit in pago Schilderode, ubi prulium est, à confluxu & sonitu

nitu aquæ delabentis sic dictum, suspendisse candelam nocturno tempore, interdiu vero laternam tanquam signum sustulisse, ad quod transituri flumen iter dirigerent, ne eluvione in devia abriperentur. Indeque nominatam esse Erfurdiam, quasi Erfes furdum quod est vadum Erfi molitoris. Secundum hoc igitur Chronicon initium hujus urbis incidit in Arcadii & Honorii imperium circa annum Christi 400.

ESLINGA Imperialis civitas Sueviæ ad Neccarum in valle Neccarica à sono seu clangore æris, quod ibi dies noctesque à fabris cuditur, quasi æris sonitus dicta. Rempublicam & Ecclesiam bene constitutam habet, reformatam scil. secundum Augustanam confessionem anno 30. Muro cincta est anno 1215. & à Friderico Cæsare civitatis jure donata. Ab Henrico verò rege & fratre ejus Cunrado Collegium prædicatorii ordinis ibi fundatum est. Sed Monasterium Franciscanorum ædificandum sibi sumserunt Nudipedes S. Francisci sectatores.

FRANCOFVRTVM *ad Mœnum* in finibus Franconiæ situm, imperialis civitas est, à vado vel trajecto Francorum nominatum, quod ibi fuit,

fuit, etiam ante Carolum Magnum. Mœno dividitur in duas partes, quæ ponte tamen junguntur, quarum una Francofurti nomen retinet, altera Saxenhusium, quasi Saxonum domus appellatur. Insignia hujus civitatis maxime conspicua sunt, electio imperatorum Germanorum per auream bullam in perpetuum confirmata, ex quo fit, ut si forte in electione duo pariter Imperatores nominentur, alter alterum cum exercitu in agro Francofurdiano expectet, & vel prælio adversarium vincat, vel sponte alter alteri cedat. Qui hoc modo imperium obtinet, is in urbem recipitur, & Rex Romanorum salutatur. Tale certamen fuit inter Henricum Lantgravium Duringiæ, & Cunradum Friderici II. filium. Item inter Ludovicum Bavarum & Fridericum Austrium. Item, inter Guntherum Svvartzeburgium comitem, & Carolum IV. Alterum insigne est solennitas mercatus sive emporium illud nobile, quod à cunctis pene nationibus & populis Europę frequentatur. Tertium est privilegium ab Imperatorib⁹ & regibus huic urbi datum, ut præ reliquis civitatibus magisterii titulum artis gladiatoriæ peritis per suos artifices tribuat. Obsidebatur ab

ab Alberto Marchione anno Christi 1552. cum præsidio Cæsaris Caroli V. defenderetur.

FRANCOFURTUM *ad Oderam* seu *Viadrum*, conditum à Sunnone Marchione Glodomiri filio circa annum Christi 146. Dicitur autem Francofurtum quasi Francorum trajectus, sive transitus vel vadum, qui eo ipso in loco fortiter dimicādo, & perrumpendo hostes Slavos fuderunt. Ampliata & dilatata est urbs anno Christi 1253. à Ioanne Marchione Brandeburgico, & fratre eius Othone, ab Odera seu pontis porta usque ad Gubenam portam, quæ pars urbis superior appellatur. Attributi sunt illi ab iisdem Marchionibus mansus centum & viginti, cum pratis trans Viadrum. Ad hæc VVoldemarus Marchio circa annum Christi 1218, senatui hujus Reipublicę concessit jurisdictionem superiorem, seu potestatem animadvertendi in latrones, homicidas, fures, ut habet Iusti Chronicon.

FRAVENSTEINUM oppidum cum arce excelsa in Sudetis montibus ad Suidam, ubi quondam tres viri militaris rei scientia clari habitarunt, Ciconia, Carduelis, & Ligurinus, *Storch, Finck und Zeising*. Olim etiam Burggravio-

graviorum &pincernarum de Druchses sedes fuit. Hoc oppidum Fridericus Saxoniæ Dux & Elector, adminiculo trium capitaneorum ante dictorum cepit. Hoc tempore à Schönbergiis Misniæ nobilibus obtinetur.

FREISTADIVM Ἐλευθερόπολις Silesiæ urbs, longitudinem habet graduum 32. minut. 36. Latitudinem graduum 51. minut. 28. sita est in valle montibus editioribus circumdata. Nomen habere videtur à spatiosis, & liberis campis, pascuis & arboribus consitis, quæ liberi campi ab incolis hodie quoque appellantur. Vetusta quidem est, sed prima ejus mentio demum fit circa annum Chr. 1380.

FRIBERGA *Misniæ* urbs metallica, & populosa in radicibus Sudetorum montium, qui Boëmiam & Misniam versus ortum disjungunt, ad Muldam, condita ab Othone Marchione Misniæ anno Chr. 1174. ut esset præsidium ipsius & posterorum: cum quidem paulo ante,ann.sc. 1169. metallum in eo loco primum fuisset inventum ab aurigaGoslariensi,qui in orbita reperit æs, quod cum precii alicujus esse videretur, secum asportavit Goslariam, ubi discreta à terris metallica materia, argentum & plumbum conti-

continere deprehensa est. Ex quo magister metallorum cum fossorum manu, & excoctore ex Saxonia in Misniam profectus est, & locus ille in quo paulo post urbs constructa est, excoli cœpit. Ab his inquilinis pars urbis vetustissima adhuc Saxoniæ nomen retinet. Ratio nominis hoc disticho exprimitur:

Fribergam indigenæ claro de nomine (dicunt,
Libera de fossis quasi ferres munera terris.

FRIBURGUM oppidum ad Unstrutam fluvium, conditum à Ludovico anno altero post occisum Palatinum Fridericum. Obsessum fuit & proditione captum ab Adolpho Cæsare, qui turbam misellam abire quidem passus est incolumem, viros vero & juvenes ad unum omnes ferro sustulit. Eadem crudelitate etiam Numburgi usus est.

FRIBURGUM Brisgoiæ oppidum ex pago seu vico conditum à Berchtoldo Zœringiæ duce anno Chr. 1120. quod distichon hoc indicat:

Anno milleno centeno, bis quoque deno,
Friburg fundavit Berchtoldus dux nominator.

Scholam universalem habet ab anno Christi 1463. Et societatem equitum,

der loblichen Ritterschafft anno Christi 1545. institutam.

FRISINGA antiquitus Fruxinum episcopalis civitas in Bavaria ad Mosacum amnem, condita à Fruxino Romano præside eo tempore, quo à Romanis regio illa tenebatur, & per impositos præfectos regebatur. Episcopatus autem Frisingensis circa annum Christi 710. à S. Corbiniano Gallo, sub Grimoaldo Bavariæ duce, & Gallorum rege Pipino fundatus est.

FVLDA urbs in Buchonia inter Hassiam, Franciam & VVederaviam dFuldam fluvium amœnum sita. Abbatiam habet ordinis Benedictini, fundatam à S. Bonifacio per Carolomannum & Pipinum Francorum reges, anno Christi 744. Circumdata est aliis circumjacentibus monasteriis insignibus. Revera autem hoc cœnobium sive abbatia nihil aliud fuit, quam schola, in qua adolescentes erudiebantur bonis literis, & ad pietatis cultum traducebantur. Vsus est autem ad hanc rem Bonifacius fideli opera Stormii & Huniberti. Abbas Fuldensis principali dignitate præditus ad pedes imperatoris considet in comitiis imperialibus: tum primus quoque est omnium abbatum non solum in Germania, sed

etiam

etiam in Gallia, & imperatricis Archicancellarius. Sunt etiam jacta fundamenta scholæ nobilium adolescentulorum legibus & conditionibus certis recipiendorum anno Christi 1548.

FVRSTENBERGA oppidum & castrum est in Landgraviatu Borensi, sylvæ Herecyniæ. comitum à Furstenberg sedes avita, inde usque à Carolo Magno.

GAMVNDIA vel GAMVNDA, Germanice *Gamynd*, imperialis civitas Sueviæ in valle Raëmsia, quasi Gaudia Mundi nominata, propter ludos equestres & alias festivitates, quas Sueviæ proceres ibi exercuerunt olim, id quod indicant fossæ jaculatoriæ & torneatoria, quæ reliqua sunt. Primum ejus nomen fuit *Keysersgereut*, quasi locus à Cæsare eruncatus vel expolitus. Deinde dicta est *Thiergarten*, propter vivarium quod illic fuit. Tertiò *Thieraich*, à rivo per forum illic fluente. Innotuit primum circa annum Christi 1200. cum muro circundari cœpit. Incrementa vero sumsit imperante Friderico Barbarossa, à quo etiam jus civitatis & privilegia conferuta est. Deinde à nobilibus & honoratis viris exculta est vehementer, & aucta monasteriis, templis, & aliis

rebus ad ornatum cultumque necessariis.

GERA Voigtlandię oppidum à Gera flumine, ut quibusdam placet, dictum, à VViperto Groicensi comite conditum circa annum Christi 1086. cum Iuttam Bojemorum regis filiam uxorem duxit, & in dotem præfecturas nonnullas accepit. Et cum pernobilis familia Voigtorum, sive advocatorum in Voigtlandia in plures ramos, ceu familias diffusa sit, factum est,ut alii domini in Plauen, alii Ruttheni, alii domini in Gera dicti sint. Arx vetusta fuit in hac urbe, quę Osterstein nominata, majori ex parte destructa fuit, & nova sedes dominorum trans Elystrum ædificata.

GEROLTZECCA arx vetusta & munita in jugo montis Schintbergii à Geroldo Suevici exercitus ductore sic dicta, à comite verò Palatino anno Christi 1487. eversa.

GIENBACHIVM vetus Romani imperii municipium ad Cynthium amnem conditum à Pyraminio Trebocum præsule, circa annum Christi 724.

GLAVCHA vocabulo Heneto sic appellata, quo surdus significatur: Oppidum est ad Muldam fossis profundis

fundis circundatum, cum arce munita. Sedes hodie est dominorum de Schönburg feudum Bojemicum.

GLOGOVIA Slavico nomine sic dicta, quasi paliurus seu spinetum, vel senticetum, civitas Silesiæ. est sita loco opportunissimo, cujus mentio prima reperitur sub annum Christi 1104. Ab hoc tempore per Boleslaum Crispum translata est in ripam hanc, ubi nunc est, & in formam urbis ampliorem redacta.

GOEPPINGA oppidum VVirtembergense ad amnem Filsam in plano, parvum quidem, sed munitum muro & aquis. Huic finitimæ sunt aquæ acidulæ *Savverbrunn*, à natura quidem non calidæ, sed igne calefaciendæ. Ad consumendos humores putridos conducunt, & appetitum cicient. Scholam, Ecclesiam & Rempublicam rectè constitutam habet.

GOLTBERGA à venis auri metallicis, quæ locupletes olim illic fuerunt, nominata. urbs est Silesiæ, quam imprimis nobilitat schola, quæ officina multis annis fuit liberalium disciplinarum, veræ pietatis, & literarum maximè salutarium. Alitur hæc munifi-

nificentia Lignicensium principum, & moderatorem habuit virum imprimis navum, industrium & diligentem, Valentinum Trocedorfium, qui in innumeris penè discipulis autor & dux ad adipiscendam utilem & salutarem eruditionem extitit.

GORLICIVM superioris Lusatiæ urbs Hexapolios nomine comprehensa, à combustione nomen invenit, ut Germanicè *Brandstadt* appellari possit. Slavis enim Ischarelitz combustio est, unde tandem Gorlitz flexu seu commutatione quadam literarum factum est. Instaurari autem & muniri cœpit à Sobieslao Boëmiæ duce circa annum Christi 1131. apparetque circa hoc tempus Marchiam Gorlicensem cum Nissana conjunctam fuisse, quod literæ demonstrant ad advocatos Budissinæ & Gôrliciidatæ, quibus numerus certus equitum conscribendorum postulatur circa annum Christi 1147.

GOSLARIA urbs in Hercynia, ab Heinrico Aucupe ad flumen Gosam condita. Pagus antea fuit, sed anno demum 1201. à Christo nato munita est, postquam ab Othone rege clandestino introitu occupata fuit.

GOTHA Duringiæ urbs ad Linam flumen, quod olim alluit eam, nunc

nunc verò interlabitur: à Gothis populis condita, quemadmodum & Gothinga in Saxonia, in transitu fortasse in Italiam, quam sexies diversis temporibus, secundùm Lazium, ingressi sunt. Fuit autem Gothorum sedes Gothia Europæ regio, Danis & Noruegis finitima, lingua eorum Germanica vetus. Ædificatum est ab iisdem Gothis etiam castellum urbi penè contiguum, quod Grunenstein, hodie Grimmenstein appellatur. Duringiæ Chronicon à VVilhelmo Moguntino præsule conditam esse Gotham, circa annum 964. memorat. Reparata fortasse ab eo est, vel ampliata atque ornata. Otho enim Imperator tradidit illi archiepiscopo VVilhelmo fratri suo Duringiam & Hassiam. Ex quo verisimile est, VVilhelmum ad extruendam Gotham, partem bonam magnamque attulisse.

GOTTINGA Saxoniæ urbs pervetus, à Gothis Septentrionalibus populis, ut plerorumque fert opinio, condita. Hi enim ex Gothia progressi penè totam Europam peragrarunt, & Germanis, Italisque negocii plurimum facesserunt. Comitatus initio fuit, qui destitutus tandem hæredibus, & successoribus, ad Ducē Lotharium translatus est.

GRIMA Oſtlandiæ civitas cum arce ad Muldam ſub principe Saxoniæ. Sunt qui nomen idem eſſe opinantur cum Cremona in Italia, hac ratione ducti, quod Longobardi olim hic & in Longobardia, quæ Lombardia hodie appellatur, multa oppida condiderint, Veronã, Bernam, Brixiam, Brug.

GROIZA vel *Groetzſcha* ad Elyſtrum prope Pegaviam, ſedes olim firma comitum à Staden, à quibus ad VVipertum comitem devenit. Comites Groicenſes, olim etiam Marchiones Miſniæ dicti ſunt, quod de familia Marchionum oriundi fuerunt.

GRYPHISVVALDA antiqua urbs in VVolgaſtenſi ducatu Pomeraniæ, Academiam habet anno Chriſti 1468. inſtitutam.

HAGANOA Alſatiæ civitas imperialis inter Matram & Sornam fluvios, ſaltibus & nemoribus undique cincta, ex vicis ſeu pagis quatuor imperii Romani, vel certè præfectura imperii Romani una eſt, muro incluſa ab imperatore Friderico Barbaroſſa circa annum Chriſti 1164. Qui Cæſareum etiam palatium ibi condidit, in quo imperii inſignia, coronam, ſceptrum, pomum, gladium Caroli Magni & alia aſſervavit. Quæ tamen poſtea mortuo

ejus filio Philippo rege circa annum Christi 1219. à Spirensi episcopo inscientibus civibus, in arcem Trifelsium ad amnem Queicham translata sunt.

HALBERSTADIA, quasi Alberti urbs videtur nominata esse, cujus vetustas ex statua Rolandi illic à Carolo Magno circa annum Christi 778. collocata cognoscitur. Olim verò incolę Halberstadienses Longobardi fuerunt, qui Iustini Imperatoris tempore cum rege suo Alboino in Pannoniam & Galliam cis-Alpinam profecti sunt, ubi regnum Longobardicum condiderunt, quod adhuc Lombardia ab ipsis appellatur. Episcopatus verò à Carolo Magno eodem translatus est, cùm quidem antea Salingsteti, quod nunc est Ostrovicum, fundatus esset.

HALA imperialis civitas in Suevia ad Cocharum fluvium qui eam interlabitur, à voce Græca τ͂ ἁλὸς nominata, ex qua Latine fit Sala vel *Saltz*, & Salina, quia fontes ibi aqua salsa fluentes etiam Ptolemæi temporibus conspecti sunt. Officinas salinarias, in quibus sal coquitur, ad centum & undecim habet. Sedes nobilium olim fuit, qui turres lapideas instar ca-

stellorum in ea ædificarunt, à quibus Siebenburgum fuit vocitatum. Hæc præsidium Suevis adversus Francos præbuit, & ludis, torneamentis, certaminibusq; singularibus nobilitata est. Quicunque enim nobiles per monomachiam sive duellum vindictæ cupiditatem explere voluerunt, his à Cæsaribus Hala tanquam palæstræ locus fuit datus, ubi de fama & capite decertarent.

HALA SAXONVM vel potius Hermundurorum à sale, qui Græcis est ἅλς, nomen adepta esse videtur propter fontes salis qui in ea sunt. Est enim sal idem quod ἅλς per metathesin scilicet transpositis literis. Apparet autem Germanos ex commerciis & infusione Iudæorum & Græcorũ mature vocabula quædam peregrina asciviſſe & in suam linguam convertisse. Quod crebra exempla demonstrant tam Græcarum quam Hebraicarum vocum in lingua Germanica. Meminit autem Tacitus salis fontium, de quibus olim Chatti cum Hermunduris certarunt, ex quo vetustas salis in hoc loco eruti potest cognosci. Vixit enim Tacitus ferme centesimo anno post natum Christum. Ajunt porcum olim

illic volutatum ad Solem albicasse & salem prodidisse. Sunt autem Halæ fontes salis quatuor eminentes ad S. Mauricium versus Septentrionem, quorum tamen primarius est Teutonicus, ex quo aqua copiosa & densa erumpit. Ac nisi exhauriatur intra dies 27. exundat & in profluentem sese exonerat. Salis porrò ea vis est, ut carnis putredinem prohibeat, propterea in sacrificiis adhibitus est, ut integritatem & puritatem doctrinæ verbi divini significaret. Levitici 2. præcipitur, nihil absque sale Deo efferendum esse. Et Num. 18. Fœdus salis appellatur id quod perpetuum, firmum & ratum est. 2. Paral. 13. dedit Deus regnum Davidi & filiis ejus fœdere salis. Paulus Coloss. 4. sermonem Christianorum vult esse conditum seu perspersum sale, hoc est, verbo Dei, & comitate accommodata locis, temporibus & personis sine fuco & fraude. Pagus initio conditus ad hos salis fontes fuit Dobrebora vel Dobersolo dictus, anno Christi 981. ab Othone II. imperatore in urbem conversus est.

HAMBURGA Vandaliæ urbs florentissima, olim Gampriviorum sedes Ditmarsiæ, Holsatiæ & Stormariæ vicina. Non ab Hammone, qui

nunquam agnitus eſt in his regionibus, ſed ab Hain ſeu luco nominata, ut ſit Hamburga per ſyncopen Hainburga; vel à voce Ham, qua ſylva ſive ſaltus ſignificatur *ein Forſt*, quod olim ſylva inter Alſtriam, & Billam flumina Ham dicta ibi fuerit. Quo nomine etiam alia loca appellantur, ut Ham in Hollandia, Ham in VVeſtphalia, Ham in Friſia. Ditmarſi Ham vocant ſalicetum ſeu pratum. Cranzius venuſte ait, Saxones in his regionibus Vandalicæ gentis nomen & memoriam abſorpſiſſe, ſive obliteraſſe; ut nunc Saxones eo loco habeantur, quo Vandali habiti ſunt olim. Caroli Magni ætate anguſtus fuit collis, in quo cathedrale D. Petri templum hodie eſt.

HANNOVERA Saxoniæ urbs ad Leinam fluvium, aggeribus, foſſis & muris munita, tum civium etiam frequentia, & conſenſu roborata. Arx olim ibi fuit Leinenrode dicta: ſedes aulę comitum à Rhoden. Ab hac pons in Leina extructus fuit, per quem tranſitus in oppidum, ubi aulici miniſtri habitabant, patuit, qui adhuc arcis via vel Burckſtras appellatur. Cum igitur quæſitum eſt in aula, ubi ſecretarius, vel ſcriba, vel alius quicunque miniſter eſſet? reſponſum eſt Idiomate

Saxo-

Saxonico, *Hennufer*, hoc est, transiit scilicet in oppidum, quod trans Leinam paulatim condebatur, & ampliabatur. Inde urbi nomen inditum est à transitu, scilicet ab arce per pontem in Leina: tametsi arx Leinenrode ab Hannoverensibus auxilio Alberti ducis Saxoniæ & Luneburgi anno Christi 1370. in die pentecostes destructa est. Mansit autem hoc oppidum in ditione & jure comitum à Rhoden usq; ad Henricum Leonem, qui per mortem sublatis comitibus oppidum in potestatem suam redegit, & muro circumdedit.

HAYLBRVNNA Latine salubris vel salutis fons, ad Neccari ripam civitas Imperialis Suevica, sic dicta à copia saluberrimorum fontium, quorum aquis sanari consueverunt infirmi. Ex pago in urbis formam redacta est anno Christi 1085. vel, ut alii volunt, circa annum 1240. quo imperii civitatibus imperante Friderico II. adscripta est.

HAYNA *Hayn*, Germanis & Henetis significat lucum, vel saltum sacratum, & ab usu publico separatum, cujusmodi passim saltus plurimi fuerunt, à quibus urbes etiam nominatæ sunt. Ex quo etiam est verbum *hegen*,

quod

quod est separare à publico usu. Quod etiam ad judicia translatum est, cum dicimus, *Gericht hegen*, ad quod scilicet adire cuivis sine venia non licet. Et Hôger pro *Heger* custos, sive defensor, unde Homerus quoque ἱερὸν κύκλον, vocat ex voce Græca fortasse τῦ ἁγίυ, cujus diminutivum *Heslichen*. Est autem Hayna Misniæ urbs, olim Marchionibus Lusatiæ subjecta. Condita esse videtur vel ab Henetis, vel à Germanis ethnicis, nec nominis aliquam celebritatem habuit ante Fridericum, & Dicemannum Marchiones Misniæ, fratres cum patre Alberto belligerantes.

HEIDELBERGA Ptolemæo Budoris ad Neccarum in montium radicibus sita, loco tam vini quàm rerum aliarum ad victum necessariarum feraci. Nomen habet à myrtillis, à quibus etiam mons myrtorum, & urbs myrtilleti appellatur. Paulus Melissus,

Heidelberga vocor myrtilli vescula dona
Monte sub arboso mi tribuere notam.

Civitas est magnifica, potens & elegans, metropolis & sedes Palatinorum Principum. Academiam habet à Ruperto Palatino fundatam anno Christi 1346. Reperiuntur in ea Latinis literis

teris consignata monumenta, ex quibus cognosci potest olim à Romanis eam esse frequentatam.

HELMSTADIUM Saxoniæ oppidum medio inter Magdeburgam & Brunsuigam itinere, à Caroli Magni filio muniri cœpit, ut præsidium esset contra Sorabos & Vilsos. Tradidit autem eam S. Ludgero, qui primus monasterii episcopus fuit, ut confugere illuc in cursu prædicationis evangelii posset. Ludgerus tribuit cœnobio Benedictino, quod VVerdenæ est ad Ruram fluvium. Hujus monasterii abbates, domini civitatis Helmstadiensis manserunt usq; ad annum 1490. quo accepta pecuniæ summa, abbas VVilhelmo Brunsuicensi duci eam vẽdidit.

HERBIPOLIS Orientalis Franciæ, quæ hodie est Franconia, metropolis, Latine Erebi urbs, vel Plutonis civitas, Germanice *Wurtzburg*, quasi *Erebsburg* ethnicis dicta. Procul dubio fanum Erebi, vel Plutonis ibi fuit, ad quod tanquam ad sacrarium accurrebant Franconiæ incolæ. Reliquum est in monte spelæum amplum & profundum Liberi patris, qui ibidem etiam cultus est. Hæc etymologia videtur esse aliquanto verisimilior, quam eorum, qui vel à dulci musto, vel quasi

dupli-

duplicem civitatem dici eam autumant. Sita eſt in plano, monticulis tamen & collibus undique circumjacentibus, qui vini ſuavis feraces ſunt. Ad Occaſum habet præterlabentem Mœnum cum ponte lapideo, quo tranſitur ad arcem in monte poſitam, quæ tam firma eſſe putatur, ut penè expugnari non poſſit. Apparet illam ab ethnicis tantiſper cultam eſſe, donec Chilianus, Colonatus, & Theodmanus Scoti in Germaniam à Pontifice Benedicto II. circa annum Chriſti 680. miſſi Goſbertum ducem Franciæ ad religionem Chriſtianam converterunt. Hi tametſi à Geilana impudica & impia occiſi ſunt, tamen Goſbertus in fide Chriſti permanſit, & filius ejus Hentanus templum in monte, quod hodie S. Mariæ dicatum eſt, condidit. Non multò poſt circa annum Chriſti 750. S. Bonifacius archiepiſcopus Moguntinus epiſcopatum ibi inſtituit, cui etiam adjunctus eſt ducatus Franciæ, ut utrumque ſit præſul VVurceburgicus, epiſcopus & dux politicus. Ex quo evenit, ut cum miſſam celebrat epiſcopus, gladium ſtrictum in loco propinquo poſitum habeat. Vnde eſt rythmus: Herbipolenſis ſola, enſe judicat ſtola, Quo gladius civilis

soli VVurceburgico præsuli tribuitur. Xenodochium habet ad alendos pauperes quidem extructum, sed tanto splendore & magnificentia, ut urbi non dissimile videatur. Accessit Gymnasium sive Academia recens, studiis liberalibus & literatis hominibus affluens, nitore & opibus nulli cedens. Bella tam intestina quam externa sæpius experta est. Aliquoties etiam cum Bambergensi episcopatu, cum Hennebergensibus comitibus, & aliis vicinis de jurisdictione dimicavit.

HERRENBERGA VVirtembergiæ oppidum uno milliari à Tubinga distans, à Chattis olim M. Antonini Philosophi tempore conditum, & Chatstedt vocitatum. Inde in potestatem comitum Palatinorum venit, tandemq; à Palatino Cunrado venditum est Eberhardo VVirtenbergensi comiti circa annum Christi 1382.

HILDESHEIMIA in inferiore Saxonia cōdita, & episcopatus ibi fundatus à Ludovico Caroli Magni filio anno Christi 822. Dicta videtur à proprio quodam nomine conditoris, & à voce *heim*, quâ domicilium vel sedes rerum, & fortunarum significatur. Bella gessit multa, sed quæ multo

maxi-

maxima ex parte epiſcoporum inſolentia, ambitione, & petulantia, fuerunt accenſa. Quos ſatius fuiſſet pedum & ſarculum geſtare, quam cum principibus dimicare, & pacem publicam atque privatam turbare. Satius igitur eſt, eorum pugnas oblivione obruere quam literis perſequi. Certe non ad decus & laudem, ſed ad probrum ſeu ignominiam ſacri ordinis ſcribuntur, quæcunque de epiſcoporum conflictibus bellicis memoriæ traduntur.

HIRSFELDIA olim Herolsfeld ab Herolfo conditore dicta, templum collegiatum habet anno Chriſti 738. fundatum à Lullo archipræſule Moguntino, cui privilegia ampla tribuit Carolus Magnus.

Anno Chriſti 1569. Abbas Michaël Gymnaſium illuſtre ibi aperuit, collatis quadragies mille Ioachimicis ad neceſſarios diſciplinæ & doctrinæ uſus. Templum arte tanta politum continet, ut ſpectatû ſit digniſſimum.

IENA ad Salam fluvium in Duringia oppidum non admodum celebre, antequam ex Muſarum commercio nobilitari cœpit. Nomen, ut videtur, habet à vino, quod Hebræis eſt *Iain*, quod diſticho hoc exprimitur:

Hinc placet Hebræo nobis hanc nomine dici,

Et vetus à Iain nomen Iena tenet.

Quæ etymologia si vera est, non ab aliis quam à Iudæis Iena nomē adepta est, qui post eversam politiam Iudaicam dispersi sunt in omnes angulos terrarum orbis, & in hæc etiam loca penetrarunt. Sedes fortunarū suarum passim fixerunt, Synagogas condiderunt, & vini usum cultumque largiorem importarunt. Consentaneum igitur est, ad Salam eos consedisse, & ex vini proventu victum quæsivisse. Quod in vicinum oppidum VVimariam attulerunt, ex cujus venditione illud nomen invenit, sicut infra dicetur. Monasterium prædicatorii ordinis, à dominis de Leuchtenburg fundatum est anno Christi 1286. auctum verò, ornatum & locupletatum à piis multis mulieribus & viris. Contulit quoque partem bonam Albertus Duringiæ Landgravius & Saxoniæ Palatinus. Confirmavit verò tandem Fridericus Landgravius Duringiæ & Marchio Misniæ & Ostlandiæ. Academiam habet liberalibus & doctis hominibus affluentem ab anno Christi 1555. quo introducta est solennitate magna, & privilegia Cæsarea

 publi-

publicata die Ianuarii 25. munificentia & liberalitate ducũ Saxoniæ Ioannis Friderici, Ioannis VVilhelmi, & Ioannis Friderici fratrum, ducis electoris Saxoniæ Ioannis Friderici filiorum.

INGOLSTADIUM Bavariæ urbs ad Danubium sita sub Bavariæ Ducibus, ab Anglis-Suevis nomen habet, qui cum Saxonibus in unam gentem coaluerunt, & ex Angrivariæ ducatu in VVestphalia in Britanniam contra Scotos & Pictos militatum abierunt, ex quo etiam Anglo-Saxones dicti sunt. Pagus olim fuit à Ludovico Bavaro in urbem conversus, cujus ambitus intra mœnia passus 3500. complectitur. Academiam habet fundatam circa annum Christi 1471.

ISENACUM Duringiæ urbs, quorundam opinione ab Iside Ægypti regina nomen adepta est. Hæc enim regnante in Germania Suevo, in Ægypto autem dominante Iosepho circa annum mundi 2240. venit in Germaniam, & artificium tundendi oleum, plantandi vites, & alia ad victum cultumq; vitæ necessaria Suevos docuit, vel certe meliorem aliquanto rationem colendi agrum ostendit. Ægyptus enim propter fœcunditatem frumenti copia & bonitate abundavit. Fieri itaque

itaque potuit, ut inde in Germaniam serendi, & plantandi, item cerevisiam coquendi modus ab hac regina importatus sit. Si hanc opinionem sequimur, statim vel non paulò pòst Isidis adventum in Germaniam dicemus Isenacum esse conditum. Quid igitur vetustius erit Isenaco? At sunt in medio rationes quæ reclamant. Isis enim Suevorum quidem dea habita est, sed non Duringorum. Ergo verisimile non est ab Iside dictum esse Isenacum.

ILENBURGUM ad Muldam flumen arx & oppidum non à Iulio Cæsare conditum, qui nunquam attigit Muldam, sed à celeritate sic dictum quasi in casu necessitatis subito extructum. Quod proverbio declaratur, quod de homine tardo usurpatur: Non est Eilenbergius, sed Senfftenbergius. Multò minus ab Ilingis Sueviæ populis nominatum est, quippe qui in Lusatia inter Elystrum & Suevum rectius collocantur. Maximè enim consentaneum est Germanicis urbibus Germanica nomina esse imposita. Comitatus quondam fuit, cujus insigne dicitur fuisse Leo dimidiatus in luteo campo, in inferiore verò parte tres stellę luteæ in campo cæruleo.

ISENA vel ISNA *Isne* imperiale oppidum in Rhetia prima, vel à ferro vel ab Iside Ægyptia à Suevis olim culta sic nominatum. Paruit comitibus Veringensibus, qui cœnobium ibi condiderunt. Extincta Veringensi familia, in potestatem Dapiferorum de VValpurck pervenit, & inter eos tandem ad Othonem, qui Leopoldum Austriæ ducem in quodam bello adjuturus, equites aliquot conduxit, quibus cum solvere stipendia non posset, pecuniam quidem corradere conatus est, sed frustra. Itaque à civibus suis Isnensibus pecuniæ summam non exiguam sumpsit, eo pacto ut à bello reversus eam redderet. Idque si faceret, ipsi in fide & obedientia manerent; sin minus, liberi essent. Sed è bello non rediit. Itaque liberi cives facti civitatibus imperii sese adscribendos curarunt.

ISLEBIA comitatus Mansfeldici urbs metallica, nō ab Iside Ægyptiaca dicta, sed à ferro potius seu metallo, cujus copiam locus in quo sita est suppeditavit, quasi æris domus, seu ferri domicilium, quod ex visceribus ejus erutum, id quod acervi scoriarum seu recrementorum reliqui demonstrant.

KAYF-

KAUFBAYRA imperii oppidum in Algoja sive Alemania veteri positum, Latine emtus pagus. Nam soluta pecunia 50000. aureorum in libertatem sese vindicavit, imperante Cunrado II. Domini autem hujus oppidi fuerunt Barones à villa, *vom Hoff*, qui ex Gallia progressi in eum locum ductu & auspiciis Lotharii imperatoris, municipium ibi condiderunt, circa annum Christi 1342.

KITTINGA vel *Kitzinga* Franconiæ urbs ad Mœnum sita. Hic enim ab ortu ex pinifero monte descendens, ad occasum Franconiam mediam perlabitur, alluitque urbes hujus regionis præcipuas, Bambergam, VVurceburgum, Hasfurtum, Sueinfurtum, Kittingam, Carlstadium, Francofurtum, ad extremum etiam Moguntiam, ubi in Rhenum copiose multisque amnibus auctus influit. Hunc fluvium alii Magonum appellant, sed reclamat Althamerus. Philip. Melanchthon ad numerum dierum anni accommodavit Mœni appellationem. Si enim Græcas literas spectes μ 40. ε 5. ν 50. ο 70. σ 200. denotat. Versus sunt:

Discite præcipuè solis motumq́; viasque,
Vos quibus est patrium Francica terra solum.
Namque dies totus quot traxerit ambitus anni,
Id fluvii vestri vox bene nota sonat.

Celtes eundem vocat Bachiferum à vino, quod in Francico solo nascitur. Nomen autem urbis est à Kitz, opilione Pipini Francorum ducis, qui ovium greges domini sui illic pavit. Adelheide verò ejusdem ducis filia sancta & religiosa cœnobium S. Benedicti ibidem an. Christi 745. condidit, cujus etiam abbatissa prima est facta.

KONIGISBERGA novæ Marchiæ oppidum ab Othocaro Boëmiæ rege conditum. Id quod insigne ejus quod reliquum est demonstrat.

LAVINGA, *Lavvingen*, Sueviæ oppidum ad Danubium in superiori Palatinatu loco fertili & amœno situm. Rempublicam, Ecclesiam & scholam habet ad normam justiciæ, religionis & doctrinæ salutaris directam. Scholæ quidem autor extitit princeps Palatinus VVolfgangus, tutor verò & patronus ejusdem filius ipsius Philippus Ludovicus Palatinus. Amplificatum est multis partibus & ædificiis à Ludovico duce Bavariæ & comi-

comite Mortaniæ anno Christi 1413. Donatum verò est anno Christi 1458. ab imperatore Abbati Fuldensi, qui aliquot annis post, doni nuptialis loco dedit ducissæ Bavariæ, ea conditione, ne cives majori exactione gravarentur, quàm trecentis florenis quotannis duci persolvendis, item ne ducem intromittere illi cogerentur. Hac libertate illecti complures nobili loco nati sedem ibi fortunarum suarum collocarunt. Ad hæc ipsa quamvis summi pretii libertas levi quadam ex caussa amissa est, nempe ex petulantia adolescentum nobilium & primariorum, qui nocte quadam cum instrumentis musicis oppidi vicos circumiverant. Hos quocunque pene ibant, pone sequebatur deerrans quædam ovicula, palatu suo musicam interturbans. Et cum repelli aut arceri nullo modo posset, mactata est, & apud cauponem hilariter consumta. Etsi autem postero die pretium pro illa numeratum est, tamen ad rixas & contentiones majores identidem ventum est. Interposuerunt quidem se Augustani & Vlmenses, ut controversiam dirimerent: sed nihil efficere potuerunt. Itaque ad Bavariæ ducem tandemque ad Cæsarem ipsum res delata est, cui pla-

cuit, ut duello seu conflictu singulari certamen finiretur. Ad quem quidem conflictum una pars ter accessit, altera verò comparere noluit. Ob hoc dissidium status Reipubl. labefactatus est, & in potestatem Bavariæ ducis oppidum devenit. Ab eo tempore multi relicta Lauinga alias sedes quæsiverunt.

LAVBANVM ἑξαπόλεως urbs antea Silesiæ annumerata, postea in Brandeburgiorum Marchionum ditionem redacta multis immunitatibus ab Othone circa annum Christi 1294. aucta est: à VVoldemaro autem anno Christi 1318. mœnibus & fossis cincta; à Ioanne I. Boëmiæ rege territorio Gorlicensi adjuncta, à quo etiam fines Budissinensis & Gorlicensis territorii certis limitibus, qui in hunc usque diem manent, distincti creduntur.

LEISNICIVM, *Leisnig*, ad Muldam Freibergensem, cujus nominis vetustas inde apparet, quod imperante Henrico Aucupe Burggravius quidam Leisnicensis nominatur, qui in prælio ad Merseburgum anno Christi 933. operam Cæsari navarit. Vrbem quidem, & comitatum Leisnicensem tenuit etiam VVipertus comes Groizensis,

sis, donatum ab Henrico IV. Post eum ad Cunradum Misniæ Marchionem devenit, per Lotharium imperatorem: quanquam vivente hoc ipso Cunrado anno Christi 1143. quidam Henricus comes Leisnicensis superstes fuit.

LEUKIRCHIA Sueviæ oppidulum in imperii præsidio ac tutela latens.

LIGNICIUM Silesiæ urbs à Ligiis seu Luiis, quemadmodum Ptolemæus & Strabo vocant, populis, quorum appellatione Silesii comprehenduntur, dicta. Olim, quemadmodum & aliæ urbes Silesiæ, confluxus fuit casarum aliquot ex lignea materiâ rudi, & cespitibus congestarum, circa arcem, quæ & ipsa ex cratibus & trabibus constructa fuit. A Boleslao vero Procero primo Silesiæ principe ad justæ civitatis faciem circa annum Christi 1170. traducta est, exornata, & amplificata. Venas auri quondam habuit Lignicensis ager, ex quibus singulis ferme hebdomadibus libras auri aliquot Ludovicus princeps Lignicensis accepit.

LINDAVIA vel LINDAVUM in lacus Podamici insula situm oppidum imperiale, lapideo ponte 290 passuum terræ annectitur. Ab ortu Algojam habet, ab occasu Helvetiam à

meridie Rhetiam & Italiam, à Septentrione Sueviam. Nominatum videtur à tiliis, quarum copia olim ibi fuit. Apparet Augusti Cęsaris propugnaculum fuisse adversus Vindelicos, & sequentibus temporibus Romanorum contra Alemanos, à quibus tandem locus ille vastatus est.

LIPSIA. Certum est nomina fluviorum antiquiora & durabiliora esse urbibus. A Plisna igitur seu Plissa amne Misniæ terra Plisnensis, & comites de Plisna nomen invenerunt. Arx item seu castrum Plissenburgum fuit nominatum id, quod ante portam Ranstetensem quondam ad Aldenburgum pagum situm fuit, ubi Plisna amnis, & Parda confluunt: qui locus adhuc Aldenburgum vocatur. Imperante Othone, marchio Güntherus comes à Plisna circa annum Christi 945. castrum pariter Plissenburgum, Aldenburgum & Sceudicium tenuit. Ad Plisnam & Pardam accedit amnis tertius Elyster, supra Adorfum in Sudetis è Nariscorum montibus manans. Ex quo quidem trium amnium concursu τελπόταμος Lipsia appellari potest. Significat autem Lipsia lingua Heneta tilietum *ein Lindenbusch*. Inde pagi finitimi

timi *Lindenavv* appellatio Germanica est reliqua. Dominum habuit Ridacum comitem Merseburgicum, qui vixit imperante Othone I. Non multo post circa annum Christi 1007. sub imperatore Henrico II. Isacius vel Esico postremus comes Merseburgi mortuus est, nulla post se relicta sobole mascula. Itaque comitatus Merseburgicus Cæsari Henrico II. cessit, à quo etiam usque ad annum Christi 1021. gubernatus est; & tum, cum omnibus juribus, feudis & regalibus Lipsia denique ipsa episcopatui Merseburgico traditus, in ejus potestate mansit.

LOBAVIA à prato laudabili nomine Germanico appellari videtur: quemadmodum aliæ urbes finitimæ, ut Rulandum oppidum ad Elystrum, *Königsvvarte*, quasi regis specula. Vltima Marchiacarum urbium est, quæ ἑξαπόλεως titulo comprehenduntur, licet antiquitate excellat. Concussa, attrita, & labefactata est belloHussitico, & ne hostib⁹ domicilium prę beret, destruendam eam esse penitus multi existimarunt. Hoc tamen habet præ aliis fœderatis civitatibus, ut quoties ad consultationem de communibus rebus Hexapolitani legatos mittunt, in hac urbe conveniant.

LOMACIUM in Misnia duobus milliaribus distans ab Albi, ubi est Keleposchium, *der Keulbusch*. Quæ vox si Germanica est, cujusmodi esse apparet, à refrigerando nomen habet, *der küle Busch*, *y* in *u* mutato, quod fieri sæpe solet. Lomacium verò enatum esse videtur ex Glomacio fonte, qui olim illic fuit, & ad quem concursus est factus tanquam ad locum sacrum, ex quo oppidum procul dubio est conditum. Prodigiosus ille fons appellatur, quod mira operatus sit. Cum enim pax bona fuit indigenis, lætos vicinorum confluentium animos effecit: quando sævi belli tempestas aliqua ingruit, sanguinem & cinerem ostendit. Hunc incolæ sanctius, quam ecclesiam, spe quamvis dubia venerati sunt, ut ait Ditmarus.

LUBECA Saxoniæ urbs, corona & caput VVagriæ, in littore Balthico, vetusta Slavorum sive Henetorum sedes ad Suarde & Drave confluentem: sic dicta quasi laudis angulus, quod decus sit urbium in isto littore, & limes Romani imperii in Germania. Exiguum olim fuit oppidum ab Adolpho Holsatiæ comite, imperatore Cunrado III. extructum, & varias fortunæ, & dominorum vices expertum.

tum. Ab Adolpho enim ad Henricum Leonem Saxoniç & Bavariæ ducem vi extortum devenit. Hic sedem Aldeburgensis episcopi in hanc urbẽ transtulit anno Christi 1162. à Leone in imperii jus ac ditionem concessit. Inde ad Henricum Leonem rediit, à Leone ad Adolphum III. inde ad Canutum Daniæ regem. Victis vero & ejectis Danis autoritate Friderici II. imperatoris in libertatem sese vindicavit. Hoc modo libera imperii civitas facta est anno Christi 1209. Incendia & incursiones hostium multas pertulit, anno Christi 1276. conflagravit, sed instaurata est & pulcrior, splendidiorque facta, tum circa annum Christi 1300. opibus & potentia sic crevit, ut efferre caput supra reliquas Balthici littoris urbes cœperit, & emporium maris Balthici valde potentis extiterit. Nam propter maris portus & insulas, quibus ea circumdata est, negotiationibus valde opportuna est.

LVCCA Misniæ oppidum inter Aldeburgum ac Pegaviam in Osterlandia olim pagus fuit, ubi prælium celebre Suevorum strage commissum est anno Chr. 1308. Dux Suevorum, quibus admixti quoque fuerunt Bavari, & Rhenani, fuit comes de Ordenberg.

Hic ad Luccam caſtra poſuit, & incommodis, moleſtiiſq; plurimis Oſterlandos affecit. Quæ injuriæ cum tolerari minime poſſent, Fridericus Marchio Miſniç Lipſiam vocatos ſubditos ſuos ita confirmavit, ut ſanctè promitterent omnes, & ſinguli, qui exituri in hoſtem erant, ſe vel honeſte morituros, vel tantas contumelias & blaſphemias ulturos. Iccirco peccata cōfitebantur omnes, Sacramentum cœnæ ſanctæ ſumebant, miſſam audiebant, & animo præſenti atque parato hoſtem adoriebantur, eumque ita cædebant, ut pauci evaderent incolumes. Brunſuigæ dux Friderico Marchioni ſubſidio miſit equites trecentos electiſſimos, qui primũ impetum fecerunt, & ſtragem magnam ediderunt in Suevorum exercitu. Hos ſecuti ſunt Miſnenſes, qui & ipſi pugnarunt fortiter, & poſt eos Saxones. Ceciderunt igitur in eo prælio viri quater mille. Ex quo proverbium eſt natum, quod in eos dicitur, quibus infortunium grave accidit: Evenit tibi idem quod Suevis ad Luccam.

LVNAEBVRGA Saxoniç inferioris circuli civitas, dicta à Lune, ſeu Lunen, quæ arx olim, & oppidum fuit conditum ab Hermanno Stuppekeſhorn,

horn, qui ſedem ibi habuit, & templum ac cœnobium Benedictini ordinis in monte calcis anno Chriſti 971 conſtruxit. Eſt autem arx Lunæburgenſis centum & viginti quatuor annis vetuſtior urbe, quæ anno Chriſti 1190. ab Henrico Leone condita eſt, ex Bardevici urbis vicinæ ruderibus & ex ſalis fontibus, qui copioſe illinc erumpebant, tum ex pago Heimerſdorff ad Salinas ſito.

MAGDEBVRGA imperialis civitas in Saxonia ad Albim ſita, olim Longobardorum ſedes; Compoſitum nomen habet à burgo ſive arce, & à puellis, quæ erant tres charites ſeu gratiæ, Veneris, quæ illic colebatur aureo currui inſidens, filiæ: Quod idolum poſtea Carolus Magnus deſtruxit. Græce παρθενόπολις vel παρθενοπὴ dici poteſt. Nonnulli Meſonium vocant. *Burg* vero, græce πύργος, latine turris eſt, oppidum & arx. Fuit ergo arx olim, quam Burggravii, hoc eſt, præſides limitanei Romanorum incoluere. Cujuſmodi arces multæ paſſim conditæ fuerunt à Romanis præſidibus ad Albim & Salam, ut eſſent præſidia adverſus hoſtium incurſiones. Veneris autem templum idololatricū

CarolusMagnus inChristianum usum convertit, & S. Stephani templum illic condidit,quod tamen una cum oppido ab Hunnis vastatum est penitus. Arcem vero una cum destructo oppido dónavit VVitikindo, postquam is religionem Christianam amplexus est. Eadem ad Editham Othonis primi cōjugem per pactum dotalitium devenit. Quæ delectata loci commoditate precibus contendit ab imperatore, ut sibi urbem ibi condere liceret. Quam veniam cum facile ab eo impetrasset, anno Christi 940. urbem ædificavit, quam tametsi muro circundare cœpit Otho Imperator, tamen incepta patrare non potuit: Cœnobium tamen ordinis S. Benedicti eo in loco fundavit, ubi nunc est templum summum, illudque S. Ioanni Baptistæ, & Petro ac Paulo, tum propter reliquias quasdam S. Innocentii à Rudolpho Burgundiæ rege missas, etiam Innocentio & Mauricio consecravit, immunitatibusque & libertatibus, tum reditibus amplis donavit. Abbatem vero Treviris accitum eidem præfecit. Cœnobium vicissim fundatori suo quotannis equum album cum puero & lancea misit, ut suam in illum atque adeo in imperium totum obedien-

tiam & pietatem declararet. Eodem tempore civitatem etiam ipſam præclaris privilegiis ornavit ille, & negociantibus in Albi jura illa tribuit, quæ in privilegio continentur. Anno Christi 948. Editha Imperatoris conjunx, è vita ceſſit, & in cœnobio prædicto ſepulta eſt.

MANSFELDIA nomen Germanicum eſt abſque dubio, à viro ſcilicet & campo ductum, fortè à prælio, in quo viriliter dimicatum eſt. Sita eſt urbs in ſuperiori Saxonia ad ſylvam Hercyniam in radicibus quaſi montis Meliboci. Inculta eſt olim à Slavis VVilzis, quos Carolus Magnus circa annum Chriſti 789. expulit. Id quod indicant reliquiæ nominum Slavicorum VViltzpagi in præfectura Seburgica, & Guiltſchin in præfectura Frideburgenſi. Initium autem æris Cyprii effodiendi in campis Mansfeldicis dedit annus Chriſti 1200. quando metallici duo in monte cupri qui poſtea ſic nominatus eſt, ęs invenerunt, quod magni æſtimatum eſt. Caſtrum ſive arx Mansfeldiæ benè munita & magnifice extructa & ampliata eſt anno potiſſimum 1547. quo Magdeburgum obſideri cœpit.

MARIAEBERGA urbs metallica, in montanis sita, & Misniæ ducibus subjecta, anno Christi 1519. ab Henrico Saxoniæ duce condita est: cum quidem superiori anno venæ metallicæ valde opimæ ibi essent inventæ. Ordine admodum conveniente & venusto. vicos & domos extructas habet, templum vero longe pulcherrimum.

MAVLBRVNNA Monasterium Cistertiensis ordinis muro & turrib⁹ circumdatum sub ducis VVirtenbergensis præsidio. In hoc colloquium anno Christi 1564. habitum est inter Theologos Palatini electoris Friderici, & ducis VVirtembergensis Christophori de præsentia corporis Christi in Sacramento altaris. A Palatini partibus erant Petrus Boquinus, Caspar Olevianus, Zacharias Vrsinus, Petrus Dathenus: à VVirtembergici vero Valentinus Vannius, Iohannes Brentius, Iacobus Andreę, Theodoricus Schnepfius, Balthasar Bidenbachius. Incoatum est x Aprilis, finitum vero XVII. ejusdem mensis.

MEININGA Franconię oppidum, sic dictum absque dubio à Mœno principe Francorum fluvio. Cœnobium habet mirifice auctum à Bertholdo

tholdo principe Hennebergensi, in cujus potestatem contractu legitimo anno 1542. venit.

MELLERSTADIUM Franciæ orientalis oppidum pugna inter Henricum IV imperatorem, & Rudolphum Suevum Anticæsarem celebre est. In ea enim tanto animorum ardore & impetu dimicatum est, ut ab utraque parte tam duces quam milites præcipui perierint.

MEMMINGA olim GRYNENFURT pagus veteris Alemaniæ, seu Sueviæ urbs imperialis inter Augustam & Campidonum sita, Drusomagum à Ptolemæo appellata, Germanice *Manmenge*, id est, virorum multitudo, ut quibusdam videtur. Vetusta adeo perhibetur, ut circa annum Christi 350. exstitisse credatur. Rempublicam habet bene constitutam, quæ partim ab optimatibus, partim à populo administratur. Cives partim mercimoniis, partim lineo & gossypino panno texendo aluntur. Ecclesia statim à rustico tumultu ad normam Augustanæ confessionis conformata est. Schola vero doctrina & disciplina honesta & salutari constat. Exardescente in Germania bello, Carolus V imperator senatus formam mutarat, abrogato eo

ſtatu qui fuerat. Sed anno 1552. cives eundem reſtituerunt & priſtino more ſenatores deſignarunt.

MERGETHVM Latine Mariæ domus, ſive ſacrarium, ſedes eſt magiſtri ordinis Teutonici in Franconia. Cœpit autem ordo ille anno Chriſti 1216. vel 1190. cum Friderici II. imperat. exercitus in Boruſſia contra infideles bellum geſſit. Crevit & auctus eſt vehementer ex eleemoſynis. Ac primum quidem pauperibus hoſpitium & victum præbuit, qui pro eccleſia Chriſti amplianda præliarentur. Poſtea in nobilium collegium converſus eſt. Commendator ordinis in Boruſſia fuit quaſi Palatinus ſeu præſes commendatorũ provincialium. Cooptatio in hunc ordinem fit his verbis: Promittimus tibi aquam & panem in copia, veſtitumque tenuem quoad vives. Si quid obtinget amplius, habebis id quoque. Plura tibi non debemus. Simul enſis, calcaria, ſcutum ei tradebatur. Sacerdos vero prodens vel inveſtiens, ut hodie loquimur, receptum equitem, pallium his verbis ei porrigit: Hanc veſtem & crucem damus tibi, & ſi feceris quod pollicitus es, ſpondemus tibi vitam æternam.

MERSEBURGUM quidem respectu Misniæ trans Salam flumen situm Duringiæ urbs est: sed à Saxonia tamen excludi, sicut & Hala, non potest: cum Misnia ipsa Saxoniæ pars non minima hoc tempore habeatur. Conditum esse à nonnullis putatur, & nominatum à Marso Germanorum rege VI. qui anno mundi 2188. in Germania floruisse dicitur. Sed quantum huic conjecturæ tribuendum sit, facile intelligit, qui rationes cum autoritatibus confert. Rationes autem, quæ opponi huic opinioni possunt hæ sunt: 1. Reges Germanici à Beroso enumerati in suspicione à multis ponuntur. 2. Consentaneum est illo tempore Germaniam usque ad Salam neque frequentatam, neq; cultam adeo fuisse. Tantum enim à diluvio abierant anni 455. usque ad Marsum. 3. Autor fide dignus plane nullus potest proferri. Marsorum enim vici, quos Tacitus lib. 1. annalium nominat, ad Rhenum siti fuerunt, quorum reliquias tenues ad Albim concessisse, & in palustribus locis consedisse, non procul ab ostio fluminis, ubi Ditmarsia est, Crantius in Vandalia scribit. Sunt qui ad autorem Iulium Cæsarem, vel duces ejus originẽ hujus urbis referãt.

Sed primum ἀδέσποτον, hoc eſt, autore certo, & probato caret hæc quoque opinio. 2. Iulius Cæſar ad Albim nunquam pervenit. 3. Tacitus, qui Germaniam vidit, diſerte affirmat, ſuo tempore, hoc eſt, circa annum Chriſti 71. ſub Veſpaſiano imperatore, nullas Germaniæ populis urbes habitatas eſſe, nec conjunctas, ſed diſperſas eorum ſedes fuiſſe. Quod ſi urbes eo tempore Germania non habuit, nec Merſeburgum exiſtere potuit.

Reliquum eſt, ut vel à Marte, vel à Merbigio nomen huic urbi inditum eſſe putemus: A Marte quidem, utpote quem coluit Merſeburgum in ſublimi collocatum; quemadmodum Germanis uſitatum fuit. Veſtigia hujus appellationis reliqua ſunt ſupra portam, qua ex urbe in templum cathedrale itur, ubi capella Martis, vel ſacellum ejus fuit. Ab hoc igitur idolo, ſi nomen adeptum eſt Merſebergum, rectè ſcribi & dici poteſt Martiſburgum. Quanquam non neceſſe eſt ab Idolo urbem appellari, cum nec Lunæburgum à Luna, ſed à fluviolo potius urbi vicino nomen habeat, quamvis forte Lunam olim illius loci incolæ adoraverint. A Merbigio autem vel Meroveo Francorum rege appellari po-

teſt,

test, utpote, qui Duringis etiam dominatus est, & arces oppidaque in ea passim extruxit. Cujusmodi ad flumen Ieram prope Erfordiam reliquus est pagus Merbigsburg, per syncopen Mersburg. Iuxta hanc etymologiam stetit Merseburgum ab anno Christi circiter 438. A Romanis vero quando, & quomodo conditum sit, non facile doceri potest: licet antiquum Roman. opus *die alte Romische Burg* dicatur. Et ut maxime à Romanis castrum illud ad Salam vel ante natum Christum conditum sit: absque dubio tamen à Germanis, quib⁹ Romanorum imperium grave fuit, destructum est, & à Merbigio Franco reparatum. Ex quo non temere etiam Merseburgum vocitari & scribi potest. Quoquo modo se res habeat, nomen Germanicum esse certum est, cujusmodi omnia sunt nomina in Burg desinentia. Illud quidem in dubium venire non potest, per Carolum Magnum accessionem insignẽ ad hanc urbem esse factam, utpote, qui religionis Christianæ sedem primariam illic collocavit, & fundamenta ecclesiæ jecit, extructo templo S. Ioannis Euangelistæ, cum monasterio regularium monachorum. Et ut præsidium certum, verus Dei cultus illic

haberet, comitatum, qui Merseburgensis dicitur, adjunxit. Cui Salinas Halæ, qui id temporis, teste Pirnensi monacho, adhuc pagus fuit, attribuit, & accessionibus non parvis eundem auxit. Ab hoc tempore comites Merseburgici in hac urbe dominati sunt. Insigne autem monachorũ fuit crux nigra, quod remansit deinceps etiam in episcopatu, expressum in campo albo. Sacellum vero vetus postea à Friderico episcopo ornatum, & D. Mariæ consecratum est.

METIS, quę & Divodurum appellatur, una ex præcipuis Belgiæ urbibus, à Mediomatricibus, vel Mediomatricis, qui & Austrasii & VVestrii nuncupantur, nomen mutuata est. utpote quorum metropolis seu caput existit. Dicuntur autem Mediomatrici, quasi medii inter Trevirenses & Leucos, qui sunt Lotharienses ad Tullum & Nancium. Metis vero & Germanicum *Metz*, ex Mediomatricibus per syncopen seu concisionem & contractionem syllabarum factũ est, vulgari consuetudine. Irrigatur hæc civitas duobus amnibus, Mosella & Selna. Ideo tam natura quam opere munita est. Templum habet summum in altiori urbis parte exstructum, cui forum

rum adjacet itidem eminens. Cernitur ibi labrum porphyreticum coloris rubri admodum capax, item D. Arnoldi Basilica, in qua imperator Ludovicus Pius, & filiæ aliquot Pipini regis sepultæ sunt. Imperii Romani jure & libertate usa est, usque ad annum C. 1552. quo Mauricius Saxoniæ dux & Albertus Marchio fœdus cum Henrico II. Gallorum rege pacti sunt, causa vindicandę libertatis Germanię, quam minui à Carolo V. imperatore querebantur: pręsertim cum nullis precibus exorare Cæsarem possent, ut captivos principes, Landgravium præsertim Hassiæ dimitteret.

MISNA Misniæ urbs in Albis ripa à Misna rivo nominata, à quo etiam regio tota nomen adepta est. Lupfurdum à trajecto nonnullis dicitur à Lupf proprio nomine. Tribus cingitur fluminibus, ab ortu Albi fluvio navigabili, à Meridie Trebisa torrente, à Septentrione Misna rivulo. Tres quoq; in uno monte arces habet, Principis, Episcopi & Burggravii: pontem vero altiorem templo, quod tamen de eo ponte intelligendum, qui versus arcem est, non de ligneo illo & artificio insigni fabrefacto, qui trans Albim est. Hoc enim vix artificiosior

in imperio Romano reperitur. Condita est ab Henrico I. imperatore anno Christi 930. qui voluit eo in loco esse præsidium militum Riparensium, hoc est, eorum qui tanquam in limite aut statione collocati pro salute regionis excubarent, ne incursionibus Vngarorum vexaretur. Quo loco illud etiam advertendum, si à Misna fluviolo Misna urbs, & Misnia regio nomen invenit, ecquid dubium esse potest, etiam Misnensem populum ab eodem rivo appellari? Quod si tenuerimus, non jam ab exteris, sed à Germanis, id est, à Suevis, Hermunduris, Misnenses derivabimus. Quod Strabo etiam disertè affirmat lib. 7. Ex quo Romæ quoque in lapide quodam Nicolaus Schônbergius Cardinalis Suevus Misnensis appellatur. Antea quoque aliis nominibus vocata est, nempe Dalemincia, Sirbia. Vrbs ipsa montibus undique circundatur, imo bona ejus pars montosa est, nulla plane planicie. Cujus situm varietate quadam collium distinctum Philipp. Melanchthon intuens dixit: Sparsam illam esse cœca fortunæ manu, propter inæqualitatem scilicet loci modo sursum modo deorsum vergentis. Excellit non tam amœnitate quam salubritate aëris. Amœnitatem quidē effi-

efficiunt Albis fluvius pulcerrimus, colles circumfusi, horti, vinea, basilica. Arx vero incoata ab Ernesto, perfecta & absoluta est tandem ex opulentia metallorum Annæbergensium ab Alberto Saxoniæ duce anno Christi 1471. Episcopatus autem anno Christi 958. ab Othone Magno fundatus liber, ingenuus, nulli Metropolitano præterquam Pontifici Romano subjectus. Ab hoc feudum præpositura Budissinensis accepit. Cœnobium ad S. Afram conversum est in scholam illustrem centum puerorum altricem à Mauricio Saxoniæ duce anno Christi 1543. Iudicium ecclesiasticum ab eodem Mauricio Saxone institutum anno Christi 1545. in quo cognoscerentur causæ matrimoniales, dirimerentur controversiæ ecclesiasticæ, examinarentur & confirmarentur pastores ecclesiarum, & ageretur censura de eorum vita & moribus. Suscepta est in hac civitate religionis reformatio statim à morte Georgii an. Christi 1539. cura & industria Henrici ducis, perfecta vero diligentia Mauricii & Augusti annis sequentibus. Ac primus pastor reformatæ in hac urbe religionis fuit Ioannes Albinus Francus VViteberga eo missus, & à senatu cooptatus

anno 1540. In Basilica vero concionatus est Georgius Spalatinus, Nicolaus Amsdorfius, Iustus Ionas & alii. Eodem anno cœnobium Barfusianum in scholam conversum est. Anno autem 1547. capto Ioanne Friderico à Cęsare mandatum est Misnensibus canonicis, ut gratiarum actionis loco hymnum, qui incipit; *Te Deum laudamus*, canerent. Quo facto circa vesperam hora v. fulmine tactum est cathedrale, & urbanum templum. In cathedrali quidem totum tectum deflagravit, & turris incensa, in urbico autem fastigium templi læsum. Itaque anno 1549. turris de integro constructa est.

MONTFORTIUM, *Montfort*, vetusta arx infra Veldkircham. Sedes comitum Montfortiorũ ex Rhetica familia oriundorum. Vendita est anno Christi 1379. triginta sex millibus aureorum Rhenensium à Rudolpho Duci Austriæ Leopoldo, qui solus ex gente Montfortiorum reliquus sobole omni carebat.

MOGUNTIA à Mœno fluvio, qui & Mogonus dicitur, nomé habet. Ibi enim Mœnus in Rhenum influit, & amœnitatem fœcunditatemque loci mirifice auget, Germanice *Meintz*,

in ripa Mœni sita civitas. Quidam ortum ejus ad autorem Trevirum Manni regis Germanorum filium; alii ad Terbetam Nini & Semiramidis filium referunt. Quorum ego opinionem nō refuto, ne cornicum oculos configere velle videar: sed plus apud me tamen valet Taciti testimonium, qui suo tempore nullas neque urbes neque oppida fuisse in Germania scribit. Quod si urbes tunc nullæ extiterunt in Germania, qua autoritate Moguntiam tanto tempore ante Tacitum fuisse affirmabimus? Multo igitur recentior est hujus urbis ortus, & olim longius à Rheno abfuit, quod ex ruinis cognosci potest. Quanquam negare haud possumus, tempore Constantii & Iuliani tam Moguntiacum, quam Nemetes, Tabernas, Vangiones extitisse. Quod ex Ammiani Marcellini lib. 15 & 16. manifestum est. Sed duo sunt quæ opponi possunt, temporis scilicet & formæ diversitas. Iulianus enim anno C. 461. Romani imperii fasces suscepit: Tacitus vero circa annum Christi 71. vixit. Deinde pleræque urbes Germaniæ pagis similiores quam oppidis fuerunt. Et post Attilæ irruptionē in Germaniam muniri demum cœperūt urbes. Sed ad Moguntiam urbem redeo,
quam

quam ampliatam esse à Claudio Druso Augusti Cçsaris privigno legimus: cum quidem ante Augustum etiam pons ibi factus sit, per quem in Germanos Iulius Cæsar transiit. Direptam vero esse sub Valentiniano Marcellinus scribit. Vetustum est omnino monumentum lapideum glandi quernæ non dissimile, quod Druso factum est Moguntiæ in colle quodam urbi vicino, cui nomen est *Aichelstein*, ex quo conjecturam facere possumus, Moguntiam fuisse quondam arcem belli contra Germanos. Est quoque antiquitatis documentum insigne hujus civitatis, quod à Crescente S. Pauli discipulo ad fidem Christianam conversa est, nec ita multo post episcopatus in ea extitit, qui in archiepiscopatum ann. Chr. 745. autore S. Bonifacio conversus est, ut in historia VVormatiæ dicitur. Nec exigua dignitas sedis Moguntinæ est, quod in deligendo Germano imperatore partes primas tenet, inde usque à Pipino rege, quem anno Christi 750. S. Bonifacius archiepiscopus Moguntinus in templo ritu solenni inunxit. Circa annum Christi 1158. odium exarsit ingens cleri & civium Moguntinensium adversus archiepiscopum Arnoldum, quem etiam furore ingenti

genti trucidarunt, & in fimum projecerunt. Quod facinus Cæsar Fridericus Barbarossa sic vindicavit, ut autores cædis capite multarit, & urbem fere totam diripi vastarique jusserit. Iccirco in ruinis jacuit civitas annis 36. donec jussu Othonis I V, instaurata est. In hoc tumultu cives universi steterant contra archipræsulem, exceptis solis lanionibus vel macellariis, qui pro illo pugnarant. Itaque ab imperatore Friderico singulari quodam privilegio & libertate donati sunt. Concussa quoq; & vehementer labefacta est Moguntia sub episcopo Dieterico Isenburgio, qui anno Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono archipræsul quidem electus est, sed à Pontifice Romano oppugnatus. Is enim antipræsulem obtrusit Adolphum Nassoviensem, cui cives duo Moguntinenses, noctu egressi, urbem prodiderunt. Ex quo factum, ut clandestino introitu 500. cives occisi sint, multique capti. Dietericus ipsę vix per murum elapsus evasit. Ornamento etiam magno est Moguntię Academia, quæ fundata est à Dieterico archiepiscopo anno Christi 1482. Ab Adolpho autem hęc ipsa civitas ab imperio alienata in ditionem & potesta-

tem

tem archiepiscoporum Moguntinensium redacta est.

Anno Christi 1552. Albertus Marchio Brandeburgicus relicto Mauricio cum exercitu venit Moguntiam & iram suam in clerum evomuit, pecunia cives multavit, tormenta bellica eis ademit, episcopi arces duas igne perdidit, qui aberat concilii Tridentini caussa. Tradunt plerique, artem Typographicam hac in urbe inventam. Quam controversiam elegantissime decidit Marcus Zuerius Boxhornius in Theatro urbium Hollandicarum, ubi de Harlemo agit.

MONACHIUM, Germanice *München*, Bavariæ civitas ad Isaram inter Oenum & Lycum amnes. Fundamenta ejus jacta sunt anno Christi 1462. ab Henrico Bavariæ duce, imperante Othone I. Nomen invenisse dicitur à monacho, cujus caput eo in loco repertum sit, cum terra fuit effossa. Amplitudo ejus intus continet passus 500. Hodie sedes est Bavariç ducum, amœnitate aliis multis urbibus antecellens. Multa ibi visuntur summo ingenio arteque & solertia admirabili elaborata atque perpolita. Eminet inter alia locuples & ingens bibliotheca circiter 4000. voluminum

com-

complectens, quorum magna pars
manu scripta est.

MECKELNBVRGVM Obotrito-
rum oppidum à Primislao condi-
tum, μεγαλόπολις vel μεγάπολις
magnopolis, id est, magna urbs à Cran-
zio appellata. Ab hoc titulum sibi
sumsere principes Meckelnburgici, &
ditio ipsa Meckelnburgia, vel Magno-
polensis, secundum Cranzium nomi-
natur. Conversa est autem in duca-
tum à Carolo IV. Romanorum Impe-
ratore, qui Alberto & Ioanni fratri-
ous ducalem dignitatem tribuit, ut
luces Magnopolenses scribantur &
sint, multis congentilium suorum du-
cibus potentiores. Henricus Leo pri-
mus de Meckelnburgo sedem Sueri-
num transtulit, propterea, quod Mec-
elnburgum neque vallis neque muris
irmari potuit. Hunc secutus Gunceli-
ıus novam urbem vicino in loco ad
nare cœpit ædificare, quam VVisma-
iam appellavit Vandalico nomine,
uę brevi tempore incolis sic aucta est,
t omnem memoriam veteris urbis
Meckelburgi aboleverit. Ad Meckel-
urgicum ducatum adjecit Magnus
Meckelnburgi dux, ducatum Vanda-
æ, & Stargardiæ, anno Christi 1431.

& 1471. mortuis absque hæredibus VVilhelmo Vandaliæ, & Vlrico Stargardiæ ducibus.

MVLBERGA ad Albim oppidum cum arce divisum in duas partes, in quarum una parœcia, in altera vero cœnobium virginum est. Fuit in ditione & potestate Baronum Burgiorum de Dauba, qui antea arcem Lomam prope Holmsteinum incoluerunt. Sed cum molestia afficerent Misnensis præsulis villas, eo adegit eos præsul, ut Mulbergam emerent, & sedem mutarent. A Burgiorum stirpe extincta ad Saxoniæ duces devoluta est.

MVLHVSIVM Duringiæ urbs vetus imperialis ad Vnstrum amnem sita loco valde fœcundo & opportuno: dicta quasi molaris domus. Capta, exusta, & vastata est miserabiliter anno Christi 1181. ab Henrico Leone, sicut etiam Northusia. Landgravius quidem Duringiæ Ludovicus obviam huic Henrico ivit cum exercitu magno, & prœlio etiam cum eo dimicavit: sed cæsi sunt Duringi, partim etiam capti & vix vindicari clades accepta potuit.

MVMPELGARDVM in comitatu Mompelgardensi à montis sive horti

horti pulcritudine & amœnitate nomen habet, & quidem tempore Caroli Magni pars fuit Franciæ Occidentalis, eademque habet insignia cum comitatu Phirretarum. Avulsa autem à Franciæ regno comites proprios habere cœpit circa annum Christi 904. Fuit etiam sub ditione superioris Burgundiæ circa annum Christi 1262. mortuo Theodorico comite. A Montispelgardensi comitatu ad Novocastrenses devenit. Inde ad VVirtembergenses comites translatus est per matrimonium Eberhardi junioris & Henricæ vel Henriettæ, Henrici comitis Mompelgardensis ultimi filiæ, circa annum Christi 1395. Hic iisdem ducibus confirmatus est à Carolo V. tanquam imperii beneficium in conventu Spirensi anno 1544.

NEVSTADIVM *ad Orlam* fluvium oppidum, cum vicina urbe Iena, & comitatu Orlamundensi, & VVimariensi anno Christi 1301. ad Fridericum Admorsum Misniæ marchionem per dotalitium pactum cum Elisabetha comitissa Arnshaugensi conjuge sua devenit. Arci vicinæ nomen est Arnshaug, cœnobium vero Eremitarum fundatum esse dicitur anno 1292.

NORIMBERGA quasi Noricorum mons, condita est à Noricis in Hercynia sylva, ut eò tanquam in latebras profugerent, cum ab Hunnis late Germania vastaretur. Sita est in colle natura firmo & ab hostium incursione atque impetu tuto, ubi Pegnessus & Regnessus confluunt in solo horridiore aliquanto & arenosiore, loco medio ferme non solum Germaniæ, sed totius etiam Europæ, ut Cunradus Celtes existimat. Interiit autem Attila Hunnorum rex anno Chr. 454. Ex quo initium hujus urbis æstimari potest. Ampliata vero & exornata esse videtur, imperantibus Henricis, quemadmodum urbes aliæ passim in imperio. Arx sive castrum est in hac urbe monti impositũ, in quo Romani imperatoris præsides jurisdictioné olim exercuerunt, ex quo Burggravii Noribergenses illi nominati sunt. Hi muniverunt etiam illam præsidio ad propulsandas rapinas & latrocinia, quæ provincias vicinas valde vexabant. Rempublicam vero constituit Ludovicus cognomento Bavarus, imperator factus anno Christi 1315, qui ad certas leges vitę incolas adstrinxit. Imperio autem adjuncta est multo citius, & libera facta à Cunrado II. qui anno

Christi 1027. ad imperium evectus est. Forma gubernationis primo fuit democratica, quæ propter seditionem civilem cōversa est in aristocraticam, imperante Carolo IV. Hanc firmiter retinet, cavetque ne in tanta incolarum multitudine ac diversitate tranquillitas & pax turbetur. Quod admirationi fuit Ferdinando imp. qui intuens tantam hominum copiam in una politia, quæsivit ab Antonio Tuchero, ecquo modo tanta multitudo regi & in concordia retineri posset? Cui respondit ille, Bonis verbis & gravibus pœnis. Ajunt quinquaginta duo millia civium in hac Republica numerari. Fridericus I. imperator puerorum multitudinem aliquando conspicatus in hac civitate, primum admiratione quadam affectus est, deinde jussit omnes pueros infra decimum annum vocari in fossam arci propinquā. Quo cum venissent, à matribus comti & ornati, quoad cujusq; facultas tulit, Cæsar aspectu eorum satiatus, placentulis & tortulis donatos dimittit, aureum numum cuiq; pollicens, si denuo accerserentur. Quatuor millia amplius puerorum hujus ætatis in fossa fuisse dicuntur. Ordines in hac republ. numerantur tres, patrum, merçatorum,

& plebis, quæ operarios complectitur. Patres ex familiis veteribus & honoratioribus constant, ex quibus senatus legitur atque completur. Is continet 26 viros, quorum 13 magistri civium vocantur, reliqui 13 Scabini: quibus tres Iurisconsulti conducti semper assident. Consules singulis mensibus mutantur, nec amplius uno mense unus Rempubl. administrat. Leguntur ex eodem ordine senatorum etiam quinque viri, qui caussas criminales cognoscunt & dijudicant, tum prętor quoque & quæstores ærarii singulis annis bini. Semel etiam in anno, præsertim cum res ardua incidit, ex tota civitate aliqui advocantur, ut in commune consulant. Mercatorum ordo immunis est ab oneribꝰ publicis. Plebi interdictum est conventiculis & conviviis solennibus, ne ex congressibus hujusmodi semina diffidiorum aut seditionum emergant. Tria igitur sunt, quæ Rempubl. Norimbergensem continent, εὐνομία sive εὐταξία, æqua & justa legum constitutio sive ordo; εὐλογία, moderata oratio sive amica civium compellatio, & ἀδεϱαστία animadversio nemini parcés aut meritam pœnam remittens. His accedit quartum

quartum ornamentum atque præsidium, ecclesiæ & scholarum cura diligens & accurata. Nam & privatas scholas in urbe habet, & Gymnasium publicum Altorfii impensis magnis alit, in quo literæ & disciplinæ omnes vigent. Ex his summi precii bonis efflorescit & redundat communis civium comitas, consensus, & humanitas in pace, in bello vero gravitas & tolerantia. Etsi autem mansit hæc civitas in fide & clientela imperii sine querela, tamen ab Henrico V. qui patri factus est rebellis, oppugnata, capta, direpta & solo pene æquata est, propterea quod patri ipsius fidem & operam præstitissent. Idcirco jacuit in ruinis annos ferme 40. usque ad annum Christi 1139. quo Cunradus III. imperator eam instauravit, ambitu, ædificiis ac templis auxit, tum ipsemet quoque incoluit. Extruxit idem Scotorum cœnobium S. Ægidio dicatum, idque Benedictinis assignavit. Henricus VI. imperator circa annum Christi 1194. muro urbem circumdedit, & Burggraviatum instituit. Rudolphus autem Habspurgius, qui anno Christi 1273. ad imperii fastigium evectus est, tantum honorem ei habuit, ut primum conventum ibi celebravit, &

Burggravii munus arbitrarium ante, in hæreditarium converterit. Attribuit autem illud Friderico comiti à Zollern, sororis filio feudi loco, à quo in familiam marchionum propagatum est, qui Burggravii Norimbergenses inde nominantur. Hi de vicinis comitibus identidem præfecturas & oppida emerunt, Culmbachium, Ansbachium, Crailsheimum, Suabachum, Cadelsburgum, Kitzingam, Curiam, Guntzelhusium, & alia. Ab eo tempore opibus & potentia in imperio floruerunt. Civitas vero ipsa negociationum crebro usu mirum in modum crevit, ferme ab anno Christi 1300. quo primum ad gentes exteras proficisci cives cœperunt. Fridericus autem Burggravius primus elector Brandeburgicus, vendidit senatui & urbi Norimbergensi florenis 240000. arcem in urbe & pagos aliquot in vicinia, VVerdam, Schinclingum, Snepfenreitum, molas quatuor & sylvas duas, cum omnibus juribus & reditibus: retento tamen jure feudali in ecclesiasticis & politicis. Iure item provinciali Burggraviatus, venationis, tuti & liberi comeatus extra urbem, aliisque regalibus.

NORTHVSIA Imperialis urbs Cheruſcorum in Miſniæ & Duringię confinio ad ſylvam Hercyniam, quæ Duringos diſterminat à Saxonibus: ſic dicta ab aquilone ad quem reſpicit, quaſi aquilonis ſeu ſeptentrionalis domus. Conditor ejus fuit Merovigius Francorum rex, qui late in Duringia dominatus eſt. Alii ad authorem Theodoſium ſecundum referunt, ab eoq; Theodoſianam appellatam eſſe autumant. Reparata certe vel aucta & inſtaurata ab eo eſt, privilegiiſque ornata. Reperiuntur adhuc ſupra portam quandam hujus urbis verba iſta aureis literis in ſaxo quodam inciſa: Anno Domini 410. Theodoſius ſecundus nobiliſſimus Hiſpanus Rom. Imperator anno imperii ſui quarto hanc urbem fundavit, libertatibus armiſque imperialibus ditavit.

NVMBVRGVM urbs ad Salam in confinio Duringiæ & Miſniæ ſita, quaſi Novumburgum, Latinis, Neopyrgum dicitur à voce Græca πύργ-, qua turris ſignificatur. Eſt autem Burgum oppidulum muro cinctum, & portis clauſum. Vnde etiam natæ ſunt voces Germanicæ *Burck*, & *Bürger*. Huc tranſlatus eſt anno

Christi 1028. episcopatus Cizensis à Cunrado Saliquo imperatore. Collegii vero canonicorum & cœnobii Benedictini autor fuisse perhibetur Ecardus sive Ecbertus primus Marchio Misniæ & Duringiæ, in quo etiam humatus est cum conjuge Suanhilde. Est quoque cœnobium sancti Georgii post cathedrale templum canonicorum regularium domicilium.

Duringiæ chronicum nominat arcem *Nevvenburg*, quo venisse ajunt Cæsarem Fridericum ann. 1130. ad Ludovicum Ferreum Duringiæ Landgravium affinem suum,& cum arcem diligenter inspexisset, dixisse fertur: Hic nil nisi murus desideratur. Huic respondit Landgravius: de muro non sum solicitus, utpote quem conficere mira celeritate possum. Mox quæsivit Cæsar, quam cito locus tantus muro bono circundari posset?intra triduum ait Landgravius.Risit Cęsar, mirum id esse inquiens, etiamsi omnes laterarii sive operarii adhiberentur in totaGermania. Statim mensa apparatur, & dum Cæsar cibum capit, clam jubet Landgravius omnes suos comites, & dynastas in Duringia cum subditis suis benè armatos in arcem advocari. Hi cum adessent, mane efficit Landgravius,

vius, ut ordine bono in suo quisq; ornatu, & militaribus armis circa arcem consistat, quasi in aciem proditurus. Astant Domini, & nobiles cum armigeris tenentes manibus gladios strictos, & ubicunque turris aut murus esse magis conspicuus debebat, ibi comes vel baro cum vexillo collocatus erat. His itaque clanculum adornatis, Cæsarem alloquiturLandgravius: muri, quos pollicitus sum, inquiens, parati sunt, si videre eos vult majestas tua, gratum id mihi est futurum. Ludisne me, ait Cæsar? Minime vero, ait Landgravius. Mox venit in locum Cæsar, & conspicit murum non quidem ex lapidibus, sed ex viris fortibus, beneque armatis conflatum atque compactum. Miratur itaque vehementer, affirmatque se pulcriorem murum vidisse nunquam. Gratias igitur agit affini Landgravio pro exhibito tam jucundo spectaculo. Incendiis mire deformata est hæc urbs, semel anno Chr. 1473. in die Timothei tota conflagravit. Et iterum anno 1487. dimidia exusta est. Anno 1518. una cum templo parochiali universa pene interiit. Belli vero incommodum gravе passa est eadem anno Christi 1239. quo Adolphus Cęsar Numburgum de-

struxit,

struxit, sed reparavit illud Fridericus Marchio, præsidiisque necessariis munivit, simul atque Adolphum abiisse cum exercitu suo cognovit.

Mercatus est Numburgi celebris hoc tempore ad Petri Pauli diem, qui olim tertio die ante ferias paschales celebratus est. Postea vero autoritate Cæsarea in dictum diem Petri Pauli translatus. Electus erat anno Christi 1542. solenni & ordinario processu capituli Numburgensis præsul Iulius *Pflug* nobili loco natus. Verum cum is aliam religionem profiteretur, quam fert Augustana confessio, repudiavit eum Ioannes Fridericus Saxoniæ elector, & Nicolaum Amsdorfium Theologum cælibem ex nobilium ordine in sedem episcopalem per Martinum Lutherum introduxit. Manus ei imposuit simul cum Luthero Doctor Nicolaus Medlerus, pastor Numburgensis, & VVolffgangus Steinius pastor VVeissenfeldensis. Extat Lutheri apologeticum scriptum, quo juste rejectum esse Pflugium ab episcopali munere defendit. Erant jam tum manus quorundam injectę in bona episcopatus, quod multis bonis viris mirè displicebat. Iulius vero injuriam sibi factam existimans ad Cæsarem Carolum V. querelam

lam affert. Is bono animo illum esse jubet, ipsius causam suam esse profitens. Quin Mauricius etiam ipse Saxoniæ dux Pflugii causam probat, & alieniore animo ab electore esse incipit. Hæc ipsa semina dissidii inter Mauricium & electorem extiterunt, tum Cæsarem etiam ipsum adversus eundem electorem inflammabāt. Ab hoc tempore curæ fuit Cæsari, & Mauricio, ut repudiato Ambsdorfio, Pflugius in pristinam dignitatem restitueretur. Capto igitur electore statim negocium Mauricio datum est à Cæsare, ut in diœcesin Numburgicam Pflugius reduceretur. Quod etiam factum est per Augustum ducem Saxoniæ, & Petrum de Columna cum cohortibus militum 24. Numburgum & Cizium missos, anno Chr. 1547. mense Majo. Et quidem mansit in hac sede Pflugius usque ad vitæ exitum. Ambsdorfius vero Magdeburgum profugit, quod tunc plerorumque exulum erat asylum.

OFFENBURGUM imperiale oppidum Brisgavorum, quasi Offonis castellum. Ab eo enim constructum esse perhibetur, cum ex Anglia in Germaniam profectus esset. A parvis initiis eo processit fortunis & opibus, itaque

itaque locupletatum est, ut imperii municipium sit factum.

OLSNICIVM ad Elystrum, nomen habet Henetum, ex quo vetustas ejus cognosci potest, quod videlicet ab Henetis, quando in his regionibus dominati sunt, condita sit. Quidam scribunt olim uniones esse inventos in eo loco Elystri, qui Olsnicium alluit. Subjectum fuit omnibus temporibus arci Voigtsbergo, quæ non à Druso, ut quidam fabulantur, Cæsaris Augusti duce, sed à Voigtis, sive advocatis, sive prætoribus Romanorum, & Germanicorum Cæsarum constructa est. Direptum & incensum est hoc oppidum à Bojemis, cum in his regionibus crudelem in modum grassati sunt.

ORLAMVNDA oppidum ad Salam, & Orlam flumina: Vnde etiam nomen habet, nempe ab Orla & Mund, quo ostium fluminis significatur; quod non procul inde Orla in Salam influit. Olim arx ibi fuit munita, & pulcra, quæ nunc in ruderibus jacet. Sedem illic habuere comites de Orlamunda, qui tenuerunt etiam Naustaudium, Humelshaynum, Ienam, Calam, VVimariam, & alia finitima loca, quæ per Fridericum marchionem

chionem Alberti filium ad Saxoniæ duces translata sunt.

OSSATIVM Misniæ urbs inter Muldam & Albim Slavicum nomen habet, non ab Osis populis, quippe qui eam partem incoluere, quæ est Moraviæ vicina versus Silesiam & Poloniam, ubi sunt Oppeln & Neussa urbes.

PEGAVIA urbs ad Elystrum, qui ex parte quadam eam etiam interluit, nomen sortita est à fluvio Pica, qui Germanis est *Elster*, vel à Græca voce πηγὴ, qua fons significatur. Cœnobium habet Benedictini ordinis ad S. Iacobum à VViperto Groicensi fundatum, anno Christi 1106. Idem comes ædificare quoque cœpit D. Petri templum, & cœnobio quidem partem magnam S. Crucis ex terra sancta allatam donavit.

PENICA, vix anni trecenti sunt, cum sylvæ fuerunt, ubi Penica hodie est. Latronibus etiam infesta vicinia tota fuisse traditur ante Marchionem Misniæ Fridericum fortem, qui pulsis latronibus, arces, & latibula eorum demolitus est. Situm autem est hoc oppidum ad Muldam, ubi pagus primum fuit, vetus Penica dictus, &

ad eum S. Mariæ templum, sive sacellum fuit ædificatum, ad quod tanquam ad oraculum accurrerunt homines è longinquis etiam locis. Et quia in tanto hominum concursu opus fuit rebus ad victum cultumque necessariis, factum est, ut multi eò se contulerint, & sedem rerum suarum ibi collocarint. Ex quo ædes condi, templum ampliari, oppidum extrui, & muris cingi cœpit. Templum quidem anno 1499. turris vero 1476. ædificata est. Antiquissimi conditores & domini hujus urbis fuisse perhibentur comites Leisnicenses.

PHORCA vel PFORTZHEMUM oppidum supra Spiram in sylvæ Martianæ aditu. Nomen invenit à porta Harcyniæ, ubi Ioannes Capnio natus est, & Grammaticam Hebręam edidit. Sedes est Ecclesiæ Christi, & ex Reuchlini nomine celebri celebritatem aliquam habet.

PLAUA in Voigtlandia ad Elystrum, quasi cœrulea, vel cyanea vallis, anno 1494. nota esse cœpit. Culta est ab Henrico divite Voito nobili, qui se dominum Plauensem, VVeidensem, Gerauensem, & Graicensem nominavit. Habuit is filios quatuor, uno nomine

mine Henricos dictos, horum unus Geræ, secundus Plauæ, tertius VVeidæ, quartus Graicæ habitavit. Legitur distichon in arce Voigtsberga:

Castra locans Drusus pratoria nomina monti
Fecit, posteritas servet & illa sibi.

Quod si ita est, Drusum conditorem habet hoc oppidum, quod Pirnensi monacho videtur verisimile. Est autem urbs cum ditione tota ab Ernesto Saxoniæ electore occupata, excusso Henrico Plauensi domino: cum quo tamen elector sic transegit, ut accepta pecuniæ summa, Henricus ditionem Drusingam & Engelburgum in Bolsemia emeret anno Christi 1466.

PRAGA Boëmiæ metropolis ampla valdè & populosa civitas ad Muldaviæ ripas in valle amœna collibus & vinetis circundata & valde salubri. Hujus fundamenta dicitur jecisse Lybussa vatidica, quæ excisis arboribus domum ligneam miræ altitudinis in monte Vissegrad vel Hetzschin qui illic est ad fluviolum ædificavit. Illic in sella lignea sedens vaticinia edidit. Idque factum anno Chr. 717. Vrbis vero ipsius initium refertur ad annum C. 723, quo ejusdem Lybussæ jussu à

limine, quod Bojemis est Praha vel Prah, nomen inditum est, quod multi caput demissuri coram ea essent. Deinde anno Christi 729. muro cincta est, & tandem anno Christi 1008. à duce Vdalrico amplificata, aucta & ornata est, promissa ad eam rem census remissione ædificantibus civibus. Quo tempore etiam pons firmior factus est. Divisa est in tres partes seu civitates: Veterem, Novam & Parvam. Harum unaquæque suum habet senatum & jurisdictionem peculiarem. Digna spectatu multa sunt in hac civitate, imprimis arx regia & sedes imperatoria in hunc usq; diem. Secundò Academia anno Christi 1361. à Carolo IV fundata, cujus collegia ampla sunt & magnifica. Cœtus vero discentium qui ingens fuit circa annum Christi 1409: misere dissipatus est Bojemicæ nationis ambitione, qua adversus exteros usa est. Tertiò pons conjungens antiquam civitaté cum minori è saxo quadrato constructus supra Moltam, quo vix in Europa reperitur præclarior & firmior. Constat enim ex arcubus seu fornicibus sedecim eximiis & robustis, habetque in aditu pariter & exitu turres altas ac pervias. In longitudine quidem cubitus Pragenses

872,

872, comprehendit. Ædificari cœptus est à Girha Vladislai primi regis filia anno Christi 1171. tertio anno absoluta. Quartum insigne est horologium in turri prætoriana artificio tanto fabrefactum, ut simile vix in orbe terrarum inveniatur.

RATISBONA civitas imperialis ad Danubium pervetus & populosa, à Tiberio Cæsare condita, à quo etiam Tiberina, & Augusta Tiberii nominatur, quasi dicas castrum regium, Germanicè *Regenspurg*, quod est Regispurgum, à quo etiam Reginopurgum fuit dicta. Ratisbonæ autem nomen à Rhetis Germaniæ populis sumtum esse videtur. Hi enim à Noricis hac urbe quasi quodam limite separantur. Sunt qui malint à Rego amne nominatam esse. Pontem supra Danubium construxit Trajanus arcubus xx distinctum, qui imperante Henrico V. circa annum Christi 1115. in lapideum conversus est, & pilis fornicibusque altis auctus. Episcopatus à Carolo Magno ibi fundatus est. Paruit olim regibus Bojorum, quorum etiam sedes fuit. Sed imperante Friderico I. libera facta est. Cum etiam circa ann. Christi 791. incendium passa esset ingens, ab Arnolpho imperatore instau-

rata & ſplendore amplitudineque inſigni ornata eſt. Templa & ſacella tot habere hæc urbs dicitur, quot dies habet annus ſolaris. Religionem Chriſtianam ſtatim importavit Marcus S. Pauli comes & Lucius Cyrenæus Simonis filius. Poſtea hanc ipſam à labe & corruptelis vindicatam reſtituit Carolus Magnus. Theſaurus magni precii in cœnobio S. Emerentiani aſſervatur, nempe liber Euangeliorum aureis literis conſcriptus. In ſuburbio, quod riparia vocatur, reliquum eſt Bojorum principis prętorium. Celebre eſt Alberti Magni nomen, qui epiſcopus in hac urbe fuit, ſed inde Coloniam commigravit, ut literis vacare magis poſſet. Vrbs frequens comitiis imperialibus.

RAVENSPVRGVM in Algovia ſive Alemania civitas imperatoria ad Schuſſiam amnem in valle amœna & jugis vitiferis circundata, non minor fere Reutlinga. Turrim habet tibicinariam, quæ collapſa anno Chriſti 1552. tibicini nihil detrimenti attulit, ſed uxorem ejus gravidam & filium peremit. Hæc anno ſequente reparata eſt.

REGIVS MONS, vel REGIOMONTIVM, *Konigsberg*, Boruſſiæ inferioris

rioris metropolis ad Pregeli ostium sita, in oppida tria distinguitur, quibus aula ducalis, Academia, templum cathedrale & episcopi Sambiensis domicilium continetur. Emporium est celebre. Ac dux quidem Borussiæ primus ex ordinis magistro factus est Albertus Marchio Brandeburgicus anno Chr. 1525. Academia vero nova in hanc urbem introducta est ab eodem duce anno 1544. Rectore primo Georgio Sabino Brandeburgensi. Fovit hanc Albertus dux, quoad vita suppeditavit, liberaliter & copiose factis impensis, & accersitis undique eruditis Professoribus. Doctrinam eam profitetur hæc civitas, quæ in Augustana confessione comprehenditur.

REVTLINGA Sueviæ oppidum imperiale ab exstirpando nomen invenisse dicitur, quod arbores ex sylva quæ ibi fuit exstirpatæ sint, & urbs condita ad amnem præterfluentem Echetz, & fluvium Neccarum. Templis, schola, monasteriis, curiis, ædificiis aliisq; rebus ad vitæ usum cultumque necessariis instructa. Imperii civitatibus adscripta est à Friderico II imperatore, eodemque autore etiam muro valloque circundata, & ex pago urbs effecta, circa annum Chr. 1215.

Obſidionem paſſa eſt à falſo rege Henrico contra Fridericum Imperatorem ab Innocentia Papa emiſſo ſub anno Chriſti 1247. A qua tamen obſidione brevi liberata eſt. Iccirco cives beatæ virgini votum fecerunt, ſimul atque opem ejus præſentem ſenſiſſent. Non ita multo poſt hoc voto ſe liberarunt, & ſacellum ei conſtruxerunt. Hæc eſt urbs illa, quæ cum Norinbergenſi Rerubl. ſeſe conjunxit & Auguſtanę confeſſioni anno Chriſti 1530 ſubſcripſit. A qua nec poſtea, cum anno Chriſti 1548. religionis formula ſtatibus & civitatibus obtrudi debebat, tranſverſum unguem diſceſſit, in animo & ore propheticum illud verbum habens: Maledictus homo qui confidit homini, & carnem ponit brachium ſuum. Interim vero Cęſari nihilominus obedientiam & honorem debitum conſtanter tribuendum eſſe cenſuit.

ROCHLICIVM, vel à Slavis ſic nominatum, quaſi ludus latruncularius *Schachtſpiel*, quo delectatæ fuerunt gentes plurimæ: Cujus notam in inſigni ſuo gerit oppidum: vel à Germanis ſic dictum quaſi *Rötlich* à rubro ſcilicet lapide, qui illic conſpicitur, ſicut *Weiſſenfels* à ſaxo albo. Situm eſt ferme in media Oſtlandia,

cujus

cujus primi incolæ absque dubio fuerunt Hermunduri, Saxones, Slavi: Pago seu villæ similius olim, quam oppido. Slavi quidem Sorabi circa annum Christi 400. infusi in has regiones, pagos & castella multa condidere. At his à Carolo Magno ejectis, Germani pristinam possessioné recuperarunt. Turres duæ videntur extructæ esse à Marchione VVilhelmo Coclide circa annum C. 1390. à quo etiam alia destructa castella Grimense, Leisnicense, & alia reparata esse creduntur, secundùm Cellense chronicum. Primum quidem fossa, deinde muro circundatum est hoc oppidum ex lapidibus vetustis, unde antiquitas ejus cognosci potest. Imperante Henrico II. urbs nominatur Rochlicium, quam Guntzel comes exussit. Metalla habet, à quibus natum est dictũ illud vulgare: Rochlicium arx super marmore, sylva; & pabulum super auro consistit. Nec adhuc copia cupri deest. Gubernatum est olim à VVitikindo juniore, quem Carolus Magnus huic terræ præfecit, ex qua etiam conjugem habuit Iulandam de Rochlitz vocatam. Hujus successores, comites, marchiones & Landgravii dicti sunt, qui etiam domini terræ Plissenii appellantur. Mansit autem

appellatio comitum Rochlicensium ad Conradum Timonis filium, qui ad hæreditarias ditiones suas VVetini, Lansbergi, Brene, adjunxit Marchiam Misnensem & Lusaticam. Ex quo marchionum Misniæ titulus uno nomine ditiones, & comitatus complures cœpit complecti.

Vrbs ipsa loco commodo inprimis & fœcundo sita est, arcem habet, & sylvam ad occasum, campum ad dealbandum linum versus meridiem, qué decursu leni Mulda ambit, & in orientem vergit, ubi pons lapideus est, qua Misnam, Dresdam, Fribergam itur: pratum amœnum ad ortum inter urbem & Muldam, murum antiquum versus Septentrionem, ædificatum à Friderico Balthasaro, & VVilhelmo marchionibus. Post murum sunt agri in planitie fertiles, quorum pars ad parœciam spectat, sylva quidem in monte celsitudinis tantæ sita est, ut vix celsior in Ostlandia reperiatur, ubi etiam secundùm Georgii Agricolæ opinionem, Sudetorum montium initium, pons vero exciso quadrato, & expolito saxo, sicut & templum, constat: arcus continet septem passus 259. undique, sic munitus ut tuto transiri possit. Magistratum habet supe-

superiorem & inferiorem. Superior est Saxoniæ dux Misniæ Marchio ex VVetinensi stirpe inde usque à Timone, Dedone, Dieterico & Cunrado successione continua. Inferior est senatus urbanus, qui viris 24 constat, ex quibus septem cum consule annis singulis leguntur ad gubernationem: servata vicissitudine usitata, ne iidem perpetuò publicis oneribus graventur. His delectis personis ordine, & quidem proportione geometrica distribuuntur munera Reip. prout cuique apta esse maxime videntur.

ROSTOCHIVM in ducatu Meckelburgico ad Arni fluminis ripam quinquies mille passibus supra Ostium maritimum sita. A rosa nomen habere videtur, quasi rosetũ, Græce ῥοδόπολις. Cœpta est ædificari à Pribislao Henetorum principe circa annum Christi 1160. Inde aucta incolis, ædificiis, templis, opibus, & privilegiis, in justam amplitudinem excrevit. Academia anno 1490. velut colonia ex Erfurdensi, & Lipsiensi deducta, à Ioanne & Alberto ducibus Megalopolensibus, & à senatu urbis Rostochiensis condita est. Privilegiis verò Martini V. pontificis ornata. Collegiata ecclesia

in hac urbe inchoata eſt anno 1487. quo tempore plebs tumultuans canonicos ex templo profligavit, & cancellarium principis occidit, aliaque nefaria patravit. Verùm hic furor poſt annos tandem quinque compreſſus atque ſedatus eſt, interponentibus ſeſe Ioanne Daniæ rege, & Marchione Brandeburgico.

ROTENBVRGVM ad Tubarum Franconiæ oppidum à turrium & tegularum rubore dictum, olim paruit Francorum ducibus: ſed poſt Friderici I. tempora imperii urbibus annumeratum eſt, & cella penaria Franciæ habetur.

Aliud eſt Rotenburgum ad Salam ſitum, quod an. Chriſti 1554. à militibus Henrici Brunſuicẽſis ducis vexatum atque direptum eſt.

ROETE oppidulum non procul ab urbe Lipſia ad Pliſſam cum arce, ubi ſedem habuere Pflugii nobiles. Huc confluere ſoliti ſunt magno numerò ad pyrum tanquam ad rem ſacram, paulò poſt annum Chriſti 1500. Iccirco templum ibi eſt conſtructum, quod pertinuit ad virgines ſacras, quæ fuerunt Lipſiæ.

ROTVVILA vetus imperii oppidum ad Nicrum ſeu Neccarum flumen, à *Rott*,

à *Rott*, id est, cohorte & Vil seu villa nominatum, quasi dicas cohortum Cimbricarum mansionem. Eo enim in loco consedisse dicuntur Cimbricæ cohortes, postquam à Romanis fusæ sunt. Villa verò dicitur, quia olim pagus fuit, ex villa autem facta civitas. Primum trans Nicrum sita fuit; inde propter inundationes crebras torrentis Preimii in altera ripa, & post exustionem in loco editiore extructa est, & fossis sic munita, ut impetum hostium propulsare possit. Dicasterium sive Consistorium imperiale, vel ut alii appellant, judicium imperii est in hac urbe constitutum à Cunrado II. Imperatore, circa annum Christi 1146. quando is cum Saxone Lothario certavit de imperio. In hoc enim certamine cum Rotvvilensium fidem egregiam in se expertus esset, hunc honorem sive gratiam eis retulit, ut imperiale judicium ad eos transtulerit, in quo duodecim assessores ex equestri ordine, vel deficientibus illis, ex civibus delectos cum quæstore seu præside Sulzensi comite esse voluit. Cognoscuntur igitur in hoc judicio caussæ majores gravioresq; & tractantur perduellium proscriptiones. Circa annum Christi 1463. dissidere à duce VVirtem-

tembergensi Eberhardo Barbato cœpit, & cum minus roboris atque præsidii haberet, quam ut armis cum eo contenderet, fœdere sese cum Helvetiis civitatibus Berna, Tiguro, Vrio, Lucerna & aliis conjunxit, idque postea identidem renovavit atque confirmavit. Lycosthenes scribit anno Christi 1545. Rotvvilenses cives multos propter Evangelii confessioné solum vertisse, relictis post se bonis suis. Iccirco Diabolum horrendum in modum inambulasse per urbem & terrorem injecisse incolis.

RVSVINVM vel Ruspen, vel Rosvvangen ad Muldam Fribergicam traditũ est cellæ cœnobio à fundatore Othone, cum fodinæ metallicæ Fribergenses exortæ sunt, pro pago Oberlausnicio, ubi Friberga urbs est condita.

SALINGESTADIVM Franconiæ oppidum à Salingis vel Saliis, hoc est, Francis conditum & nominatum. Hos enim Germani Salios vocitarunt à Sala fluvio, ex monte pinifero erumpente, & versus Septentrionem per Voigtlandiam, Duringiam & Saxoniam in Albim decurrente. A Salicis leges etiam Salicæ appellatæ sunt, vel à Sala fluvio, vel à Palatio, quod Gallis est Sal, meminit Marcellinus.

SALISBURGA. Bavaria superior & inferior uno nomine appellatur Noricum *Nordgavv*, item Vindelicia *Beyern*, ab Occasu habet Oenum fluvium, à Septentrione Danubii partem eam, quæ est ab Oeno ad Cetium mótem, ab Ortu montem Cetium, à Meridie partem Pannoniæ superioris, quę sub monte Cetio est.

Hujus primaria urbs est Salisburga à salinis dicta, quarum copia non procul ab urbe reperitur in oppidulo *Halle*, quod à rivulo *Saltzæ* fluvii alluitur. Olim vocata est Iuvania vel Iuvavia quasi *Helffenburg*, à castro scilicet, quod Iulius Cæsar eo in loco dicitur condidisse, ut legionum sive præsidiorum ejus portus atque refugium esset. Conversa est tandem in urbem, quæ & ipsa Iuvaniæ nomine appellatur, autore Munstero. Vastata est miserandum in modum hæc urbs ab Herulis Gothicæ gentis hominibus, qui inopinato introitu ea potiti episcopum Maximum cum quinquaginta quinque presbyteris imprimis trucidarunt, tum cives spoliarunt, & bonam eorum partem abduxerunt.

SALTZA Duringiæ urbs, olim vicus fuit donatus cœnobii Hombergici præfectis, quos Voitos appellant, ob dili-

diligentiam & fidem in commisso officii munere navatam. Ex quo comites seu domini de Saltza dicti sunt, cujusmodi fuit Guntherus nobilis baro de Saltza, dominus in Dulstat, & in Vfhofen. Insigne eorum fuit cornu arietinum in clypeo rubro. Ex eadem familia prodiisse putatur Hermannus de Saltza, qui quartus ordinis Teutonici Magister in Borussia per annos 30. fuisse perhibetur. Castellum habuit Tripurgum, quod nunc oppidum inclusum est: ex quo crebræ irruptiones latronum factæ sunt in finitima loca. Quamobrem obsessum illud est anno Christi 1211. à Cæsare Othone IV. & Hermanno Landgravio Duringiæ, & captum. Latrones verò in gratiam recepti. Nomen invenit à flumine oppidum interlabente Saltza, & amplificata ornataque est urbs studiose ab incolis. Anno Christi 1243. tres domini de Saltza fuerunt, qui dissidere inter se cœperunt, & unus partem ditionis, quam possidebat, archipræsuli Moguntino vendere voluit. Quod dissuaserunt quidem reliqui duo, sed persuasus eorum alter tandē suam quoq; partem eidem vendere decrevit. Tertius & quidem natu maximus sibi quoq; consulturus Friderico Duringiæ Landgravio

par-

partem vendebat. Hanc distractionem improbantes Moguntini præsules, etiam pro tertia parte sese numeraturos esse pretium quod Landgravius solvisset, pollicentur. Mox præfectum Landgravii eiiciunt. Quod indignè is ferens, collecto exercitu, urbem circumsidet. Huic illudunt Moguntini, & stantes in mœnibus subligacula sua detrahunt, & nates denudatas demonstrant, non posse se capita nudare dicétes, ne capillos involvant. Incensus hac contumelia Landgravius Sagittarios suos admovet propiùs. Illi verò nihil de clamoribus suis remittentes, in mœnibus, si nihil aliud posſit, quam hoc, inquiunt, diu eum præstolari oportere, antequam intromittatur. Magis irritatus his vocibus Landgravius ignem jaculari in urbem jubet, & ipsemet primus ardentibus tædis damni plurimum infert, quem secuti milites oppidanos vehementer urgent, ut numero magno cadant. Cupiunt quidem portas aperire oppidani, sed prohibentur à Moguntinis tantisper, donec, cognita severitate Landgravii archipræsul de compositione cum eo sic transigit, ut arx & oppidum dividatur, & uterque partem dimidiam obtineat. Tandem ultimus

domi-

dominus de Saltza è vita exiit, hæreditasque ejus ad Landgravium Fridericum Balthasaris filium feudi dominum devoluta est. Altera verò pars quæ ad Moguntinam sedem pertinuerat, anno 1374. ad Duringiæ Landgravios quoque translata est. Iccirco Ernestus, & Albertus Saxoniæ duces fratres quoq; in fidem suam Salcenses cives anno 1482. receperunt, & mercatus jura eis confirmarunt.

Passa est hæc urbs incommoda magna ab inundationibus, eluvionibus, exustionibus, & bellis. Nam anno Christi 1379. tanta aquarum moles extitit, ut domos, & incolas urbis multos abripuerit. Annis verò 1438. 1506. 1517. ex bellis & incendiis detrimentũ ingens cepit. Templa habet insignia, quorum cathedrale S. Stephani stetisse dicitur anno 1196. S. Bonifacii verò anno 1494. ædificari cœptum est. Anno autem 1539. sub Henrico Saxoniæ duce reformata religio importata est.

SCHAFHUSIA ad Rhenum in Germanico solo sita, excepto ponte ex urbe, qui ad Helvetios spectat, urbs Helveticis pagis annumeratur, dicta à Scapha, vel à Navi, *Schiff*, quod naves omnes ex Acronio & Veneto lacu secundo

cundo Rheni flumine descendentes illic exonerari oporteat. Initium à cœnobio duxit imperante Henrico III. Incrementa verò à Rheni defluxu sumsit, qui in eo loco primùm navigabilis est, cum propter rupes, saxa, impetum & sonitum horrendum transiri minus possit. Ita ergo fit, ut propter portorium, ex salis præsertim vectura, quæstum magnum faciat. Fuit quidem in potestate abbatis cœnobii, sed paulatim ab ejus jurisdictione liberata est, & à Romanis Imperatoribus privilegiis & immunitatibus donata. Austrio autem duci vendita est à Ludovico Bavaro imperatore, mansitque in potestate Austriacorum ducum anno 861. Postea ad imperium rediit & novis privilegiis ornata est. Erepta verò est ex Friderici Austrii manibus à Sigismundo imperatore, propterea quod is papam Ioannem XXII. è concilio Constantiensi abduxit. Conatus quidem fuit Ferdinandus III. Austrius imperator eam ab imperio avellere, & Sigismundo Austriaco tradere: sed nulla ratione nullisque minis, ut ei fidem daret, persuaderi sibi passa est. Cum autem elabendi viam meliorem non inveniret, cum Helvetiis civitatibus, Tiguro,

Berna, cæterisque fœdere facto sese conjunxit, & communibus armis Austrios oppugnavit. Repetitum hoc fœdus est sæpius, donec anno Chr. 1501. in societatem perpetuam à fœderatis civitatibus Helvetiæ recepta est.

SCHILDA Misniæ oppidum cum cœnobio conditũ à Dieterico marchione Lusatiæ & Landsbergi fratre Othonis.

SLEVSINGA in comitatu Hennebergensi sita, celebris habetur pluribus de causis. Primùm quia sedes est comitum & principum Hennebergensium nequaquam ex Italia importatorum, sed ex veteri ducum Franciæ prosapia propagatorum. Secundo quia Commendatorũ ordinis Ioanitarum sedes ibi est, anno Christi 1291. à Bertholdo comite non quidem ex alienis, sed ex propriis facultatibus fundata. Tertiò propter cœnobium nudipedũ anno Christi 1502. institutum.

SCHMIDEBERGA vel *Schmideburga*, ab arce vel burgo, quod olim ibi fuit, Chalcis Saxonica à Melanchthone dicta. In monte enim sita non est, licet montibus undiq; circumdata sit. Ab officinis ærariis, seu ferrariis absq; dubio nomen habet, quæ illic extiterunt,

runt, quod scoriæ indicant, & lapis ferreus, qui reliquus est. Consentaneum est, conditum esse oppidum post Hussitarum in hanc regionem irruptiones, quando dissipati homines colligere sese cœperunt, & domicilia nova construere, vel destructa reparare. Fuit anno Christi 1562. Francofurti quidam Schmidebergensis in legatione Turcica cum Bassa Budensi, qui captus & in Turciam abductus, orator factus ibi erat.

SCHORNDORFFIUM oppidum in VVirtembergia celebre, ab instrumento rustico, quo terra foditur, & populari lingua Schora dicitur, nomen invenit. Fuit enim ante annos 1190. villa, in qua rusticus instrumento ante dicto humum fodere solitus est, cui cum plures agricolæ sese aggregarent, villa inde extitit, quæ *Schorndorff* nominata est, auspiciis Aurbachensis familiæ nobilis potissimum conversa in oppidum. Civitatis jus à Friderico II. imperatore circiter annum Christi 1230. adepta est cum insignibus palarum duarum fossoriarum decussatim compositarum, quibus VVirtembergici proceres, qui de Arnsbachensibus oppidum emerunt, cornu nigrum adjecerunt. Quanquam sunt

qui de Aurbachensibus, possederintne Schorndorffium unquam, nec ne, dubitent. Situm est in valle Ræmsia, quæ ab amne Ræmsa illic fluente nomen habet, loco amœno & fœcundo. Substructiones & munitiones tantas habet, ut etiam hostem potentem debilitare possit, si subvertere eas conetur. Arcem item habet cum monasterio, curiam & scholam.

SENFTENBERGA oppidum Lusatiæ sub Bojemico regno, sed Saxoniæ ducibus paret. Vnde etiam Georgius Saxoniæ dux curatorem suum ibi habuit. Anno Christi 1525. urbs conflagravit, sequente anno ex parte quadam etiam arx.

SMALCALDIA Vulcania Chalcis à Melanchthone dicta, quasi æris fusio, vel officina æraria sive fusoria, templum habet cathedrale, in quo canonici duodecim aluntur, fundatum à Bertoldo principe anno Christi 1319 immune ab omnibus oneribus, jure præsentationis natu maximo principi reservato. Pertinuit quidem ad Hennebergiam ditionem, sed ab ea alienata ad marchiones Norimbergenses transiit, & ab Elisabetha vidua Ioannis Hennebergii principis redemta est anno

no Christi 1360. mense Decembri. Celebris fuit in hac civitate conventus principum & civitatũ protestantium anno Christi 1530. mense Decembri, in quo fœderis formulam concepe- runt, quo ad mutuam defensionem obligarentur contra vim injustam, si qua forte inferretur. Hæc formula à quibusdam statim subscripta est, à legatis verò nonnullis dilata subscriptio est ad sextam hebdomadam, ut referre ad suos possent. Vox est memoria digna, quam sapiens quidam de hoc fœdere protulit: Bonum est facere fœdera, sed væ ei qui servat. Veritatem dicti eventus comprobavit.

SNEBERGA, nomen montis in quo sita est Sneberga, vetus est, ab accolis, à nive, quæ diutius ibi mansit, illi inditum. A monte autem Snebergo urbs Sneberga nomen adepta est. Et primùm quidem propter metalli bonitatem, quod ibi circa annum Christi 1476. primùm apparuit, casæ quædam extructæ sunt, in quibus metallici operarii domicilia sua habuere. Ab eo tempore uberiores factæ identidem venæ metallicæ caussam dedere urbis ædificandæ in eo loco, & quidem tumultuarie magis, quam ordine illo, quo cæteræ urbes metallicæ fuerunt

conditæ. Incidit igitur initium hujus urbis ferme in annum Christi 1477. quo primum templum ex lapide extructum est. Quemadmodum autem fortunæ seu potius benedictionis divinæ vices sunt: sic metallarii etiam proventus alio atque alio tempore majores minorésve fuerunt. Anno quidem 1478. pars una septies aut octies mille, alibi ducenties mille florenis valuit.

SOLTVVEDELA veteris Marchiæ urbs, ædificari cœpta à Longobardis anno mundi 3653. Nomen adepta est à Sole cujus fanum ibi fuit, Soltvel dictum à Sole scilicet & VVel, veteri vocabulo Germanico, quo domus significatur. Est autem vastata hæc urbs in bello, quod Tiberius, vel secundum alios, Claudius Drusus Nero Tiberii frater contra Longobardos, Senones, & alios Germanos gessit. Et loco ejus à Carolo Magno condita Soltvvedela nova, quæ hodie extat, destructa solis statua, quæ numinis instar colebatur.

SPIRA civitas imperialis vetus quidem quoad originem, recens verò quoad appellationem. Olim enim Nemetum urbs appellata est. Quin & populi in ea habitantes dicti sunt Nemetes. Forte ex Græco verbo νέμειν, quod

quod est pascere, quod vitam pecuariam coluerint. Anno autem Christi 1082. Spiræ nomen demum adepta est, à pago & fluviolo propinquo, quorum uterque muro urbis inclusus est à Rudigero episcopo. Tali igitur accessione aucta & ampliata civitas vetus nomen amisit, & Spira dici cœpit. Quin ab imperatoribus etiam Romanis Cunrado II. Henrico III. Henrico IV, & V. multum decoris & libertatis ea consecuta est, quod demonstrant monumenta & epitaphia, quæ hoc disticho comprehenduntur:

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet istic,
Hic proavi conjux, hic Henrici senioris.

Episcopatum habuit antiquum. Etsi enim unus tantum præsul in historiis recensetur Iessius, qui anno Christi 340. in Coloniensi synodo fuit: tamen dubium nullum est, non ita multò post Apostolorum tempora etiam in hac civitate Evangelium esse prædicatum. Quanquam verisimile est, Arii dogmate latè disseminato lucem veritatis in multis Germaniæ civitatibus obscuratam esse. Iacuit ergo in ruinis etiam Spirensis episcopatus. Anno autem Christi 610. Dagobertus Gallorum rex misericordia permotus eum

reparavit, & ecclesiastem suum aulicum illi præfecit. Ex quo fundator alter hujus diœcesis habetur.

STETINUM cis Viadrum urbs vetustissima, vallis & mœnibus roborata, commoditate situs, commerciorum, & victus, tum morum elegantia commendatissima A Danis oppugnata fortiter hostium impetum propulsavit. Sed cum per cuniculos tentata est expugnatio, sub mœnia penetravit hostis. Quocirca deditio ei oblata est, quam etiam accepit rex, & VVerslao præfecto urbem sub Danorum imperio regendam permisit, Cranzius lib. 5. Vandaliæ.

Anno Christi 1541. pædogogium illustre in hac urbe apertum est à Philippo & Barnino ducibus Pomeraniæ, collatis ad usum illius reditibus ecclesiæ S. Othonis, & B. Mariæ.

STOLPENA arx & oppidum ad Bischoffsvverdam dicta quasi dominica sedes *Herrensitz*, emta ab episcopo Misnensi Brunone II. & ad episcopatum translata. Ab eo ferme tempore sedes fuit præsulum Misnensium, vel eorum officialium.

STRAUSBERGA Marchiæ oppidum anno Christi 1254. à Ioanne Mar-

Marchione primo electore Brandeburgico ampliatum, & muro, vallo, & fossa munitum. Nomen invenit à lacu propinquo, qui *Strauß* nominatur, & à montibus lacum circumdantibus. Cœnobium habet S. Dominici, quod fundavit Marchio Brandeburgicus Otho probus, anno Christi 1254.

STUTGARDIA in medio pene ducatus VVirtembergici sita est, sedes ducum, montibus & vallibus cultis circundata. Arcem habet magnificam & splendidam, templum item collegiatum, & alia fana duo, ad D. Leonhardum unum, in quo sepultus est magnus ille Capnio, sive Reuchlinus, literarum per Germaniam instaurator: alterum, veteris hospitalis, in quibus æque atque in arcis templo sonat religio secundùm Augustanæ confessionis formulam primigeniam & incorruptam.

SVINFURTUM imperialis civitas in umbilico Franciæ orientalis à Suevorum trajectu nominata, quando in Rhetiam transierunt, quod imperante Tiberio factum esse Tacitus scribit. Hujus civitatis marchio creatus est Bertoldus Hennebergensis comes ab Othone III. quod autores fide digni

confirmant, Cunradus Celtes, Cuspinianus & alii. Accedit hoc etiam testimonium, quod Bertoldus ille eandem civitatem suæ conjugi loco dotalitii, vel donationis propter nuptias tribuit. Quod facere minime potuisset, nisi eam in potestate sua habuisset. Ita factum est, ut etiam mortuo Bertoldo vidua ejus Heila Suinfurtum possederit. Ad eam enim Henricus imperator misit duos episcopos, quibus mandavit serio, ut castellum quod est Suinfurt i incenderent atque diruerent. Vidua cognito Cæsaris edicto tam acri exhorruit primùm, mox respondit se in templum ituram, nec inde discessuram quæcunque fortuna sequeretur. Hoc responso permoti episcopi mitigarunt Cæsareum edictum, & templo pepercerunt. Muros verò urbis cum ædificiis demoliti sunt, pollicentes interim, se si per Cæsarem liceret, suis impensis eos reparaturos esse. Mortua Heila Suinfurtum ad alium dominum, qui Otho, marchio de Suinfurt appellatus est, devenit. Dithmarus lib. 5. Non ita multo post tamen sub Hennebergensium ditionem recidit, & intervallo quodam remota est ab eo loco, quo ante sita fuit, isque adhuc veteris urbis nomen retinet.

Circa

Circa annum Christi 1254. cum bellum exarsisset inter VVurceburgium præsulem & Hennebergium comitem, vehementer afflicta, multisque incommodis affecta est hæc civitas, immò direpta & vastata penitus, ut in ruinis ad tempus jacuerit. Tandem verò ita convenit inter episcopum & Hennebergium, ut reparata cum omnibus suis juribus ac reditibus partim episcopum, partim Hennebergium agnosceret. Potentia enim superabat episcopus comites. Iccirco suum commodum augere illorum incommodo studebat, sperans se aliquando tota urbe potiturum esse.

Anno Christi 1203. cœnobium S. Benedicti pene collapsum in domicilium Teutonici ordinis militum conversum est.

SVNDIVM vel *Stralesundium* Cismarini ducatus Rugiæ metropolis, nomen habet à voce *Sund*, quæ Danis faucem angustam significat, cujusmodi fauces maris complures reperiuntur, ut Orsund, Grunsund, & à Strala vel Strele insula Sundio vicina, ut idem sit Stralesund quod Strele faux, Cranzio interprete. Ædificatio ejus incoata est à Iaimaro Rugiæ principe, absoluta verò à filio ejus VVislao, & jure, libertate,

tate, ſylva, agris, paſcuis, portu, & immunitate vectigalium donata. Crevit centum ferme annorum ſpacio, opibus & facultatibus, ex frequentibus commerciis cum aliis gentibus maritimis, ut vim hoſtilem non facile pertimeſcat. Circa annum Chriſti 1316. obſeſſa eſt ab Erico Danorum, & Byrgero Suecorum regibus, tum à decem principibus, ac VViſlao Rugio; ſed horum omnium conatus non ſolum ſuſtinuit, verum etiam eliſit, & capto Erico Saxoniæ duce libertatem ſuam ſtrenue defendit. Anno Chriſti 1404. à Bugiſlao decimo inſimulata eſt civitas, quaſi principum mandatis obedire & accerſita coram principe ſeſe ſiſtere nollet, aliaque in ſe admitteret intolerabilia. Tranſactio ſæpe tentata eſt, ſed ſucceſſu parum felici, donec datis arbitris controverſia ſic compoſita eſt, ut ſupplex civitas deprecaretur admiſſa, fidelitatem ducibus ſuis Pomeranicis promitteret, & alia faceret quæ in pactione expreſſa erant. Eccleſiam habet conformatam ad Auguſtanæ confeſſionis doctrinam, & politiam in tanta populi, & negotiantium frequentia nõ male conſtitutam. Principibus Pomeraniæ paret, nec abſtrahi ſeſe ab iis, quos dominos ſuos agnovit, paſſa eſt.

TAY-

TAVCHA ditionis Lipsicæ uno tantum milliari ab urbe distans oppidum anno Christi 1221. conditum ab Alberto archiepiscopo Magdeburgio. Obsessum, oppugnatum & destructum à Dieterico Marchione anno 1289. reparatū sub imperatore Friderico II. Diu in nobilium familiarum potestate fuit, tandem verò in Lipsiensis Reipus ditionemque concessit.

TENSTADIVM Duringiæ urbs ab abietibus, quarum copia olim illic fuit dicta: populosa imprimis, agrisque dives, frumenti boni, & glasti, sive Isatidis ferax. Suburbanum habet lucum ad occasum qui Bruchborn nominatur ab abyssis multis, quæ in disrupta terra visuntur. Inde copiose erumpens aqua, non solum rotas molares circumagit, sed vicos etiam urbis ambit, & rigat. Hæc dicitur urbs illa esse, quæ Saxoniæ electorem transeuntem cum aulico comitatu instructa mensa & placentis recentibus excipere solebat honorifice.

TETSCHENA arx regia, & oppidum ad Albim quatuor milliaribus supra Pirnam. Ditio est comprehendens Chemnitium, Kónigswaldum & alia oppida. Ajunt S. VVencesłaum

insignem & amplam in editiore colle trans Limagum circa annum Christi 760. in quo hodie domicilium est musarum, liberalibus studiis linguarum, artium & disciplinarum affluens, cœtum discentium & docentium fovens. Mansit autem in potestate Francicorum regum & imperatorum Germanicorum, habuitque per annos circiter 300. advocatos seu præsides ab imperio datos, sub quibus tamen reparari tota anno 450. non potuit. Sed sub Carolo Crasio demum ædificatio ejus absoluta est, & claudi portæ cœperunt. Præfectura autem imperialis Tiguri penes principes Leringenses fuit usque ad annum Christi 1218. Iccirco titulum etiam illi usurparunt judicum & advocatorum in omne Turregum jurisdictionem imperialem habentium, Dei & imperatorũ gratia. Ab eo tempore in tutela imperatorum Romani fuit, & à plerisque omnibus amata est, propter fidem eximiam in bellis & aliis difficultatibus navatam. Gubernata est longo tempore à XII. viris, quibus tandem anno Christi 1335. imperium abrogatum est propter insolentiam & peculatum. Post eos designatæ sunt tribus XIII. & unus consul, ex quarum numero deliguntur in hoc usque

tem-

tempus 50 viri, qui quotidie Remp. administrant, 200 verò deliguntur cum res graviores tractandæ sunt. Hæc gubernationis forma ab Imperatore Ludovico IV. confirmata est, & adhuc commoda salutarisque civitati habetur. Venit in certamen grave cum Austriæ duce, episcopis Argentinensi & Basiliensi, Friburgo Brisgoiæ, Colmaria & Selestadio fœderatis. Quo quidem in casu opem Caroli Boëmiæ regis imploravit, verum cum nihil auxilii ab eo impetraret, necessitate compulsa sese cum Helvetiæ civitatibus Lucerna, Vrii, Suitia & Vntervvaldia conjunxit, communeque fœdus anno Christi 1352. firmatum est. Nihilominus ab Alberto Austriaco circumsessa est, equitibus 2000. & peditibus 20000. Cum autem expugnari non posset, accusata est ab eo apud Cæsarem Carolum IV. qui omni ratione in id incubuit, ut à fœdere Helvetico eam avelleret. Quod cum obtinere non posset, una cum Alberto illam oppugnavit. Hinc difficultates multæ illi objectæ sunt, donec Cæsar Carolus IV. in societatem fœderis eam recepit, & pactam cum Helvetiis societatem confirmavit, privilegiisque pluribus donavit. In hac fide & fœdere

Romani imperii mansit usq; ad annũ Christi 1400. quo VVencesllaus imperator senatui populoq; Tigurino vendidit omne jus Advocatiæ imperialis, *βοηθείας*, *Vogtey*, quod in ea usque ad illud tempus obtinuerant imperatores Romani. Concessit etiam & tribuit liberam potestatem eligendi ex suo numero & ordine advocatum in omne tempus. Hæc libertas à consequentibus imperatoribus etiam, & à Carolo V. anno 1519. confirmata est. Anno Christi 1408. fœdus fecit cum urbe Glarona, salvo tamen jure fœderis prioris. Anno Christi 1423. etiam cum civitate Berna fœdus æternum pacta est. Bellum habuit difficile cum Suitensibus, Glaronensibus & reliquis fœderatis Helvetiis, cujus causæ duæ recensentur. Vna fuit jus quoddam: altera fœdus seorsim cum Austriaca domo ictum. Pugnæ complures commissæ sunt, & utrinque non parum damni datum & acceptum. Sed tandem transactis partibus composita est controversia.

TOPLICIVM Bojemiæ oppidum inter Graupam & Toxam situm, ubi thermæ sunt, hoc est, aquæ ferventes, & fumantes erumpunt, quæ

salu-

salubres esse, & sanare morbos nonnullos creduntur. Sermo est late dissipatus, cum olim quæstui haberi cœpissent thermæ, evanuisse eas, donec ille abrogaretur.

TORANTUM arx Misniæ inter Dresdam & Dipolsvvaldam in sylva situm, occupatum à Ludovico Landgravio, tutore filii sororis suæ, quæ alterum conjugium cum Poppone Hennebergensi comite inibat anno Christi 1217.

TORGA Misniæ urbs electoralis ad Albim, Slavica lingua significat lucernam, inde sic dicta, quod in illustri loco posita tanquam lucerna seu specula totius regionis luceat. Hanc à Ptolemæo Argeliam sive Argeviam appellatam esse plerique opinantur. Sed quid? quod ante Slavos nullæ urbes in his regionibus conditæ sunt. Comitum sedes, qui Torgani inde cognominati sunt, fuit. Recensentur nominatim Torgani comites Lutholdus & Ioannes: sed est illis ademta urbs, & redacta in jus & ditionem Cæsarum Adolphi & Alberti in bello quod cum Friderico strenuo Marchione Misniæ gesserunt. Victo autem ad Luccam Alberto Cæsare, & ad internecionem redactis Suevis, Fridericus Marchio

miſſo ad Grimanos & Torganos caduceatore deditionem poſtulavit. Hi quò plura indigna toto biennio, quo in poteſtate fuerunt, perpeſſi erant, cò lætioribus animis ſuum victorem dominum receperunt, & pro opportunitate temporis ad eum optimates ſuos gratulandi cauſſa miſerunt anno Chriſti 1307. Inde adhuc ab illius poſteris tenentur. Legitur Torgam circa annum Chriſti 960. adhuc fuiſſe pagum & piſcatorum domicilium. Ex quo origo hujus urbis & incrementa judicari poſſunt.

Anno Chr. 1493. condita eſt ſchola, cujus gubernator primus extitit M. Schmidebergius canonicus Fribergenſis, vir gravis.

Eodem anno jacta ſunt fundamenta ſacrarii ad S. Crucem ante Lipſienſem portam.

Anno 1533. Ioannes Fridericus elector cœpit ædificare arcem, & anno 1535. abſolvit.

Anno autem 1544. turris magna in arce condita eſt.

Eſt autem Torga electoratus Saxonici urbs primaria, in qua omnes conventus & πανηγύρεις aguntur.

TRE-

TREVIRIS olim Augusta Trevirorum vocata quasi metropolis inter Germaniam primam & secundam, ad Mosellam fluvium sita est, urbs inprimis vetusta & monimentis compluribus nobilitata. Exstat epitaphium Græcum Treviri positum cujusdam puellæ Eusebiæ, quod argumento magno est olim à Græcis hominibus hunc Rheni tractum excultum fuisse. Hanc urbem Franci anno Christi 417. Rheno transmisso ceperunt & igne deleverunt. Sed vix quicquam laude dignius in hac civitate reperitur, quam quod in eximium profectos ob orthodoxæ religionis & veritatis professioné viros, Paulinum, Priscillianum, Athanasium & Hieronymum suscepit & fovit. Mature enim Euangelii lux, opera & ministerio Materni in Vbiis fulgere cœpit, & incrementa paulatim sumsit usque ad Caroli Magni ætatem, qua major veritatis Euangelicæ lux accensa ecclesiam multis modis auxit, & archiepiscopatus illud munus amplissimum quod in hunc usque diem viget, induxit. De Trebeta autem conditore hujus urbis nonnulla sunt, quæ dubium facere lectorem possint. Est enim ille natus ex Chami posteritate, non ex Iapheti stirpe, qui Germanorum

ſator eſt. Hic fertur profugus, neglecta Aſia, Africa, Italia, Hiſpania, & Galliæ parte optima, Germaniæ locum informem terris, aſperum cœlo, cultu aſpectuque triſtem, ut Tacitus ait, petiiſſe, & receptus eſſe admiſſuſque à Mano Tuiſconis filio in ſocietatem tanquam exul, impiæ matris Semiramidis inceſtam conſuetudinem & immanitatem fugiens. Si modo conſentaneum vero eſt, hominem externum alienumque à politia & eccleſia Iapheti in has regiones, itinere tam longo, tamque difficili profectum eſſe, cum in Aſia ſatis amœnum regnum parare potuerit. Si quoque vero ſimile eſt, Germanicam gentem aut partem illius ullam à Chami poſteritate ortam eſſe. Dubitari etiam poteſt, apta ne ſatis aut conveniens eſſe videatur etymologia Trevirorum à Trebeta: tum, credibile ſit nec ne, urbem tot ſeculis ante natum Chriſtum in Germania extitiſſe? cum Tacitus urbes nullas diu poſt Chriſtum natum in Germania fuiſſe ſcribat. De Treviris porrò Iulius Cæſar memorat, eos in amicitia populi Romani fuiſſe, ſed à Cæſare per Titum Labienum in Romanam ditionem inductos eſſe. Conſtantinus Cæſar palatium in hac urbe condidit, in quo non tam ipſi

Impe-

Imperatores, quam eorum præsides habitarunt. Quod Ausonius versibus præclaris extulit & prædicavit. Hinc in ditionem Francorum regum concessit, in qua usque ad Caroli Magni imperium permansit.

TRIDENTUM ad ripam Athesis in profundissima valle intra montes sita, Rheticæ primæ urbs est à Gallis condita, valde pulcra, partim ab Italis partim à Germanis incolitur. Sub imperio tamen Romano est, & ad comitatum Tyrolensem pertinet, sed regitur ab episcopo suo. Nomen à tribus torrentibus invenit, qui prope urbem è vicinis montium jugis decurrunt. Concilium ibi habendum indixit Cæsar & Papa, cujus initium est factum anno Christi 1546. Eodem invitati principes Euangelici à papa per nuncios apostolicos venire recusarunt anno Christi 1561.

TUBINGA vetus Sueviæ urbs ad montem Austriacum versus ortum, ad vallem Neccaricam versus Meridiem, ad vallem Ameranam versus Septentrionem sita. In hac circa annum Christi 213. Antoninus Caracalla Imperator palatium habuit, & forum, ludos item & spectacula Germanorum causa exhibuit. Anno Christi 938.

sti 938. Ludovici comitis Tubingensis mentio fit in ludis equestribus Magdeburgi celebratis. Vendita est hæc civitas, quam apparet tunc parvum oppidum fuisse, Vlrico VVirtembergensi comiti anno Christi 1342. cum castro & omnibus ad eam pertinentibus. Amplificatio autem urbis magna est facta circa annum Christi 1482. cum ad eam partem, quæ *pruel* appellatur, accessit forum & locus qui versus Nicrum est ad Meridiem, item templum S. Georgii, Ameræ rivi in Nicrum deductio, & lapidei pontis supra Nicrum constructio. Aucta est etiam atque ornata hæc urbs Academia ab Eberardo comite Tubingensi anno Christi 1477 in qua liberalia studia viguerunt, & multi eruditione salutari instructi sunt, quorum pars bona in alias scholas ac regiones, aulas & Respubl. vocata, quasi quædam lumina luxerunt, & rebus ecclesiasticis, Academicis, & civilibus plurimum commodi dignitatisque attulerunt. Ex eadem prodierunt etiam scripta omnium disciplinarum atque artium præclara & utilia, quibus posteritas etiam, quæcunque futura est, erudiri utiliter poterit. Viget verò eadem, & affluit liberalibus studiis doctisque viris in hunc usque diem,

diem, nec de cura bene merendi quicquam remittit. Rector primus fuit Ioannes Nauclerus, qui & præpositus & cancellarius ecclesiæ & Academiæ extitit, cujus opus historicum insigne & nunquam intermoriturum de rebus ab initio mundi usque ad annum Christi 1500. gestis in manibus habetur. Sunt præter Academiam monasteria quatuor sublimiora in VVirtembergensi ducatu, Hirschaviense, Maulbrunnense, Bebenhusanum, Herrenalbense, atque insuper septem inferiora: in quibus pueri ex scholis oppidanis traducti aluntur & erudiuntur. Ex monasteriis superioribus in Academiam missi gradum primum Baccalaureatus assumunt, tum in loca vacua alumnorum ducalium accipiuntur: quæ eadem postea ex inferioribus supplentur. Thesaurus est ingens VVirtenbergensis ducatus, quod scholas habet: præter has monasteriales superiores & inferiores, & Academiam, scholas quidem 45 latinas, in totidem præfecturarum oppidis bene constitutas. Arci in hac urbe præest castellanus: civitatem verò moderantur præfecti duo, major & minor; post eos duo consules, judices & quæstores, item Decumani curatores, qui Rempubl. administrant.

niſtrant. Certis quoque temporibus iudicium aulicum & eccleſiaſticum exercetur. Fons, montes, & valles amœnæ; vineta, horti, prata, agri cõſpiciuntur.

VALLIS IOACHIMICA in Sudetis montibus anno Chriſti 1516. condita in loco inculto & horrido, cura & opera potiſſimum comitis Stephani Schlickii, Cancellarii Boëmici. Quo ipſo tempore lux Euangelii prodiit, quod Matheſii dictum oſtendit:
eCCeſLorent VaLLes CVM *eVangeLIo*. Prædixerant nonnulli proventum metalli in hac valle, & quidem eventum bonum eorum habuit vaticinatio. A Germanis incolitur & frequentatur, quamvis Boëmici regni feudum ſit à domo Saxonica ad Ferdinandum regem in bello Germanico tranſlatum. Cuſi ſunt anno Chriſti 1519. in hac urbe numi unciales, qui à valle dicti ſunt Taleri Ioachimici à Ioachimo. In horum latere uno effigies S. Ioachimi, in altero Stephani Slickii, poſtea verò regis Ludovici nomen impreſſum fuit.

VBERLINGA vel *Iburinga*, vel *Yberlinga* civitas imperialis in lacu Podamico, ſedes quondam fuit Sueviæ ducum propter loci opportunitatem, quaſi

quasi statio quædam navium quæ illuc appellere solent, & vel mercibus importandis vel exportandis adhiberi. Itaque domum etiam publicam habet ad eum usum destinatam, ut hospitibus quovis tempore pateat. In imperii Rom. tutelam præsidiumque recepta est anno Christi 1267.

VIENNA Austriæ metropolis ad Danubium, dicta à Vena fluvio, sicut Moguntia à Mogono seu Mœno, Chemnitium à Chemnitio fluvio. Sunt enim plærunque fluviorum nomina antiquiora & durabiliora quam urbium & oppidorum. Olim nuncupata est Vindibona & Iuliobona, item Fabiana & castra Flaviana. In planicie sita est longe amœnissima instar pomarii, vicorum & oppidorum frequentia Neapolin usque enitens. Vrbs ipsa mœnibus, turribus & fossis adeo munita, ut propugnaculum adversus Turcos firmissimum jure omni habeatur. Ædificiis, templis, collegiis, civium copia mire splendet undique. Ager viretis consitus est, & nihil denique est omnium ferme rerum, quas natura desiderat, quarum copiam & abundantiam una Vienna non suppeditet. Ajunt eam amplificatam esse ab Henrico I. Austriæ duce, à quo etiam
arx

arx & monasterium Scotorum dicitur esse conditum. Turrim verò excelsam in summo templo ad S. Stephanum ajunt 60. annorum spacio exstructam anno demum Christi 1400 absolutam esse. Ac ut nihil ex omni parte beatum: sic huic etiam civitati bella funesta Boëmica & Vngarica detrimenti plurimum attulerunt.

Academiæ fundamentum jactum est anno Christi 1237. cum Fridericus imperator privilegium Viennæ dedit, quo libertatis & commodi plurimum illi tribuitur. Data est huic Academiæ præter cætera, conferendi poëseos insignia potestas.

Anno Christi 1590. terræ motu ingenti & horribili concussa est Vienna & alia quædam loca Moraviæ & Bohemiæ die Septembris 15.

ULMA Imperialis civitas Sueviæ ad Danubium sita, qua Meridiem versus ponte strato in Rhetiam itur. Ab ulmis arboribus, quarũ copia illic fuit, vel ab uligine nominata est, quod veteri notatur disticho:

Nomen quod latio desumptum est fronte quod apta
Vlmetis posita est plena hac uligine terra.

Con

Concursus ibi est fluviorum complurium Blavi ex VVirtembergensi ditione, Ileræ ex Algea. Incoluerunt hanc urbem circa annum Christi 600. opulenti duntaxat & nobiles. In suburbiis verò habitarunt opifices, ne strepitus eorum oppidanis molestus esset. Ex villa autem regia, quemadmodum Carolus Magnus in quodam diplomate appellavit, in oppidum conversa est, quod muris circumdatum est propter Vngarorum irruptiones crudelissimas. Lotharius in contentione de imperio cum Conrado, receptis iis urbibus, quas præsidiis munierat Conradus, Vlmam diruit, non multo post tamen eandem reparari jussit. Hujus autoritatem sequentes cives, studio magno urbem instaurarunt, & triplo majorem effecerunt. Inde factum, ut ambitus ejus ad 6400. passus contineat. Figuram ovi habet longior aliquanto quam latior. Amœnitatem ejus auget Danubius, qui propter influxum Blavi & Ileræ primum navigabilis ibi efficitur. Templum habet splendidissimum, cujus ædificatio anno Christi 830. incoata est, & post centum annos demum absoluta. Respublica ab optimatibus gubernatur, ut delectis senatoribus 52. ex patriciis & plebe,

ordine convenientissimo distributis & assignatis cuique pro dignitate officiis.

VRATISLAVIA, caput, lumen, sol, & oculus Silesiæ à Vratislao Boëmiæ principe & rege nomen accepit. Fuit autem Vratislaus Bisetislai filius natus ex Iuditha Germana, qui post mortem patris adeptus est Moraviam, & Silesiam, creatusque rex Boëmiæ ab Henrico IV.

Anno Christi 1288. Henricus probus quadam religione permotus novum collegium sacerdotibus Vratislaviæ condidit sub S. Crucis nomine, & reditibus amplissimis donavit, quin etiam urbem ipsam episcopo donasset, nisi is odia principum pertimescens donũ repudiasset. Hinc probi cognomentum meritus est. Duglossus scribit à Mieslao Polonorum principe conditam esse Vratislaviam: sed vero similius est, fundamenta urbis à Mieslao esse jacta, ornatum verò seu structuram & culturam eo demum tempore accessisse, quo Boëmi in Silesia dominati sunt, nempe circa annum Christi 1030. Ab hoc enim tempore in justam civitatis formam redacta est. Sunt, qui putant, ex ruinis ejus urbis, quæ à Ptolemæo Budorgis appellatur, extructam esse propter congruentiam loci, quippe

quæ eodem in loco ſita fuit. Longitudo urbis eſt 34 graduum, 34 minutorum, latitudo 51 graduum, 10 minutorum. Incendiis ſæpius deformata eſt, ſed identidem nova, & egregia ſtructura reparata, & inſtaurata, donec tantam pulcritudinem adepta eſt, ut pleraſq; urbes Germaniæ platearum concinnitate ordinata ſuperet. Ad quem quidem ornatum adjumenta magna accepit à Carolo IV. qui ſua beneficentia effecit, ut Romæ & Lubecæ in limitibus imperii ſitis hæc urbs annumerari poſſet. Seditionibus quoque concuſſa & labefacta eſt.

Tribus inſignibus ornamentis donata eſt hæc urbs. Epiſcopatu, qui ob copiam redituum aureus fuit cognominatus. Emporio, ab Vratiſlao impetrato, quod tamẽ plus obfuit ei, quam profuit. Tanta enim fuit acerbitas odii Boëmorum, ut nec Polonis Vratiſlaviam, nec Germanis in Poloniam commeatum liberum concederent. Itaque rogatu Sigiſmundi ab imperat. Maximiliano abrogatũ eſt. Academiã, de qua conſenſus quidẽ regis impetratus eſt, & reditus eccleſiæ S. Crucis in collegio ad eam collati, ſed à ſacerdotibus tamẽ ventri ſuo metuentibus interveniente pontificis Romani edicto impedita.

WANGENA, *Wangen*, Sueviæ oppidulum Imperio Germanico subjectum, quod Argo amne alluitur, vini rubri generosi ferax.

WEIBLINGA VVirtembergæ oppidum cum arce vetusta. In hac domus antiquorum principum Sueviæ fuisse perhibetur.

WEIDA oppidum Voigtlandiæ ad Elystrum, à flumine VVeida interlabente absque dubio dictum. Olim comitatus Glisberg ibi fuit. Templa habet duo, unum D. Mariæ, alterum S. Petri: item cœnobia duo, unum nudipedum à generosis dominis à VVeida, alterum virginum prædicatorii ordinis ab iisdem fundatum. De antiquitate non constat, nisi quod anno Christi 1149 nobilis, & liber baro seu dominus Henricus à VVeida illic sedem & domicilium habuit, totiusque regionis advocatus extitit, à quo etiam cœnobium præmonstratensis ordinis Miltenfort fundatum est. Reformatio Ecclesiæ & religionis facta est in hac urbe anno 1525.

WERDA vel *Donavverda* oppidum Sueviæ attributum in Rhetia prima, ubi Bernicus & Danubius confluunt, Germanice *Donavverd*, à Danu-

Danubio scilicet, & VVernico seu Bernico fluvio, qui urbem interluit, quasi dicas, Danubii vadum. Ex casis piscatoriis in vicum, ex vico in oppidi formam redacta, quondam ad Dillingæ vel Kyburgi comites pertinuit. His extinctis ad Sueviæ ducatum devenit, imperante Henrico VI. qui ex Sueviæ ducibus natus est. Loco percommodo & amœno sita est, ubi omnium rerum ad usum victumque necessariarum copia est. Hinc casei cruce notati longe lateque exportantur. Templa habet tria papistica, & totidem Euangelica, ad normam Augustanæ confessionis reformata. Senatum gubernant duodecim præfecti & consules tres, quorum quisque menses quatuor tantum Reipubl. præest, post eum secundus & tertius totidem mensibus consulatum gerunt, donec confecto anni spacio ad primum gubernatio redit. Ex senatoribus etiam eligitur prætor *Stadt Amman*.

WILA, *Will*, imperii oppidum in VVirtembergensi ducatu ad VVurmum rivum tribus milliaribus à Tubinga situm, mœnibus fossisque cinctum est.

WIMARIA Duringiæ urbs principum Saxoniæ, Landgravio-

rum Duringiæ, sedes amœna, & bene munita in solo pingui, & fœcundo sita. Quoad ἔτυμον seu vocabulum, vetusta est non minus, quam Iena. Est enim Latine, si interpreteris, vini forum, sive emporium, ut apparet, sic nominata, quod ex urbe finitima Iena, vini copia in hanc urbem advecta est & vendita. Comitatus olim fuit, & à Comitibus in ditionem, & jus Saxoniæ ducum concessit. Quod factum esse apparet circa annum Christi 1342 quo Hermannus comes VVimariensis ultimus à Friderico strenuo Duringiæ Landgravio victus, & omnibus fortunis exutus est. Insigne autem ducatus VVimariensis est Leo niger erectus in campo luteo cum corona rubra in capite, & foliis rosæ rubræ in clypeo circa leonem dispersis. Caussa porro translationis hujus comitatus ad Duringiæ Landgravios non magni momenti fuit, & hujusmodi tamen, ut monere nos omnes possit, ut contumelias magno studio vitemus, quibus irritari etiam lenes, nedum acres & strenui solent.

WIMPINA ad Nicrum imperii oppidum à mulierum pœna, quam ab Hunnis perpessæ sunt, nomen invenit.

nit. Hi enim non oppidum tantum diripuerunt & vastarunt, sed fœminas etiam horrendum in modum excruciarunt præcisis mammis, viros verò omnes immanissimè mactarunt.

VVINIDA oppidum VVirtembergiæ uno milliari distans à VVeiblinga, dictum à vineis. Dignitatem ei conciliat domus Teutonica, cujus Magister seu Commendator quidam ibi sedem habet.

VVINSBERGA oppidum Sueviæ multis annis à Baronibus VVinsbergensibus gubernatum est. Ab his ad Palatinos, à Palatinis ad VVirtembergicam domum devenit anno scilicet Christi 1504. Arx quæ ibi fuit, in rusticorum seditione anno Chr. 1525. exusta est.

VVIRTEMBERGA arx seu castellum vetustum est: nomen habet à castris Tiberii Cæsaris, quæ illic habuisse dicitur, quod ex literis antiquo more scriptis apparet: vel à Virtungis populis sic dicta, qui ibi consederunt. Sita est alto loco ad montes & colles peramœnos. Anno Christi 1310. Henrico VII. imperatore cum aliis oppidis & castris in ditione comitis Eberhardi vastata est & destructa. Hæc arx nomen

familiæ procerum,& postea comitum, tandem ducum VVirtembergæ dedit.

VVITEBERGA metropolis electoratus Saxonici, in orientali littore Albis sita, latitudinem poli habet 50 graduum, 54 minutorum. Longitudinem verò 30 graduum, 39 minutorum. Nomen ejus Germanicum est, à monte scilicet candido, idiomate Saxonico. Etsi enim in monte collocata non est: usitatum tamen est in Germanica lingua etiam planis locis ejusmodi nomina indere, ut vineis sive in monte, sive in plano sitis. Petrus Ravennas in additionibus ad compendium juris vocat Albiburgum. Reliqua etiam sunt Heneta vocabula pagorum in agro VVitembergico, quæ indicant Henetos illic habitasse, qui Heraclii imperatoris temporibus in Germaniam infusi dicuntur. His autem compressis & domitis, ex Germanica gente Frisii & VVestphali in Megalburgicum ducatum, & Pomeraniæ partem, tum Marchiam utramque collocati sunt; Holandi verò & Flandri seu Flemmingii ad Havelũ & Albim. Ab his colonis tractus ad VVitebergam nomen Flandrorum vel Pleimosiorum consecutus est. Inde reliqua sunt nomina oppidorum Cameraci, Brugæ, Nimecii, & alia.

Rudolphus II. elector Saxoniæ inceptum à patre Rudolpho I. anno Christi 1353. templum summú anno 1361. absolvit, eoq; partem spineæ coronæ Christi ex Gallia allatam intulit. Constat usque ad Fridericum III. electorem ita jacuisse hanc civitatem, ut cum eo demum vixisse & floruisse videatur. Ab hoc enim pons in Albi extructus est, & arx de integro ædificata. Ab eodem etiam arcis seu summum templum omnium Sanctorum, vel S. Vrsulæ, & undecies mille virginum fundatum est: tum incoata etiam ædificatio & fundatio cœnobii Eremitarum ad S. Augustini regulam prope Elystri portam, quod postea Lutherus incoluit, & ad Academiam translatum est.

Academiæ initium dedit annus Christi 1502. quæ magnum decus à Luthero & Philippo accepit.

VVORMATIA, *Worms*, ex Bertomago vel Berbeto mago, quod sic Ptolemæus lib. 2. cap. 9. vocat, nata videtur, quasi dicatur Bormagia vel VVormagia. Magus autem Gallis est domus vel burgum, ut Noviomagus, Duromagus, Drusomagus. Vangionum urbs pervetus est, cis Rhenum in littore Gallico sita. Ex quo etiam

Vangionum specula vocitata est, & quod hostium adventus sive incursio ibi observata est. Opinio est à Treviris eam esse ortam, quibus etiam tributum quotannis contulerit. A Treviris ad Romanos translata ad Attilæ usque tempora in eorum potestate remansit. Ab Attila verò eversa tandem à Clodoveo Francorum rege reparata est. Episcopatum habet antiquitate celebrem. Nominatur quidem Victor VVormatiensis præsul, qui cum aliis episcopis anno Christi 348. in Coloniensi Synodo Euphratem Archiepiscopum Coloniensem propter Arianum dogma ab administratione amovit. Sed anno Christi 729. conversus est hic archiepiscopatus in episcopatum propter perfidiam Gervilionis archipræsulis, qui contra fidem datam vocatum in castra ad colloquium familiare quendam ex hostium Saxonum castris scelerate occidit. Ob hoc igitur facinus à Pipino Francorum rege sic punitus est, ut archiepiscopatus Moguntiam translatus, VVormatiensis verò episcopatus Moguntinensi subjectus sit. Autoritas hujus civitatis magna fuit apud Romanos & Francos: quippe quæ quasi asylum quoddam seu profugii locus &

præ-

præsidium habita est, comitiisque sive conventibus imperialibus multis celebrata. Palatium quondam habuit Dagoberti Francorum regis, & prætorium Vangionum ducis Conradi. Sed id conversum est in latronum receptaculum atque castellum, imperante Othone Othonis Magni successore. Itaque ab Henrico II. imperatore colluvies ista hominum Bruxellam amandata est, quo etiam omne jus suum, quod VVormatię illa habuit, transportavit. Hoc modo in libertatem vindicata civitas, imperio Romano in hunc usque diem paret. Exstat privilegium Imperator. Friderici Barbarossæ, quod anno Christi 1180. VVormatiensibus civibus dedit honorificũ & amplum.

VVURZENA urbs Misniæ ad Muldam flumen, ecclesiæ collegiatæ nomine celebris, quæ condita & fundata est ab Hervigo vel Hervico XI. præsule Misnensi. Est autem collegiata ecclesia cathedralis ecclesiæ Misnensis. Oppidum olim comitibus, qui comites VVurzenses dicti sunt, paruit. Sed concessit in jus & ditionem episcopatus Misnensis circa annum Christi 1129. Gothuldi præsulis Misniæ XIII. Postremus in hac stirpe comitum fuit Esicus, qui nullo post se relicto herede

masculo è vita cessit. Itaque urbs ad episcopatum cum aliis quibusdam oppidis Bicha, Baucha, Lubenicio translata est. Arcem VVurzensem ædificavit Ioannes à Salhuisen Misniæ Episc. qui in animo habuit etiam urbem ampliare, & usque ad VVencessai templum dilatare.

ZANAV pervetus oppidum ad VVitebergam muro veteri circundatum, & turribus vel speculis compluribus munitum, quæ nunc in ruinis jacent. Arcem quoque olim habuit, ex cujus lapidibus arx VVitebergensis extructa est.

ZIGENRVCCVM olim arx firma anno Christi 1357. dominorum nobilium Ruttenorum in Plauen fuit, quam cum aliis fundis hypothecæ loco habuerunt, & cum reddere domino suo recusarunt, nec transactionem ullam admiserunt, à Carolo IV. Imperatore, & Friderico Misniæ Marchione oppugnata est arx, obsessa, & capta,

ZITTAVIA tertia ἑξαπόλεως urbs, ex vico nata, cui à frumento nomen impositum est, cujus magna copia à Boëmis eo importari & vendi consuevit. Ædificata autem vel

certe

certe munita esse scribitur à VVencessao circa an. Ch.1255. Ex quo tempore etiam in Boëmorum ditione potestateque remansit. Educatus est in hac urbe VVencessaus secundus Boëmiæ rex, qui anno Christi 1273. regnum suum auspicatus est, & Zittaviam plurimũ amavit. Concessit quidem circa hoc tempus in jus ac ditionem Baronum Leipe in Boëmia, sed circa an. Ch. 1319. recuperata est à Ioanne Lucelburgico, & vel dotis vel permutationis nomine in Henrici Iauraviensium ducis in Silesia manus devenit, ac anno demum Christi 1356. sub Carolo IV Imperatore ad reliquarum civitatum societatem rediit. Hoc enim anno regio tota ad Boëmos reducta est: cum quidem antea quatuor tantum civitates regiæ sive marchionales fuissent, Budissina, Gorlicium, Lobavia & Laubanum.

ZORBIGA Misniæ oppidum anno Christi 1260. per Archiepiscopum Rupertum 21. diœcesi Magdeburgensi adjectum. Hoc comes Hennebergensis anno 1346. clandestino introitu occupare conatus est, sed præmoniti cives altius fossas oppidi duxerunt, & à vigili, signo dato, hostem strenuè depulerunt.

ZVICKAVIA in confinio ſeu limite Voigtlandiæ & Miſniæ in radicibus Sudetorum montium ad Muldam fluvium ſita eſt, ubi quondam Carolus Magnus caſtrorum ſuorum locum habuit contra Slavos, & alios vicinos hoſtes. Olim Tubandorum & Hermundurorum ſedes fuit. Poſt Caroli autem Magni & filii ejus Ludovici tempora aquarum inundatione urbs deleta eſſe perhibetur, & ad tempus aliquod deſerta jacuiſſe fertur uſque ad Heinrici Aucupis imperium, qui cum ad Muldam aliquando veniſſet, caſtra ibi locavit, & cum videret multa loca hominibus vacua, quæſivit, quæ cauſa vaſtitatis tantæ eſſet? Reſponſum eſt, olim caſtrum & præſidium cum multitudine hominum magna illic fuiſſe, & Carolum filiumque ejus Ludovicum contra Sorabos & Boëmos prçſidium militare ibidem habuiſſe, ſed eluvione locum vaſtatũ & incolas diſſipatas eſſe. Commotus hac narratione Cæſar, locum exploravit diligentius, & cum aptum eſſe illum ad arcendos & oppugnandos hoſtes judicaret, vicum ædificavit, revocatis veteribus colonis, & militum partem aliquam illic collocavit, tum ſtatuta & privilegia antiqua colonis

reddidit,& arva quædam adjecit. Post aliquando reversus Cæsar designatam à se urbem novam videre cupivit, & cum eam angustiorem quam voluerat reperisset, dixit Saxonico idiomate: *Ihr hefft die Stadt verzvvickt*, quod est, coarctastis vel contraxistis urbem, hinc Zuickavia à contractione scilicet vocabatur. Angustior vero facta est propterea quod veteres coloni redire & transferre facultates suas in eam noluerunt, atque dissidium etiam inter se, & milites ibi à Cæsare collocatos metuerunt. Hæc urbs muro, pomœrio, & fossis aqua repletis circundata, & firmata est instar propugnaculi. Ædificiis constat tam privatis quam publicis valde amplis & ornatis. Templa parochialia continet duo, unum ad B. virginem, alterum ad D. Catharinam superiori subjectum. Patent ejus suburbia tam latè, ut peculiaria templa comprehendant. cœnobium minoritarum hodie destructum, olim opibus abundavit.

II. COR.

II.

CORPVS

STATVVM IMPERII.

Quatuor Generosi Principes.

- Comes Palatinus Rheni, de magno Palatio Trevirensi.
- Dux Brunsuicensis in Saxonia.
- Dux Lotharingiæ in Gallia.
- Dux Sueviæ, cujus domus penitus defecit.

Quatuor Marchiones Præcellentissimi.

- Moraviensis.
- Misnensis.
- Brandenburgensis.
- Badensis.

Quatuor illustres Comites provinciales, Lãdgravii dicti.

- Thuringiæ.
- Hassiæ.
- Alsatiæ, cujus domus defecit, & in Episcopatum Argentinensis Ecclesiæ, jura Landtgraviatus translata.
- Liechtenburgensis.

Quatuor generosi Comites Castrenses, seu Burggravii.

- Nurnbergensis.
- Magdeburgensis.
- Stromburgensis.
- De Rineck.

Qua-

Quatuor magnifici Comites majores in suo gradu, sed inter principes minores.	Clivensis hodie Dux. Schvvartzburgensis. Ciliæ, cujus domus defuncta in Austriæ Duces anno 1456. feudali jure devoluta. Sabaudiæ, in Concilio Constantiensi à Sigismundo Duces effecti.
Quatuor Nobilissimi Barones.	de Limpurg. de Dous, dictus de Rar. de VVesterburg. de Aldevvald.
Quatuor Strenuissimi milites qui & proceres sive Valvasores dicuntur.	de Andlo in Alsatia. Strandeck. de Meldingen. de Frauenberg in Bavaria.
Quatuor civitates insignes.	Augustensis Rhetiæ. Moguntina. Aquisgranensis. Lubecensis.
Quatuor Villæ magnificæ.	Pabebergensis. Schletstadiensis. Hagenoënsis. Vlmensis.
Quatuor famosi Rustici.	Coloniensis. Ratisbonensis. Constantiensis. Saltzburgensis.

Nulla

Nulla hac divisione famigerabilior, ut Apuleii verbo utar, nulla tamen eadem incertior. Imperii instrumenta vetustiora nullam ejusdem mentionem ingerunt, recentiora oblique tantum. Frequentissima tamen est oculis eorum, qui liberi frequentant sacra; quibus volupe est, diversa inter vasa, illud potissimum venerari, cui vitrum materiam, hæc autem Imperii divisio ornamentum dedit. De authore atque origine ejusdem variæ sunt opiniones: ut & de causa seu fine ipsius constitutionis. Alii autorem laudant Ottonem III imperatorem; alii Carolum Quartum; alii vetustam adeo ejus constituunt originem, ut auctoris atque originis nos fallat memoria. Qui Ottoni hoc tribuerant, fragmentũ habent Imperii cujusdam Recessus, quod Goldastus retulit *in den Reichshandlungen*. Sed illud, monitore eodem Goldasto *p.* 17. *d. tr.* spurium est, ut fidem mereatur nullam. A Reusnero *in enucleat. quæstion. histor. quæst.* 7. *pag.* 85. erroris inde arguitur manifesti, quod ea ætate, nulli adhuc extiterint vel duces Brunsuicenses, vel Thuringiæ, Hassię & Leuchtenbergę Landgravii, uti nec marchiones Badenses vel comites Sabaudiæ, quorum

tamen omnium hîc consignati reperiuntur tituli. Ipse autem ejus authorem facit Carolum Quartum, ut refert Goldast. *de Regno Bohemiæ lib. 3. cap. 3. n. 2.* Pighius *in Hercule Prodicio pag.* 60. Conradum Comitem Cliviæ in nova Germanici Imperii constitutione, authoritate Gregorii V Pontificis Summi apud Vangiones conventu totius Christiani orbis principum habito, inter Quatuor Imperii comites hereditarios secundum omnium Ordinum calculos fuisse electum, ob operam Italico bello bene navatam, contra Ecclesiæ Romanæ & Imperii rebelles. Velserus autem *lib. 5. rerum August. Vindic. pag.* 111. exortum scribit dignitatis genus, quod cum non tam iis, quæ memoraverat seculis, quam constituto etiam in Germania Imperio plane sit recentius, antiquum tamen eo usque esse, ut auctoris, & omnino originis memoria vetustate abierit; constet interim aliquot multis retro ætatibus hominum existimatione apprime viguisse. Lectos nimirum quaternos ex singulis, quos hoc Imperium complectitur, ordinibus, eos, qui auctoritate & potentia cæteris sui ordinis antestantes, tanti Imperii Majestatem columnarum veluti more fulcirent,

cirent, ſive in membrorum modum illi ſubſervire poſſent, nam utraq; appellatione honeſtatos reperiri. Eadem fere hujus conſtitutionis ratio à Petro de Andlo *de Imper. Roman. lib. 1. c. 16.* redditur. Sed Zachariæ Victori *de cauſ. exempt. concluſ. 5.* ad pompam & oſtentationem imperii facta dicitur. Hanc authorum diverſitatem conſiderans, parum abeſt, quin in ſententiam Marquardi Freheri *ad d. l. Petro de Andlo*, concedam, quando ait: utut vetuſtatem quandam redolere videatur hæc diſtributio, & in oculis & ore vulgi frequens appareat; idoneum tamen non habet fundamentũ. vide Beatum Rhenanum *lib. 3. rer. German. p. 159.* Accedit quod Burggravium Norinbergenſem in quaternione iſto primo loco poſitum reperiam: ſciam autem Burggravio Magdeburgenſi illum aſſcribi ab Electore Saxoniæ apud Hordleder. *de cauſis belli Germanic. lib. 4. cap. 9. num. 108 pag. 256.* Vnicum vero illud me ſuſpenſum tenet, quod lego inter Imperii Receſſus (*zu Erfurt 1567. auffgericht. §. Darauff vvir nach auſsvveiſung*) titulum *der vier Graffen deß Reichs, Graffen zu Schvvartzburg.* Citra hoc ſi foret nullus dubitarem, diviſionem iſtam ad anilia otioſorum referre ſomnia.

somnia. Illud planè mirari licet, unica hac tantum in familia, tam celebratæ distinctionis remansisse vestigia, præsertim cum in cæteris dignitatum argumentis magnates ubique juris sui sint assertores rigidissimi. Quicquid fuerit, de illo constat, nonnulla quaternionis hujus membra vel mutasse statum, vel mortis subiisse legem, familiam si spectemus. Clivensis, & Sabaudus, Comites primum, postea Duces facti. Denique nostra ætate Clivensis familia extincta. Idem fatum jam olim sustinuit domus Suevica, quæ penitus defecit in ultimo duce Conradino, Friderici III. Imperat. filio, indigno facinore apud Neapolim securi percusso: vide Freherum *ad d. l. Petri de Andlo p.* 161. Hic enim cum bello hereditarium jus, quod sibi in Regnũ Siculum competere prætendebat, propugnaret, novercam habuit fortunã, & victus prœlio fuga salutem quærens, primum octo diebus, apud molitorem delituit. Posteaquam vero pecunia destituerentur, hospiti annulum quingentorum coronatorum, ut venderetur, tradidit; is inde cõjiciens, non hoc manipularii esse ornamenta, Carolo Regi, quid traditũ accepisset, fecit intimari. Ille Conradinum latitantem ad se trahi jussit,

atque carceri mancipari. Pro bellico more, persoluto lytro, debuisset dimitti Conradinus, in quod etiam propendebat Nobilitatis Gallicæ animus. Rex vero victor, Pontificis requirens sententiam, breve ab eodem responsum tulit, vitam Conradini esse mortem Caroli. Quod cum Rex sequi constitueret, colore alio quæsito, & crudeli voluntate obvelata, causam dijudicandam dedit novem aut decem ICtis Italis; quibus cum de Regia satis constaret mente, eam sententia confirmarunt sua, hoc eventu, ut miserabili Conradino, publico in loco caput amputatum fuerit, idemque extemplo contigerit Carnifici executori, ut imposterum nō haberet, quod posset gloriose disseminare, tam generosum se profudisse sanguinem: Gerardus de Roo. *lib. 1. hist. Austr. p. 20.* O quam probe vero Iustitiæ fuisset satisfactum, si una securi omnes isti Iurisconsulti adulatores periissent. Nam Regem quod concernit, nec ille vindicem Dei dextram effugere quivit. videatur Stephanus Pasquierius *livr. 7. des recherches de la France, chap. 53. pag. 919.* Vti nec judex ipse, quem comes Flandriæ propria interemit manu: Giuseppe Mattheacci *ragion. polit. pag. 74.* Orator

Gallus

Gallus apud Thuanum *hist. lib. 86. pag. 159. edit. Aurelian.* Agnatio quoque militis de Waldingen extincta memoratur, inque ejus locum per Maximilianum a Comitiis Augustanis surrogatus Wolfgangus de Weissenbache Albinus in *Meissnischen Chron. tit. 3. pag. 88.* Illud ?? ... tradideram, quaternionem, de quo hactenus disseruimus a Panvinio in *lib. de Comitiis Imper. cap.* nec non a Munstero in *Cosmograph.* ampliorem, quam a cæteris communiter factum, in literas fuisse relatum. A Goldasto autem in ... *co constit. Imperial. p. 34.* magno nobilitatum augmento. Ita enim ille

- Papa Romanus, Rom. imperii archipatriarcha œconomicus, seu Universalis.
- Quatuor Electores Ecclesiastici:
  - Archiepiscopus Moguntinus S. imperii Romani archicancellarius per Germaniam & Sclavoniam.
  - Archiepiscopus Trevirensis S. Roman. imperii archicancellarius per Galliam, & Regnum Arelatense.
  - Archiepiscopus Coloniensis S. Romani imperii

archi-

Gallus apud Thuanum *hist. lib. 86. pag. 159. edit. Aurelianens.* Agnatio quoque militis de Meldingen extincta memoratur, inque ejus locum per Maximilianum in Comitiis Augustanis surrogatus VVolffgangus de VVeissenbach: Albinus *in Meißnischen Chron. tit. 3. pag. 88.* Illud fere oblivioni tradideram, quaternionem, de quo hactenus disseruimus à Panvinio *in lib. de Comitiis Imper. c. ult.* nec non à Munstero *in Cosmograph.* ampliorem, quam à cæteris communiter factum, in literas fuisse relatum. A Goldasto autem *tom. unico constitut. Imperial. p. 34.* magno nobilitatum augmento. Ita enim ille

Quatuor Electores Ecclesiastici.
- Papa Romanus, Rom. imperii archipatriarcha œconomicus, seu Universalis.
- Archiepiscopus Moguntinus S. imperii Romani archicãcellarius per Germaniam & Sclavoniam.
- Archiepiscopus Trevirensis S. Roman. imperii archicancellarius per Galliam, & Regnum Arelatense.
- Archiepiscopus Coloniensis S. Romani imperii

Archicancellarius per Italias & Insulas marinas.

Quatuor Electores Laici, qui ex decreto Sigismundi imperatoris sunt archiprincipes.	Rex Bohemiæ S. Rom. imperii archipincerna. Comes Palatinus Rheni S. Rom. imperii Archidapifer. Dux Saxoniæ S. Rom. imperii Archimareschallus. Marchio Brandenburgiæ S. Rom. imperii Archicamerarius.
Quatuor Reges. *Die vier hohen Konigreich.*	Romanorum. Franciæ. Poloniæ. Hungariæ.
Quatuor Patriarchæ.	Romanus. Constantinopolitanus. Aquilegiensis. / Ravennas. — Hi duo successerunt in vicē Orientalium. — Alexandrini. / Antiocheni.
Quatuor Primates	Magdeburgensis. Lugdunensis. Strigoniensis. Gneznensis.

Qua-

Quatuor Cancellarii.
- Toletanus per Hispaniam.
- Cantuariensis per Britanniam.
- Strigoniensis per Panno-niam.
- Gneznensis per Sarmatiam.

Quatuor Archiepiscopi.
- Salisburgensis.
- Rhemensis.
- Mediolanensis.
- * * * * * * *

Quatuor Episcopi.
- Pabenbergensis.
- Misnensis.
- Ratisbonensis.
- Herbipolensis.

Quatuor Duces. *Die vier hohen Hertzogen.*
- Saxoniæ, vel Brunsvvigiæ.
- Bavariæ, aliis Austriæ.
- Sueviæ, aliis Pfallantiæ, vel Palatinatus.
- Lotharingiæ, aliis Burgundiæ.

Quatuor Archipalatini, *Die vier Pfaltzgraffen.*
- Rheni.
- Saxoniæ.
- Franciæ.
- Hungariæ.

Quatuor Vicarii, ex Reformatione Sigismundi Imp. lib. 2. c. 20. §. 2.
- Austriæ.
- Mediolani.
- Sabaudiæ.
- Burgundiæ.

Quatuor Vicarii, ex vulgari Typo Colonienſi.	Brabantiæ. InferiorisSaxoniç. VVeſtriæ. Sileſiæ.
Quatuor Land-gravii, id eſt, Comites Provinciales.	Thuringiæ. Alſatiæ. Haſſiæ. Leuchtenbergæ.
Quatuor Marchiones, id eſt, Comites Limitanei.	Moraviæ. Brandenburgiæ. Miſniæ. Badenſis.
Quatuor Burg-gravii, id eſt, ComitesCaſtellani.	Norimbergæ. Magdeburgi. Rheineckiæ. Strombergæ.
Quatuor Heergravii, ſeu Heregravii,id eſt, Comites militares, ſeu verius, Belli Duces.	Brabantiæ. Nortmanniæ. Hungariæ. Ferrariæ.
Quatuor Comites, *Die vier SchlechtGraffen,* ſive *Einfache Graffen.*	Cliviæ. Sabaudiæ. Schvvartzenburgi. Ciliæ. al.Græciæ vel Goritiæ.
Quatuor Pannerheri, id eſt, Banerarii, ſeu Bandophori, qui ſunt Vexilliferi.	Bavariæ. Mediolani. Auſtriæ. Poloniæ.

Qua-

Quatuor Pfallentzgravii, seu Comites Palatini.
- Sueviæ.
- Bavariæ.
- Franconiæ.
- Saxoniæ.

Quatuor Liberi Domini, seu Barones, *Die vier Freyherren*, vel Semper *freyen*.
- Limburgi in Franconia.
- VVesterburgi.
- Thusis & Rharæ.
- Aldenvvaldiæ.

Quatuor Strenui Comites. *Die vier RitterlicheGraffen*, qui à quibusdam etiam vocantur *Heergraffen*.
- Flandriæ.
- Tyrolis.
- Altenburgi.
- Ferrariæ: fortè, Ferreti, id est, *Pfirdt*.

Quatuor Domini Provinciales, *Die vier Landtherren*.
- Mirandulæ.
- Scalcæ, id est, Veronæ.
- Paduæ, seu Padavii.
- Mediolani.

Quatuor Abbates.
- Fuldensis.
- Campodunensis.
- VVeissenburgensis.
- Murbacensis.

Quatuor Domus. *Die vier Häuser*.
- Austria.
- Saxonia.
- Braunschvvigia.
- Bavaria.

Quatuor Inſulæ. Sicilia. Anglia. Suecia. Cyprus.

Quatuor Milites vel Equites. *die vier Ritter*; aliis *Erbritter*. Andelaviæ. Meldingæ. Strundeckiæ. Frauenbergæ in quorũ deceſſorũ loco ſurrogati ſunt. VVeiſbach in Miſnia. Carlvviz in Miſnia.

Quatuor Mareſcalci. *Die vier Hauptmarſchalck*. Bappenheim. Iuliaci. Miſniæ. Friſtingiæ, aliis Frieſingiæ.

Quatuor Ambacti, ſeu Miniſteriales. *Die vier Diener*, ſive *Amptleuth*. Miſniæ. Rhinfeldiæ. * * * * * * * * * *

Quatuor Advocati. *Die vier Landvoigte*, ſive *Landvögt*. Miſniæ. * * * * * * * * * * * * * * * * * *

Qua-

Quatuor Venatores, *die vierOberJäger.*
- Carinthiæ.
- * * * * *
- * * * * *
- * * * * *

4. Venatores inferiores.
- Horni, ſive Hurni.
- Vrachi.
- Schomburgi.
- Metſchi in Rhætia Curienſi.

Quatuor Officiales hæreditarii. *Die vier Erbämpter.*
- VValdburg, Dapifer.
- Radach, Pincerna.
- Marckdorf, Mareſchallus.
- Kemnat, Camerarius.

Quatuor Servi vel Miniſteriales. *Die vier Knecht.*
- VValdeck.
- Hirten à Fulch, al. Herren à Filchen.
- Arnſperg, vel Arenſperg.
- Rabnavv, vel Rabenavv.

QuatuorDapiferi hereditarii. *Die vier ErbTruchſeſſen.*
- VVellersvvalde.
- * * * * * *
- * * * * * *
- * * * * * *

Quatuor Coquinarii, id eſt, Magiſtri Coquinæ. *Die vier Erb-Küchenmeiſter.*
- Seldeneck.
- * * * * * *
- * * * * * *
- * * * * * *

Quatuor civitates inaugurales, *Die vier Cronstätt.*
- Aquisgranum,
- Arelatum.
- Mediolanum.
- Roma.

Quatuor civitates imperiales κατ' ἐξοχὴν sic dictæ, *Die vier Hauptstät.*
- Augusta.
- Aquisgranum.
- Metis.
- Lubeca.

Quatuor civitates Regales, *Die vier Königliche Stät.*
- Neapolis.
- Lutetia.
- Cracovia.
- Buda. al. Hafnia.

Quatuor civitates Electorales, *Die vier Churstätte.*
- Praga.
- Heidelberga. aliis, Amberga.
- VVirtemberga.
- Custrinum.

Quatuor Emporia, *Die vier Handelstät.*
- Massilia.
- Moguntia, nunc Francofordia.
- Venetia.
- * * * * * nunc Antverpia, vel Amsterodamum.

Quatuor Burgi, id est, castra
- Altenburgum.
- Magdenburgum.
- Rotenburgũ ad Tubarim.
- Meckelburgum, aliis Lucelburgum.

Qua-

Quatuor Pagi, *Die vier Dörffer.*	Bamberga. Vlma. Hagenoa. Seleſtadium.
Quatuor Vici, *Die vier Flecken.*	Ingelheim. Altdorff. aliis Atrip. Liechtenauvv. Denckendorff. aliis, Deckendorff.
Quatuor Villæ, *die vier Weiler.*	Orlamünda. * * * * * * * * * * * * * * * * * *
Quatuor Bergæ, id eſt, montes. *Die vier Berghen.*	Münſterberga. Fridberga. Heidelberga. Norinberga.
Quatuor Ruſtici, *Die vier Bauvvren, ſive Bauvvmänner.*	Colonia. Ratiſbona. Conſtantia. Saliſburgum.

Alia eſt Imperii Diviſio in CLASSES SEPTEM. IN PRIMA SVNT SEPTEM PRINCIPES ELECTORES. *Ex Archiepiſcopis Tres.* 1. Moguntinenſis S. R. Imperii per Germaniam Archicancellarius. 2. Trevirenſis S. R. Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archicancellarius, Galliæ Belgicæ Primas.

3. Co-

3. Colonienſis S. R. Imperii per Italiam Archicancellarius.

Ex Principibus Politicis IV.

1. Comes Palatinus Rheni, S. Rom. Imperii Archidapifer.
2. Dux Saxoniæ, S Rom. Imperii Archimarſchallus.
3. Marchio Brandeburgenſis, S. Rom. Imperii Archicamerarius.
4. Rex Bohemiæ, S. R. Imperii Archipincerna.

IN SECVNDA, ARCHIEPISCOPI IV.

1. Magdeburgenſis, ex antiquo Germaniæ inſtituto, & prærogativa, per Germaniam Primas.
2. Bremenſis.
3. Saltzburgenſis, qui perpetua quadam Pontificis Maximi Legatione fungitur, & Legatus natus ſedis Apoſtolicæ appellatur.
4. Veſontinus.

IN TERTIA, *Epiſcopi, quorum hoc tempore* XXVII, *in Comitiis locum habent.*

Papebergenſis.	Baſileenſis.
Straſburgenſis.	Verdunenſis.
Hildeſienſis.	Leodicenſis.
Monaſterienſis.	VVürtzburgenſis.

Eich-

Eichſtadienſis.	Mindenſis.
Paderbornenſis.	Metenſis.
Oſnabrugenſis.	Brixienſis.
Ratiſbonenſis.	Spirenſis.
Cameracenſis.	Conſtantienſis.
Tridentinus.	Halberſtadienſis.
VVormatienſis.	Freiſingenſis.
Auguſtanus.	Lubecenſis.
Verdenſis.	Tullienſis.
Paſſavienſis.	

Principibus hiſce Eccleſiaſticis, ex veteri Prælatorum ordine adſcripti ſunt,

Magiſter Ordinis Equitum Teutonicorum ſive Marianorum.
Abbas Fuldenſis, Auguſtæ Archicancellarius, & Germaniæ primas.
Abbas Hirsfeldenſis.
Abbas Murbacenſis.
Abbas Campidonenſis.
Magiſter ordinis Equitum Divo Ioanni ſacrorum.
Præpoſitus Elvvangenſis.
Præpoſitus & Archipreſbyter Berchtelsgadenſis, Abbas olim vocatus, Decreto Spirenſi Anno 1529.
Abbas Corbeienſis.
Abbas Prumienſis.
Abbas Stabulenſis.

IN QVARTA, PRINCIPES POLITICI, *quorum* XVIII *familiæ.*

Archiducum Auſtriæ duæ ſunt lineæ: Prima Ferdinandi, quæ propriè Auſtriaca: Altera à Carolo V Imperatore deducta, Burgundica appellatur.

Ducum Saxoniæ, Marchionum Miſniæ, & Landgraviorum Thuringiæ.

Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium.

Ducum Pomeraniæ.

Ducum VVirtebergenſium.

Marchionum Badenſium.

Ducum Holſatiæ.

Ducum Sabaudiæ.

Ducum Lotharingiæ.

Ducum Bavariæ, in duas itidem lineas diſtincta; quarum una communi nomine Bavarica, altera Palatina nuncupatur.

Marchionum Brandenburgenſium.

Ducum Iuliacenſium.

Ducum Megapolitanorum.

Landgraviorum Haſſiæ.

Ducum Saxoniæ inferioris, ſive Lauenburgenſium.

Landgraviorum Leuchtenbergẽſium.

Principum Anhaltinorum.

Comi-

Comitum Arnbergensium, à Divo Maximiliano II, inter Imperii Principes susceptorum.

IN QVINTA, PRAELATI, & primo Abbates & Praepositi, secundum Matriculæ ordinem.

Reichenaviensis.	VVerdensis.
Salmensvveilensis.	Augustanus.
Schussenritensis.	Marthalensis.
VVeisenburgensis Præpositus.	Mustingensis.
VValckenridensis.	Keisersheimensis.
Roggenburgensis.	Münchenrodésis.
VVeingartensis.	Vrspergensis.
VVeisennauiensis.	Oldenheimensis.
Ochsenhusanus.	VVethusanus Præpositus.
Gengenbacensis.	Heimerani Ratisbonensis.
Elchingensis.	Monasterii Corneliani.
Petershusanus.	S. S. Vlrici & Afræ.
Monasterii Vallis Gregorianæ.	

Quibus adjecti & alii, ut ex subscriptionibus Decretorum Comitialium apparet.

ABBATISSAE.

Quedtlinburgensis.	ris Ratisbonensis.
Monasteriiinferio-	Gerenrodensis.

Heckbacensis.
Essensis.
Monasterii superioris Ratisbonensis.
Buchaviensis.

Guttencellensis.
Herverdensis.
Lindaviensis.
Rothmünsteriensis.
Beintensis.

Ex his etsi pleræque Principum honorem, & titulum gerunt, tamen quoad locum in consessu, ac dictionem sententiæ, pari cum reliquis jure censentur.

Prælatis annumerantur, Commendatarius Provincialis Confluentinus: item Alsatiæ, & Burgundiæ. Austriæ enim, & Etschlandiæ Baillivi, ut vocant, ab Archiducibus eximuntur.

IN SEXTA, COMITES ET BARONES *hac serie.*

Helffenstein.
Furstenberg.
Hohen Geroltzeck Barones.
Sultz.
Castell.
Limpurg Semper *freyen.*
Lupffen.
Ziemmern.
Ottingen.
Hohenzollern.

Hohenlohe.
Erbach.
Montfort.
Eberstein.
Reupoltzkirch Barones.
Erbtruchsessen Barones *in Waldburg.*
Schvvartzenburg.
Hohenlandsberg.
Leiningẽ Dagsberg.

Eisen-

Eisenburg.	*Mannsfeld.*
Winnenberg Barones.	*Schvvartzburg der vier Graven deß Reichs.*
Eberstein.	*Ostfrieslandt.*
Tubingen.	*VValdeck.*
Gleichen.	*Schaumburg.*
Wied.	*Nassauvv.*
Oldenburg.	*Salm.*
Brunckhorst Rattenburg.	*Falckenstein.*
Ortenburg.	*Tengen.*
Hanavv.	*Stollberg.*
Solms.	*Barbey.*
Wild, vnd Rheingraven.	*Reussen* Barones.
Sain.	*Lippe.*
	Tentheim.

BARONES.

Schönburg Barones.	*Fugger.*
Pirmödt vnd VValfstein.	*Herr Schencken von Tauttenberg.*
Meichselrein.	*Kriechingen.*
Seinßheim.	*Konigseck vnd Aulendorff.*
Herrn von Degenberg.	*Graveneck.*
Manderscheidt.	*Fleckstein.*
Baumgarten.	*Herrn von Biernbaum.*

IN SEPTIMA, LIBERAE ET IMPERII CIVITATES.

Regenspurg.
VVeissenburg am Nortgauvv.
Schvveinfurt.
SchvvabischenHall.
Vlm.
Bopffingen.
Eßlingen.
Pfullendorff.
VVangen.
Nurnberg.
Schvvabisch, oder Thonavverth.
VVimpffen.
Nordlingen.
Augspurg.
Aelen.
Reutlingen.
Kauffbäuren.
Ißny.
Rotenburg an der Tauber.
VVinßheim.
Haylbrunn.
Dinckelspiel.
Giengen.
Schvvabischen Gemunde.
Weil,
Vberlingen.
Leutkirch.
Memmingen.
Ravenspurg.
Costnitz.
Colmar.
Hagenavv.
Roßheim.
Franckfurt.
Coln.
Landavv.
Lubeck.
Mulhausen in Thuringen.
Turckheim.
Hervverden.
Kempten.
Bieberach.
Straßburg.
Schletstatt.
Weissenburg am Rhein.
Speyr.
Friedberg.
Aach.
Gengenbach.
Hamburg.


Nort-

Northausen in Thuringen.	*Wormbs.*
Verden.	*Wetzlar.*
Cammerreich.	*Offenburg.*
Buchhorn.	*Zell am Haimersbach.*
Lindauvv.	*Dordtmundt.*
Kaysersberg.	*Goslar.*
Rothvveil.	*Munster in S. Gregorienthal.*
Oberehenheim.	

III.

HISTORIA TRANSLATIONIS IMPERII.

IMPERATORVM SERIES, VITAE ET RES GESTAE.



ANNO Christi 771. CAROLVS *Magnus*, mortuo fratre Carolomanno, solus regnavit in Francia, annis 42. Pipini regis Francorum filius, natus anno Christi 742. in arce Carlsberg, tribus miliaribus supra Monacum, ut Aventinus scribit: vel certe in villa Ingelheim, duobus millibus passuum à Moguntia distante, ut thesaurus antiquitatum habet:

Res ab eo gestæ magnæ sunt, & in multa varietate versatæ. Memorabile inprimis cum Saxonibus bellũ suscepit anno Christi 772. non tam regni dilatandi cupiditate, quam Christianæ religionis propagandæ studio. Saxones verò religionis avitæ acerrimi cultores atque propugnatores, duce VVittikindo, præliis multis cum eo decertarunt, sed victi sæpius à fide data iterum defecerunt, donec non tam fortuna adversa fracti, quam lenitate & mansuetudine Caroli permoti, sese dediderunt, baptismum susceperunt, & in fide data perseverarunt. Numerantur expeditiones Caroli 24. contra Saxones per annos 33. usque ad annum Christi 785. ut infra in rebus Saxonicis. Interea autem Carolus multa alia bella confecit, pacavit totum Occidentem compressis & expulsis seditiosis. Ab Adriano pontifice Romam vocatus, subsidio illi venit, Longobardorum regem Desiderium cepit, regnumque ejus Francis adjecit. Exercitum duxit in Hispaniam contra Saracenos, quos tumultuantes & omnem fere Hispaniam vastantes domuit. Expeditionem suscepit contra Hunnos & Avares, reque omni ex parte feliciter gesta, thesauros ingentes asportavit.

vit. Inde Italiam tertiò ingressus anno Christi 800. Romæ in templo, die natali Salvatoris à pontifice coronatus, Imperator & Augustus à cuncto populo appellatus est: quippe qui cũ plausu & lætitia magna hæc verba acclamavit: Carolo Augusto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria.

Hæc fama ilico fines imperii Romani peragravit. Vnde legationes ab omnib⁹ pene gentibus ad eum missæ sunt. In primis Irene pacis fœdus cum eo renovavit per oratores suos, totum Occidentis imperium ei concessit, & insuper conjugium etiam promisit. Carolus vicissim missis legatis, non solum amicitiam illius petivit, sed conjugium etiam poposcit. *Crantz.* Deinde Persarum rex per legatos multis preciosissimis muneribus atque insignibus eum ornavit. Ex Africa quoque legatio advenit, quæ inter alia munera etiam ossa sanctorum martyrum Cypriani & Sperati, item caput Pantaleonis ad eum attulit. Tum Nicephorus etiam imperator per legatos pacem fraternam atque perpetuam cum eo confirmavit, ut ambo Imperatores & Augusti appellarentur, ac fratrem alter alterum nominaret. Idem fœdus

imperante Michaële ſucceſſore Nicephori renovatum eſt. Ante coronationem verò monachus quidam, & paulo poſt Zacharias cum duobus monachis à Patriarcha Hieroſolymitano miſſi tradiderunt Carolo claves ſancti ſepulcri, atque adeo urbis ipſius Hieroſolymæ cum vexillo, ut ſcribit Rhegino. Adrianus verò pontifex Romanus jam ante tranſtulerat ad eum poteſtatem & jus eligendi pontificem, conferendi archiepiſcopatus in ſuis & totius imperii ditionibus. Tum edixerat ne flamen ullus proderetur, niſi approbante Carolo. Miſerat porro pontifex ad eundem S. Petri claves cum vexillo urbis Romæ, ac præterea rogaverat, ut is mitteret aliquem Romam, qui ſuo loco juſiurandum exigeret, & in fide Romanos firmaret, ut habet Vrſpergenſis, Sigebertus, & Annonius.

Quod autem negant nonnulli Carolum Magnum aliunde quam à pontifice Romano imperium accepiſſe; commentum eſt pontificium, & adulatio, quæ omnia ad gratiam loquitur, nihil ad veritatem. Primùm enim Dei eſt, non pontificis, transferre regna. Deinde certum eſt, neminem transferre in alium poſſe id, quod ipſe non

habet.

habet. Nisi ergo demonstrent pontificii, jus potestatemq; imperii Rom. penes pontificem fuisse, vel certè mandatum habuisse pontificem à Deo, aut magistratu legitimo, nunquam fidem nobis facient à pontifice Romano translatum esse imperium ad Carolum. Contra verò testantur, & confirmant historiæ: Papam Leonem III. neque imperatoriam dignitatem tenuisse, nec præsidii quicquam ad se tuendū habuisse, cum ad Carolum M. in Germaniam usque profugit. Quod multo honestius de pontifice scribitur à Cranzio, quam arma, aliaque politica ornamenta atq; præsidia ab adulatoribus illi tribuuntur.

Hoc verò manifestum est, Carolum Magnum virtute bellica Longobardorum regnum occupasse. Iccirco jure victoriæ regnum Italicum sibi vendicavit. Romani verò una mente, unaque voce imperium ad eum detulerunt. Dubitas? in promptu est probatio. Testes sunt Sigebertus, cujus testimonio mira audacia abutitur quidam Iesuita. Romani, inquit, uno omnium consensu Carolo regi imperatorias laudes acclamant, eumq; per manum Leonis papæ coronant. Quis hîc axioma imperii tribuit Carolo?

Romani. Cujus ministerio usi? Papæ. Quod autem per alium quis facit, an non id ipse videtur facere? Eat nunc Iesuita, & ex ministro coronationis Caroli dominum faciat. Quod non minus est ridiculum, quam si quis pastorem ecclesiæ dicat sponsam dedisse sponso, cum rogatus ille legitimæ copulationis minister & testis est. Quod quid est aliud, quam causarum ordinem confundere? Accessit etiam consensus imperatricis Constantinopolitanæ Irenes, quæ missis oratoribus totum imperium Occidentis Carolo concessit. Ex quo quam justis modis imperii dignitatem Carolus adeptus sit, apertum est.

Testis etiam est locuples Sigonius: *Victo, inquit, captoque rege Desiderio, & Longobardis omnibus in fidem, deditionemq; acceptis, Carolus regnum Italicum jure victoriæ sibi vindicavit, & Mediolani corona ferrea redimiri voluit, per archiepiscopum, atque ut id apud posteros observaretur, instituit.* Addit & hoc: *decretum est universo procerum consentiente conventu, ut Carolus per singulas provincias archiepiscopos & episcopos instituerent, ita ut nisi ab eo laudarentur, & instituerentur, à nemine sacrarentur:*

&

& ut pontificem eligeret, sedemque apostolicam ordinaret, ut habet Sigeberti chronographia.

Electus autem & confirmatus consentientibus, Dei, imperatoris Orientalis, pontificis Romani, ordinumque voluntatibus, sententiis atque suffragiis, Carolus Magnus Occidentis imperator tota mente in hanc curam incubuit, ut translatum ad se divinitus imperium rebus omnibus divinis & humanis ornaret, augeret ac stabiliret. Nec deerant ei nervi ad rem tantam efficiendam necessarii, animi magnitudo, celsitas, robur, sagacitas, scientia, eruditio, sapientia, industria, auctoritas, beneficentia, pietás, atque felicitas. His enim virtutibus tanquam præsidiis septus atque munitus erat. Inprimis religionem propagare studuit. Iccirco collegia, episcopatus, scholas, & academias instituit. Osnabrugense quidem collegium anno Christi 780. in quo nominatim edixit, ut authores Latini & Græci legerentur & explicarentur; & alia multa per Germaniam collegia instituit. Extruxit templum pulcerrimum Aquisgrani, idque collatis quamplurimis donis ornavit. Parisiensem Academiam aperuit anno Christi 791. cui

viros ac professores doctissimos præfecit, Rabanum, Alcoinum, Claudium, Clementem, Scotum. Dicitur etiam Papiensis & Bononiensis gymnasii authorem esse. Hæreses Felicis, Concilio Francofurti ad Mœnum indicto, damnavit: in quo etiam adoratio imaginum reprobata est, ut Rhegino scribit.

Româ accivit cantores, quorum opera emendavit cantiones Ecclesiasticas, ordinavit lectiones singulis festis congruentes, & misit eleemosynas ad Christianos in Ægypto, Hierosolymis, & Syria. Adjunxit quoque & conciliavit sibi reges ac principes infideles, ut subditis Christianis benigniores essent.

Tenuit linguas complures, Latinam, & Græcam à Paulo Pisano didicit, dialecticam verò, & ecclesiæ doctrinam ex Alcoini disciplina cognovit, imposuit ventis nomina, cœpit scribere Grammaticum libellum, & delectatus est versibus rhythmis, quibus heroum res gestæ comprehenduntur. Scholas ipse visitavit, docendi ac discendi operas inspexit, officium facientes laudavit, ignavos verò & inertes objurgavit graviter. Præclara est Aventini narratio. Cum Parisiensem Academiam fundasset Carolus Magnus, & privile-

giis, stipendiisque munivisset, adolescentes tam nobiles genere, quam alios honesto loco natos in disciplinam publicorum professorum, Clementis, Scoti, & VValdi Germani tradidit, ut ad usus communes in ecclesia & politia instruerentur. Nec verò, perinde ut faber exstructæ domus, sic ille constitutæ semel à se Academiæ curam abjecit, sed benignè eam in omne tempus fovit, invisit, & quibuscunque potuit rebus auxit. Aliquando hos alumnos suos ad se accersivit; & progressum eorum in literis exploravit, scripta soluta & numeris astricta inspexit, & quid de singulis sentiret, voce & gestu declaravit. Ac nobiles quidem à sinistra, pauperes verò à dextra statuit. Inprimis verò conversus ad egenos, qui omne studium suum in doctrina collocarant, diligentiam eorum magnis laudibus extulit. Vos, inquiens, mandato meo obsecuti omni mente & cogitatione in literas incubuistis. Agite ergo, præmia industriæ vestræ consequemini: Erigam enim & extollam vos, honoribusque & opibus augebo: alios episcopos, alios consiliarios in aula mea faciam. Deinde nobiles à sinistra, qui voluptatibus magis, quam literis dediti fuerant, appel-
lavit

lavit per iram: vos duri, inquiens, & perversi, qui opibus, imaginibus à parentibus acceptis nitimini, ignominia affecistis Cæsaream Majestatem, mandatumque ipsius neglexistis: Deum testor, nisi mores emendaveritis, à me nil nisi indignationem, & pœnam expectabitis, ut cæteri vestro exemplo corrigantur.

Ad instituendam autem Parisiensem scholam non parum excitatus est à Scotis. Horum enim duo ad eum venerunt Parisios profitentes sapientiam. Hanc professionem admiratus imperator, placere sibi eam ostendit, & qui sint, undeque venerint, rogat. Respondent illi, se fama virtutis, sapientiæ, & eruditionis ipsius inflammatos venisse ad constituendam scholam in Gallico regno, ad eamque rem suam operam deferunt. Gavisus hac pollicitatione imperator Academiam Parisiensem aperuit.

Iustitiæ & disciplinæ observantissimus fuit: ut dubium non sit, singulari Dei beneficio suscitatum esse hoc salutare organum, ut collapsam in Occidente religionem, justitiam, disciplinam, pacem, authoritatem, doctrinam, & dignitatem instauraret, ac inustam à barbaris imperio Rom.

notam ad ignominiam sempiternam deleret, & monarchiam quartam ex hostium faucibus ereptam in libertatem vindicaret, non tam ad Germanicæ gentis perpetuam laudem, ad quam monarchiæ Rom. decus & ornamenta insignia omnia transtulit: quam ad ipsius filii Dei, IESV CHRISTI gloriam, qui ut in initio monarchiæ IIII. nudus & inops in mundum venit, sic in ejusdem fine cum majestate & potentia ineffabili rediturus est, ut vivos & mortuos judicet. Merito igitur à tanta rerum gestarum magnitudine, quæ terrarum orbem complevit, dictus est Magnus, & quidem primus Germanorum imperator. Manebitque hoc tantum decus summi imperii sive monarchię in gente Germanica usque ad adventum Filii Dei: siquidem vera esse, quæ Daniel Propheta vaticinatus est, credimus. Mortuus est anno Christi 814 Aquisgrani, ætatis 72. postquam imperium gessit annos 13. Ducem belli habuit Rolandum sororis filium, cujus statuæ passim in Saxonia extant, ut pax, & libertas per eum parta, hominum memoriæ sempiternæ sit commendatior. Rolandi singulare certamen & colloquium de

Chri-

Christiana fide pulcherrimum cum Ferracuto gigante Saracenico, duodecim cubitos alto, & robore quadraginta viros æquante, describit Ioannes Turpinus de gestis Caroli Magni. Post ingentem cladem Christianorum à Saracenis acceptam in Runciæ valle, solus cum Marsirio Saraceno conflixit, eumque obtruncavit, ipse verò hastis & lapidibus graviter afflictus vix evasit. Inde in herba jacens aquam ad restinguendam sitim frustra desideravit. Itaque vulneribus, languore, & siti confectus orationem ardentem, & plenam fidei ac pietatis habuit, qua se Deo commendavit, & è vita discessit. Carolus Magnus epitaphium ei composuit, quod in Chronicis Philippi Melanchthonis etiam recitatur.

Anno Christi 813. LUDOVICUS PIUS Caroli Magni filius imperium suscepit, jam ante designatus in conventu Aquisgrani à senatu & cunctis ordinibus. Anno Christi 816. à pontifice Romano Stephano V. coronatus Rhemis in Gallia, Augustusque appellatus est. Imperavit annos 26. Pius cognomento dictus est propter eximium pietatis atque religionis studium, cumque ingenii & morum suavitate summa modera-

tio conjuncta fuit. Bella gessit externa & interna. Externa quidem cum hostibus imperii Saracenis, quos Roma & Italia tota expulit. Oppugnavit item Vivomarcum Britanniæ regem. Ejus opem etiam Daniæ rex Haroldus imploravit, & baptismum Moguntiæ suscepit.

Interea verò mala multo atrociora expertus est. Primùm opposuit se illi Bernhardus patruelis ipsius, cui oculos erui imperator jussit, unde paulo post mortuus est. Episcopos verò conjurationis ejusdem socios dignitate privavit, & in cœnobia abdidit. Deinde iterum episcopi, aliique primores Franciæ Lotharium filium, quem nuper Cæsarem Augustum pater crearat, ad inferendum patri bellum concitarunt. Ac nisi ab altero filio suo Ludovico adjutus esset Ludovicus, imperio se abdicare coactus fuisset. Paulo post iidem auctores bellum novum accenderunt trium filiorum, Lotharii, Ludovici, & Pipini contra illum. In quo quidem bello in eas angustias adductus est optimus pater, ut filiis suis sese dedere coactus sit. Ab his ergo in cœnobium cum conjuge sua Iudith detrusus est. Sed inde tamen beneficio filii Ludovici liberatus ad imperium

rium rediit. Auctorum verò tanti dissidii inter patrem & filios nemo post biennium, justo Dei judicio, superstes fuit. Erat inter alios episcopos, qui se seditionis socios præbuerant, in carcerem conjectus Theodulphus episcopus Aurelianensis, quem Ludovicus mature liberavit, recordatus dulcissimi versus, quem is in processione, ut vocant, Palmarum die, cum locum carceris, in quo custodiebatur Cæsar, præteriisset, contenta voce cecinerat: Gloria, laus, & honos tibi sit rex Christe redemtor; utpote quo mirifice in miseria recreatus fuerat. Venit tandem ad illum etiam Lotharius, cui delicti veniam petenti nefarium facinus ignovit. Mortuus est ætatis anno 64. Libet hic celeriter perstringere quod Clemens papa VII. anno Christi 1530 in congressu Bononiensi ad Carolum V de hoc Ludovico dixit, tribuit is, inquit, sedi Romanæ opes, ut sumtus necessarios haberet ad gubernationem, & tutior à subitis latrociniis esset.

Anno Christi 840. LOTHARIUS Ludovici filius imperator Germanorum est factus, & imperavit annos 15. Etsi autem pater Ludovicus vivus singulis filiis certum regnum tri-

tribuerat, Lothario Italiam, Carolo Aquitaniam, Ludovico Bavariam: tamen Lotharius hac divisione non contentus regna omnia solus sibi vendicavit, ex quo bellum atrox natum est, dimicantibus scilicet de regno duobus fratribus, Ludovico & Carolo, cum fratre tertio Lothario, tanta contentione, ut in duabus pugnis amplius centena millia hominum occubuisse dicantur. Hac strage robur & flos Franciæ magna ex parte concidit. Victus est autem in utraque pugna Lotharius: & convenit tandem inter fratres, ut per delectos à singulis quadragintaviros regnorum divisio susciperetur. Hi ergo Lothario cum imperatoria dignitate Italiam & Lotharingiam, sic ab ejus nomine dictam, Ludovico Germaniam, Carolo Galliam tribuerunt. Sic sublata inter fratres controversia, ab hostibus externis se quisque defendit, quoad potuit. Fames quidem in hoc tempore tanta extitit in Germania, ut liberos in parentes, & parentes in liberos devorandos sævire coëgerit. Mortuus est Lotharius in monasterio Brumiensi, quo se abdiderat.

Anno Christi 855. LUDOVICUS II.

Lotharii filius imperium suscepit, & imperavit annos 19. menses 10. Pius fuit, comis, justitiæ & simplicitatis candidæ amans, tum literis etiam apprime eruditus, divinis pariter & humanis, nec quicquam absque consilio & ratione summa suscepit. Normannos ex Gallia, Saracenos ex agro Beneventano, fratris sui Caroli ope expulit. Adalgisum ducem Beneventanum rebus novis studentem, manus dare, & in deditionem venire coëgit. Sed astute ab eo circumventus est. Nam persuasit illi Adalgisus, ut secum Beneventũ proficisceretur. Quo cum ventum esset, coëgit eum Adalgisus, ut juraret se nunquam Beneventum esse reversurum, neque injuriam hanc ulturum. At imperator Romam profectus, & de ignominia ista conquestus, à jurejurando absolutus est per Pontificem. Adalgisus verò à senatu Romano proscriptus, & pœna dignus est judicatus.

Eodem imperante Carolus Lotharingiæ rex ab episcopo Coloniensi & Metensi impetrârat, ut ab uxore sua Dietburga separaretur, & concubinam suam Valradam duceret. Quod ubi ad Pontificem relatum est, fulmen excommunicationis Carolo minatus

est,

est, quo territus ille concubinam repudiavit, ac priorem conjugem recepit. Vt autem Pontifici satisfaceret, Romam profectus sacram cœnam cum aulicis suis sumsit, ut testaretur se pœnam à Pontifice impositam tulisse patienter. Ac si falleret, sibi pœnam hanc irrogavit, ut ad judicium sumeret sacramentum. Quid accidit? egressus urbe Carolus in morbum incidit lethalem, ac Placentiæ in itinere mortuus est. Aulicorum verò qui una cœnam sumserant, nullus dimidium annum in vita mansit, ut scribit Rhegino. Pontifex etiam fraude comperta, episcopos, qui pecunia & largitionibus corrupti divortium approbarant, sede movit.

Anno Chr. 875. CAROLVS CALVUS Ludovici Pii filius, rex Galliæ, imperator Germanorum factus, imperavit annos 2. mensis 2. Conatus est regnum à fratre Ludovico relictum in ditionem Francici imperii redigere, sed à filiis Ludovici in prælio victus & in fugam versus est. Creditur veneno necatus per Sedechiam Iudæum, medicum suum.

Anno Christi 877. LVDOVICVS III. cognominatus *Balbus*, Caroli Calvi filius, Francorum rex, imperator ele-

ctus eſt, & imperavit annum unum, menſes 6. Dictus fuit Balbus propter linguam impeditiorem atque tardiorem. Celebratur ſimplicitatis, juſtitiæ, moderationis, ac pietatis nomine. Paci quidem ſic ſtuduit, ut ea nihil haberet prius aut potius. Coronatus eſt à Pontifice præter multorum principum voluntatem, quorum mentes magis in Carolum inclinabant.

Anno Chriſti 879. CAROLVS III. cognomento CRASSVS, à corporis ſcilicet habitudine, Ludovici filius, imperator deſignatus eſt, & imperavit annos 8. menſes 7. Hic Franciæ regnum, extincto Ludovico, acquiſivit. Cum Normannis Treverim & Metim populantibus pacem fecit, ea conditione, ut Chriſtianam fidem ſuſciperent. Quod etiam factum eſt eo pacto, ut filia Lotharii Francorum regis in uxorem; Friſia verò in dotem duci eorum Godefrido daretur. Sed ne ſic quidem retardari aut infringi eorum conatus potuit. Iccirco oportuit imperatorem Galliæ etiam partem eam, quæ Normannia inde appellatur, illis concedere. Cum autem præeſſe imperio non ſatis poſſe videretur, depoſitus eſt à proceribus, &

ad egestatem tantam redactus, ut vix haberet, quo famem expleret.

Anno Christi 887. ARNOLPHUS Ludovici senioris, Germaniæ regis nepos, dux Franciæ orientalis, imperator electus est, & imperavit annos 12. electus est contra eum Rudolphus, qui imperavit in Italia annos 50. Æmulum etiam imperii habuit Berengarium è Longobardicorum regum stirpe oriundum, quem principes Galliæ togatæ, quæ Lombardia vocatur, Cæsarem crearant; Item Guidonem, quem Italiæ ordines regem Romanum designarant. Acinter varios conflictus, fortunæque vices Guido regnavit annos 6. Berengarius verò post Guidonem tota Italia potitus annos 36. dominatus est. Is contra Normannos Burgundiam & Galliam populantes exercitum misit, qui primùm ab illis cæsus cladem magnam accepit. Sed paulo post imperator ipse cum iis conflixit in ripa Mosæ, illosque ita cecidit, ut ex innumerabili multitudine ipsorum vix unus evaserit, qui nuncium cladis acceptæ afferret. Ajunt ad centena millia Normannorum in hac pugna periisse. Postremo Italiæ pacandæ causa Romam profectus, à Pontifice Formoso

coronatus quidem eſt, ſed ab uxore Guidonis propinato pharmaco pediculorũ multitudine ex corpore ipſius naſcente extinctus eſt.

Anno Chr. 899. LUDOVICUS IIII. Arnolphi filius, juvenis admodum ab optimatibus Franciæ in oppido Forcheim imperator creatus eſt, & imperavit annos 12. Hujus tempore Vngari in Bavariam invaſerunt, eamque igne & ferro vaſtarunt. Cum his prælium trium dierum commiſit Ludovicus ad Auguſtam Vindelicorum, & ſuccubuit, præcipua & florentiſſima parte nobilitatis Germaniæ amiſſa. Vngaris ergo animus major acceſſit, ac cædere, diripere, inflammare Italiam & Lombardiam, tum Saxoniam etiam atque Thuringiam perrexerunt.

Memorabile eſt exemplum ſophiſtices ſeu calumnioſæ interpretationis jurisjurandi in hujus imperatoris hiſtoria, quod Vrſpergenſis recitat. Albertus comes Papenbergenſis, heros inſignis, invaſerat Conradum comitem Haſſiæ, atque occiderat. Eum ergo Ludovicus in comitiis Moguntinis ad dicendam cauſam adeſſe juſſit. Quo cum venire Albertus recuſaſſet, in arce Papenbergia circum-

ſedit

sedit eum imperator. Interposuit sese Hatto Moguntinæ sedis archiepiscopus, promittens se Albertum ad imperatorem adducturum. Profectus igitur ad Comitem in arce persuasit illi, ut secum ad Cæsarem iret, jurejurando confirmans, se vel in gratiam apud Cæsarem ipsum esse positurum, vel incolumem in arcem reducturum. Fidem habuit episcopo comes, eumque ad prandium sumendum amanter invitavit. At episcopus mora nulla interposita dextram illius prehendit, & iter cum eo ingressus est. Cum vix urbe exiissent, jam demum, inquit episcopus, pœnitet me spreti prandii quod offerebas. Iter enim nobis conficiendum est longius: non poterimus utique jejuni tam diu ambulare. Mox Albertus iterum cœpit illum rogare, ut reversus in urbem cibum prius caperet. Quod cum utrique placuisset, in arcem reductus ab episcopo Albertus, laute & benigne eum tractavit. Profecti deinde sunt ad Cæsarem in căstra, & mox Albertus captus capite truncatus est. Quod cum iniquum judicaretur, & contra datam fidem fecisse diceretur episcopus: sophistice facinus excusavit, quasi promissum suum exsolvisset in hoc, quod

comitem in arcem suam incolumem reduxisset, cum ex itinere ad prandium sumendum eo rediisset.

Mortuo Ludovico stirps Caroli M. defecit, cum jam annos 112. imperasset.

Anno Christi 911. CONRADVS I. Cunradi ducis Franconiæ filius, extra Caroli M. stirpem Augustus designatus est, authore Othone Saxoniæ duce, qui delatum ad se imperium recusavit, ætatis affectæ causa, & ad hunc Cunradum transtulit, consentientibus Francorum, Saxonum, & Germanorum procerum suffragiis. Princeps fuit strenuus, animo & corpore valens, tum in rebus gerendis exercitatus. Opposuerunt se illi, quemadmodum Vrspergensis narrat, Arnolphus Bavariæ rex, & Burcardus Sueviæ dux, & alii: Sed eos omnes oppressit Cunradus partim vi, partim consilio atque prudentia. Ac Arnolphum quidem oratione potius, quam armis vicit. Indicta verò Synodo effecit primùm ut ab episcopis excommunicarentur, tum ipse etiam eos proscripsit. Et Arnolphum quidem regno deturbavit, alios verò capite truncavit. Exitum vitæ suæ prospiciens, convocavit Germaniæ proceres,

ceres, eosque hortatus est, ut Henricum Othonis Saxonum ducis filium Augustum crearent: ad quem etiam per fratrem suum Eberhardum sceptrum, coronam, & alia insignia imperii misit. Imperavit annos septem.

Anno Christi 919. HENRICVS I. Saxonum dux, *Auceps* dictus, imperator electus est à principibus Germaniæ & Franciæ, acclamante omni populo, & imperavit annos 17. Auceps cognominatus est ab aucupio & venatione, quibus delectatus fuit. Excelluit animi magnitudine ac robore, pietate, moderatione, atque prudentia. Primum bellum quod gessit, susceptum fuit contra Arnolphum ducem, qui armis infestis Bavariam invaserat. Hunc tamen monendo prius de sententia movere studuit, quam vulnus infligeret. Quamobrem ad colloquium familiare postulavit, & rebus omnibus tentatis eo tandem adduxit, ut deposito titulo regio, ducis Bavariæ nomine contentus esset. Sic pace firmata absq; vulnere & sanguine discessum est.

Adversus Vngaros verò bellum difficilimum subeundum fuit. Illi enim crebris incursionibus Franciam, Alsatiam, Sueviam, Saxoniamque popu-

labantur. Quare aggressus eos imperator memorabili prælio ad Merspurgum vicit ac fugavit, clamante ejus exercitu, κύριε ἐλέησον, κύριε ἐλέησον. Hac victoria à tributis Vngarorum vindicavit Germaniæ populos, eaque tributa ad usus divinos & pauperum convertit. Hinc nominis celebritatem maximam adeptus, pater patriæ passim à cunctis appellatus est, & ab omnibus gentibus ac regibus cultus. Ob hanc insignem victoriam principibus, à quibus fide summa adjutus erat, convivium splendidum Gotingæ apparavit, & more Gallorum, Anglorum, & Italorum ludos equestres, quos vulgo torneamentum vocant, privilegiis, & libertatibus confirmavit, anno Christi 940. Hi verò ludi nemini patent, nisi qui religionem veram profiteatur, Cæsari rebellis non fuerit, nullius pudicitiam violarit, perjurio & proditione sese non polluerit, cædem & sacrilegium non commiserit. Debellavit Dalmatas, Boëmos, Normannos, Danos, Obotritos, quorum Obotritorum regem etiam ad Christi agnitionem fidemque traduxit, primumque episcopum in Holsatia collocavit, qui Catechismum ibi docuit. Expugnavit Brandeburgum sive Bren-

niarcem, Henetorum urbem primariam, & collocavit in ea Marchionem, hoc est, ducem limitaneum, qui fines imperii contra vicinos Henetos & Obotritos defenderet. Quemadmodum etiam in Mysnia atque Lusatia Marchiones adversus Boëmos, Slesuici contra Danos creavit, quod ante ipsum etiam fecit Carolus M. in Austria & Moravia contra Sarmatas, Polonos, & Vngaros. Sepultus est Quedlinburgi.

Anno Christi 936. OTHO I. filius Henrici, cognomento *Magnus*, imperator creatus est, & imperavit annos 36.

Bella gessit multa & difficilia cum Bojemis, Vngaris, Germanis, Gallis, Danis, Sclavis, Italis, Græcis. Primùm quidem Boleslaus Bojemiæ dux inquietus vicinos suos hostiliter invaserat. Hi verò cum manu se vindicare non possent, Othonis auxilium implorarunt. Misit ergo imperator Esiconem Ascaniæ comitem cum exercitu contra illum. Qui cum ad prælium est ventum, primùm quidem Bojemos fugavit, & fudit; sed paulo post incautus ab illis oppressus est, & cum omnibus suis copiis deletus. Paulo post alium ducem contra eundem mi-

ſit Hermannum comitem, qui hoſtem quidem ſtrenue adortus eſt, & navare aliquid potuiſſet, niſi invidia ſuorum, fratris præſertim Eccardi, impeditus fuiſſet. Tandem Cæſar ipſe in Bojemos ivit, partem eorum magnam cecidit, reliquos tributarios fecit anno Chriſti 937. At anno 952 Boleſlaum ſupplicem factum in gratiam recepit, & finem bello Bojemico fecit.

Anno Chriſti 938. Vngaros in Germaniam & Galliam irruptionem facientes fudit, deinde iterum irruentes in Saxoniam profligavit anno 939. Tandem revocatos in Germaniam ab epiſcopo Saliſburgenſi, & Cunradô Lotharingiæ duce, ad Lycum fluvium cruento prælio ſuperavit, roburque eorum ita imminuit, ut redire non ſint auſi.

In Germania tempeſtas ſeditionis atque diſcordiæ graviſſimæ ei oblata eſt. Primùm enim Palatii comes Eberhardus, & Tanquardus Saxoniæ dux Othonis frater conſpiratione facta, Cæſari ſeſe oppoſuerunt, authoritatem ejus omnem contemnentes. In hos igitur arma convertit Imperator, Ratiſbonam circumſedit, & ad deditionem eos compulit. Ex his Eberhardum cepit, captivumque aliquamdiu

diu tenuit, sed tandem in pristinam dignitatem & statum restituit.

Anno 939. iterum rebellionem fecerunt Eberhardus Franciæ, Henricus Saxoniæ, & Giselbertus Lotharingiæ dux, adversus imperatorem, & ut satis virium ad deiiciendum illum haberent, ad fœdus, belliqne societatem alios etiam, quoscunque potuerunt, solicitarunt. Cæsar verò mature conatibus eorum obviam ivit, & cum in discrimine magno versaretur exercitus ejus, preces ardentes Deo adhibuit, quibus non minus, quam armis ipsis hostes fregit & vicit. Henricum verò fugientem, & quidem sauciatum Merspurgi circumsedit, quoad regione tota cederet. Vbi armis nihil efficere hostes potuerunt, fraude eum circumvenire aggressi sunt. Henricus enim emisit nonnullos, qui Quedlinburgi in feriis paschatis nihil mali metuentem illum interficerent. Sed detecta fraude, in sicarios inquisitum est, qui etiam comprehensi, & gladio percussi sunt. Principes verò conjurationis divina vindicta in vestigio consecuta est. Eberhardus enim in prælio occisus est, Giselbertus fugiens in Rheno mersus est. Henricus autem postquam irritum esse

quicquid tentaret contra legitimum magiſtratum perſpexit, Cæſari ſeſe dedidit, veniamque delicti, & unà ducatum Bavariæ conſecutus eſt. Sed epiſcopi conjurationis ſocii monaſteriis incluſi ſunt.

Anno Chriſti 949. Ludovicus rex Galliæ impulſu Hugonis Capeti comitis Pariſienſis, captus à Normannis, & in cuſtodiam traditus eſt, filius verò ejus Carolomannus Rhotomagum abductus eſt, ubi etiam diem ſuum obiit. Contra hunc Hugonem juſta arma induit imperator, Pariſiis eum circumſedit, & ad petendum fœdus, pacemque compulit, Ludovicum verò in regnum priſtinum reſtituit. Cum autem Hugo Saxones per contumeliam & contemtum ſtramineos & effœminatos nominaſſet, ſic ad ludibrium contumeliæ exercitum ſuum inſtruxit imperator, ut milites gererent pileos ſtramineos cum colis & fuſis ſubtiliter tornatis.

Anno Chriſti 948. Dani marchionem, quem Henricus imperator in Sleſuicenſi ducatu collocarat, cum omni præſidio, quod habebat, occiderunt. Quam injuriam vindicaturus Otho, cum Haroldo Danorum rege prælio decertavit, in quo Harol-

dus

dus succubuit, & pacem ab Othone petiit. Hanc ei imperator dedit ea conditione, ut baptismum & religionem Christianam susciperet, regnumque ab imperio, tanquam feudum deinceps acciperet. Ita baptisatus rex cum uxore & filio fidem Christianam profiteri cœpit, & ad verum Dei cultum Daniæ regnum conversum est.

Ex Dania rediens Imperator Slavos nonnullos, præsertim VVagros, VVindos, Obotritos, Polabos in littore Balthico subegit, & ad suscipiendum baptismum, religionemque Christianam traduxit. Deinde Dithericus marchio sæpius cum iis conflixit, tum etiam Hermannus dux varia fortuna eosdem oppugnavit. Tandem verò imperator ipse, cum ferre ipsorum petulantiam amplius non posset, armis eos contrivit, occisi principis caput hastæ prælongæ affixit, consiliario oculos & linguam eruit, & septuaginta aliis vitam eripuit, capitaque eorum circum principis caput in sublimi spectanda exhibuit.

Anno Christi 950. Agapetus pontifex Roman. legatos ad Othonem in Germaniam misit questum de injuriis Longobardorum regis Berengarii, qui tyrannicè multa egerat, & Adelheidem

heidem Lotharii regis Italiæ viduam Papiæ captivam tenebat, petivitque ab eo, ut armis illum coërceret. Imperator ergo, ut & Italiam à superbo dominatu vindicaret, & regiam conjugem honestissimam è carcere liberaret, exercitum quinquaginta millium in Italiam duxit, gentemq; eam in imperii deditionem redegit, & Adelheidem è custodia receptam uxorem sibi adjunxit. Berengarium verò, qui Imperatoris Romani titulum sibi arrogarat, cum filio ipsius Alberto, quem regem posuerat, expulit, & relicto post se Cunrado, Italiæ gubernatore, in Germaniam rediit. Berengarius Othonem insecutus, intercessione Cunradi vix impetravit, ut Augustæ in comitiis audiretur, ubi Cæsari sese tradidit, & receptus in gratiam cum filio in regnum Lombardiæ restitutus est, demta tamen marchia Forojuliensi, Veronensi, & nonnullis aliis, quæ fratribus suis in Bavaria Cæsar tribuit.

Anno 960. iterum missa est ad eum legatio à pontifice, petitumque totius Italiæ verbis, ut veniret, & tyrannidem Berengarii sedaret. Simul episcopi duo à Berengario expulsi ad eum profugerunt, quibus opem liberaliter

liter promisit. Anno igitur 961. conventum VVormatiæ egit, in quo filium suum Othonem cunctis imperii ordinum suffragiis Cęsarem fecit. Hermannum vero de Stubekeshorne, virum nobilem & strenuum, Saxoniæ in terra Lunæburgensi præfecit, ut fines in absentia sua ab incursione hostium defensaret.

Compositis ad hunc modum rebus in Germania iter cum episcopis quibusdam in Italiam suscepit. Advenienti comites & prælati omnes obviam processere, eumque Papiam usque deduxere, quæ ubi in fidem ejus sese dedit, Berengarius cum uxore & liberis in arcem quandam munitam concessit. Cęsar vero, occupatis passim urbibus, Romam contendit, ad festum Christi natalitium, ubi honorifice gratulationibus multis acceptus est, & pater patriæ appellatus, tum à pontifice etiam Ioanne XII coronatus.

Româ Papiam rediit, & captam Berengarii uxorem iterum dimisit, quæ ubi ad maritum venit, ne Cæsari sese traderet, author ei fuit. Papiæ controversias cognovit & dijudicavit, deinde Berengarium circumsedit. Interim Albertus Berengarii filius multitudinem hominum coëgit, & Papam ipsum

Ioannem XII in fraudem illexit, ut ab imperatore deficeret, & rebellionis socium se præberet. Hac pontificis perfidia permotus Cæsar, omissa obsidione Berengarii, Romam copias suas adduxit. At papa perfidus, arreptis ecclesiæ thesauris, ad Saracenos confugit, occisis prius omnibus, quos Cæsari bene velle noverat. Imperator urbem negocio non magno capit, civesque non admodum repugnantes in fidem suam adigit, & ut promittant, se nullum unquam papam sine Cæsaris consensu electuros esse, efficit. Fides rei non solum verbis, sed etiam obsidibus datis firmatur. Mox synodum advocat, Papamq; profugum ad dicendam causam citat, qui cum sistere sese nollet, pontificatus ei abrogatus est, & ejus loco designatus Leo VIII. Postea anno 964. Berengarium cum uxore cepit, & Bambergam in exilium misit, ubi etiam ambo mortui sunt.

Romani vero impulsu papę Ioannis XII, iterum adversus Cæsarem conspirarunt, & consilium etiam de interficiendo eo ex insidiis ceperunt. Hac injuria incensus Cæsar eo ipso die, quo cædes ei parata erat, Romanos invasit, & magnam eorum partem in ponte Tyberino cecidit. Reliqui tertio die suppli-

[illegible]

Hæc autem oratione & laude digna confirmatio Leonis pontificis, qua ad Romanum Imperatorē transtulit potestatem omnem eligendi pontificem

Rom.

supplices facti, deprecante pro illis Pontifice Leone, datisq; obsidibus centum, veniam consecuti sunt. At ubi vix Cæsar discesserat, ad ingenium redierunt, & pontificem Ioannem XII, rejecto Leone, receperunt. Tum eo mortuo, alium Benedictum V elegerunt. Quod graviter ferens Cæsar, Romam exercitum reduxit, eamque circumsedit. In obsidione Pontifex quidem ad acriter resistendum Cęsari hortabatur: sed urgente fame, deditio facta est. Ingredienti urbem Cæsari cives Benedictum captivum tradunt, Leonem vero reverentia summa recipiunt. Hic Benedictum in synodo dignitate pontificia privavit, & Cæsaris rogatu Capellani munere donavit.

Ex Italia reversum Othonem alia tempestas perfidiæ excepit. Longobardi enim nonnulli Albertum Berengarii filium Constantinopoli revocatum Italiæ dominum posuerunt. Contra hunc ergo Sueviæ ducem Burcardum misit Cæsar cum exercitu, qui illum & fratrem ejus Guidonem delevit, victorque in Germaniam rediit.

Est autem notatione & laude digna constitutio Leonis pontificis, qua ad Romanum Imperatorē transtulit potestatem omnem eligendi pontificem

Rom. aliaque ordinandi & præcipiendi, quæ uſus pontificiæ ſedis poſtulat: rum epiſcopos etiam alios creandi & confirmandi, vel etiam abrogandi, ſi ipſo inſciente aut repugnante deſignati ſint, ut habet decretum: In ſynodo, diſtinct. 65.

Cum autem mortuo Leone Imperator Iohannem XIII in cathedra collocaſſet, Romani eum in carcerem conjecerunt. Quę res iterum cauſam dedit Othoni, ut in Italiam properaret. Anno igitur Chriſti 966. Romam rediit, Ioannem Papam ex carcere eduxit, & in ſedem priſtinam reſtituit.

Anno Chriſti 967. Otho miſſis legatis Theophaniam Nicephori imperatoris Conſtantinopolitani privignam filio ſuo Othoni uxorem petivit. Quam is non gravate deſpondit, & locum præſtituit, quo venire Othonis legatos ad accipiendam ſponſam oporteret. Eo cum veniſſent Cæſariani, nefarie partim occiſi ſunt, partim capti, & Conſtantinopolim abducti: pauci evaſerunt, qui nuncium tantæ perfidiæ ad Cæſarem perferrent. Incenſus hoc immani facinore imperator, duos comites, Guntherum, & Sigefridum fratres cum copiis ſelectis in Calabriam miſit, qui ſuperbos Græcos fuderunt,

derunt, captos, naso amputato, dimiserunt, & Calabriam Apuliamque populati victores ad Othonem reversi sunt.

Interim quod à Deo donatum fuit, id nulla vis, nullaque fraus eripere aut impedire potuit. Itaque occiso à Græcis Nicephoro, Ioannes Cemisces, qui in imperio ei successerat, mox Germanos, quotquot captivi illic erant, dimisit, & Theophaniam sponsam cum comitatu & muneribus amplis in Italiam ad sponsum Othonem misit, nuptiæque gaudio magno, anno Christi 972. peractæ sunt.

Otho vero Magnus anno Chr. 973. ad exitum vitæ vocatus, piè placideq; Deo spiritum & vitam reddidit. Estque hic heros ille magnus, cujus virtute admirabili imperium convulsum & labefactatum erectum & instauratum est: cujus adventu Italia ex hostium faucibus erepta est & pacata: cujus authoritate pontificum perfidia repressa est: cujus præsidio Germania à tumultibus conquievit: cujus industria hostes exteri fracti sunt, & domiti: cujus opera pax & libertas imperii reparata & aucta est: cujus deniq; studio & vigilantia religio Christiana disseminata, & ad exteras gentes propagata est: cujus be-

neficio episcopatus Brandeburgensis, Havelburgensis,Mysnensis,Cicensis,& Magdeburgẽsis fundati sunt: per quem justicia revocata est, & totus denique Christianus orbis respiravit. Iccirco nomen ejus magnũ, inprimis Deo carum,angelis acceptum, cunctisq; mortalibus admirabile est. Mortuus est Viennæ, sepultus vero Magdeburgi in D. Mauritii templo.

Anno Christi 973, OTHO II. Othonis Magni filius imperium suscepit, & imperavit annos 10, menses 7. Primum Haroldo Danorum regi ad Albim usque cum exercitu progresso occurrit, anno 974. eumque ita conterruit, ut pacem petiverit, munera ampla obtulerit,& tributum annuum promiserit, dato fidei causa obside suo filio. Sedavit rebellionẽ,quam dux Bavariæ Henricus, & Episcopi nonnulli fecerant. Hunc enim expulit, & ducatum ejus Othoni Sueviæ duci tradidit. Deinde in Boiemos movit, illorumque agros & oppida ferro & igni vastavit. Interea vero Bavariæ & Carinthię duces occuparunt Patavium,ac una cum Frisingensi Episcopo arma contra Imperatorem ceperunt, quibus propere occurrit cum exercituCæsar,eos cepit, & Patavium recuperavit. Boiemiæ

verò

verò regem pacis cupidum cum pace dimisit. Cum in Lotharingia motus esset concitatus, ita sedare illum Cæsar studuit, ut Lotharingiæ ducatum Carolo, qui frater erat Lotharii Francorum Regis, beneficii loco traderet. Quod inique ferens Lotharius, Cæsarem collecto exercitu, repentino impetu Aquisgrani oppressit, ut vix aufugere potuerit. Eam igitur injuriam ulturus Otho, Gallos Luteriam usque insecutus obvia cuncta populatus est, Gallosque ad poscendam pacem adegit. Sed in reditu incommodis magnis affectus est.

Compositis imperii rebus in Italiam arma convertit, ut occupatam à Græcis Apuliam & Calabriam recuperaret. Quippe quas sibi jure dotis ob Theophaniam Græcam uxorem deberi judicabat. Conduxerant autem Græci adversus eum Saracenos. Cum his ergo congressus in Calabria clade magna eos affecit, sed redintegrato prœlio cæsus est, Romanis & Beneventanis aciem scelerate deserentibus. Ipse vero in fuga ab hostibus captus, cum à nemine agnosceretur, Græcæ linguæ beneficio evasisse dicitur, redemtionis pretio avaris nautis persoluto. Servatus in tanto vitæ periculo celeriter copias

quantas potuit, comparavit, & renovato bello Saracenos ad internecionem delevit. Ex quo pallida mors Saracenorum, item Otho sanguinarius est dictus, eo quod Romæ præcipuos cives ex equestri ordine convivio accepit, & introductis militibus, seditiosos trucidari jussit.

Dum in Italia bellum gessit, Slavi in Saxoniam irruerunt, Brandeburgensem & Havelpurgensem episcopatum diripuerunt: tum Albi superato, Mersburgum etiam vastarunt. His obviam iverunt Saxones & Turingi, eorumque amplius triginta millia & septingentos deleverunt, anno Christi 983.

Mortis ejus causæ complures fuerunt, inprimis vero telum veneno tinctum, quo in prœlio Saracenico sauciatus erat: tum uxoris Theophaniæ ex clade Italorum, victoria vero Græcorum, concepta lætitia. Ad quæ accessit diarrhœa, qua extinctus est anno 983. Romæ sepultus in templo D. Petri. Peritus fuit linguæ Latinæ & Græcæ, ut uti utraque expedite posset.

Anno Christi 984. OTHO III, Romæ consensu procerum magno imperator electus est, & Aquisgrani coronatus, Imperavit annos 17. Æmulos impe-

imperii habuit Henricum Bavarum in Germania, Lotharium in Gallia, Crescentium in Italia. Sed Henricus supplex factus Francofurti in comitiis veniam consecutus est: Lotharius sponte cessit: Crescentius vero plus negotii & molestiæ exhibuit.

Initio imperii ejus Slavi, Dani, & Boiemi eruptiones fecerunt. Ac Danos quidem Slavosque represserunt Saxones, Bojemos vero ipse sæpius in prœlio fudit, & sedavit. Quia vero jam ante à pontifice Ioanne XVI querelæ ad eum de Crescentii injuriis allatæ erant, animum ante omnia ad pacandam Italiam appulit. Hanc ubi ingressus est, de appropinquante vitæ exitu põtificis nuncium accepit. Quocirca Romam properavit, & à Crescentio honorifice acceptus & habitus est. In mortui vero Ioannis locum pontificem alium Gregorium V substituit, à quo etiam diademate redimitus est. Roma digressus alia passim in Italia pro imperii dignitate & utilitate constituit.

At cum vix in Germaniam rediisset, Crescentius Romæ tumultuari iterum cœpit, Gregorium pontificem de sede dejecit, aliumque suffecit. Gregorius ergo ad imperatorem confugit. Is

ſtatim Romam redit, eam circumſidet, & paucis diebus expugnat. Creſcentius vero fugit: ſed ex fuga retractus ad Cæſarem adducitur. In hunc Cæſar ſic animadvertit: vili jumento impoſitum averſa facie per urbem circumduci jubet: deinde excruciatum cum aliis duodecim factioſis ſuſpendendum curat. Antipapam vero oculis & naſo privatum de Capitolio dejicit: ſocios conſiliorum ſeditioſorum exilio afficit.

Quo autem deinceps minus confuſionis & tumultuum eſſet in imperio, poteſtatem eligendi imperatorem Romanum omnem ad Germanos tranſtulit, & nova ſanctione VII-viratum, ſive ſenatum ſeptem Electorum imperatoris in Germania inſtituit, ea lege atque conditione, ut Imperatoris eligendi poteſtas penes Germaniæ ordines eſſet. Hoc decretum pontifex probavit, & confirmavit, anno 997. Poſtea vero hæc ipſa eligendi imperatoris poteſtas ad certos ordines & familias tranſlata eſt: ad archiepiſcopos tres, Moguntinum, Colonienſem, & Treverenſem: ad principes politicos vero quatuor, Palatinum ad Rhenum, Saxoniæ ducem, marchionem Brandeburgenſem, & regem Boiemicum, qui VII-

VII-viri dicuntur, ad eum fermè modum, quo senatus VII-virum, vel VII principes in Persiæ regno extiterunt.

Anno 998. iterum in Italiam profectus Otho Sylvestrum in sede pontificia collocavit. Inde reversus in Poloniam sese contulit, visendi causa sepulcrum S. Adelberti: ubi à Boleslao duce Polonorũ honestissime liberalissimeque habitus est. Itaque ut gratiam ei referret, & amicitia fœdereque magis devinctum haberet, ex duce regem fecit, coronam ei imposuit, & in imperii fidem amicitiamque recepit.

Anno 1000. Romæ iterum tumultus varii excitati sunt, ægre scilicet ferentibus Italis Germanorum in se imperium. Cæsar itaque iter quartum in Italiam suscepit. Sed Romæ à conjuratis bona ejus exercitus pars occisa est, ipse vero in Capitolio circumsessus in discrimen capitis venit. Conspirarunt enim in necem ejus Romani, quo jugum servitutis à se depellerent. Quod cum ad Hugonem Brandeburgicum, quem Cæsar Hetruriæ & Tusciæ præfecerat, allatum esset, properanter Romam contendit. Sed cum nimis concitatos populi animos esse videret, nihil tentare armis ausus est. Idcirco alia via eripere Cæsarem ex seditiosorum

manibus ſtudet. Vix tandem perſuadet ſenatui, populoque, ut ſe arbitrum inter Cæſarem & ipſos eſſe patiantur. Interim vero, dum oratione longa eos ad pacis ſtudium hortatur, Cæſar mutato habitu clam aufugit. Paulò poſt ipſe quoque diſcedit. De quo facto cum expoſtularet cum eo Romani, reſpondit: ſatius & honeſtius eſſe, Cæſarem è manibus ipſorum cruentis ſua opera ereptum eſſe, quam ſi occidi illum paſſus eſſet: quod & impium & ſceleratum fuiſſet, & dedecus infamiamque ſempiternam ipſis attuliſſet.

Imperator dum novum exercitum comparat, ut atrocitatem tanti facinoris vindicet, chirothecis veneno infectis à Creſcentii uxore miſſis extinguitur, cadaver Aquiſgrani, inteſtina vero Auguſtæ humata ſunt. Et ſi autem puer erat, cum ad imperium eveheretur, tamen à puero ſpem tantam animi & imperii attulit, ut mirabilia mundi ſit dictus, propter fortunam, & victorias frequentes, quibus contra rebelles uſus eſt.

Anno Chriſti 1001. Imperator creatus eſt HEINRICVS II, Bavariæ dux ex Othonis Saxonis familia natus. Imperavit annos 23, menſes 5. Primus hic eſt ab Electoribus ſecundum conſtitutio-

ſtitutionem Othonis III, & Gregorii Papæ deſignatus Imperator, cognomento ſanctus & claudus. Sanctus quidem propter eximiam pietatis laudem: unde etiam Vngarorum Apoſtolus eſt appellatus, quod author converſionis eorum ad fidem Chriſti exti-terit; Claudus vero fuit dictus à luxato femore, quod in bello Italico cum Papiæ in tumultu aliquandiu obſeſſus eſſet, de muro ſe præcipitarit, & crus fregerit. Vel, ut alii ſcribunt, à Saracenis & Græcis captus cuſtodes eluſerit, & è contignatione, in qua detinebatur, proſiliens pedem alterum fregerit. Educatus eſt & eruditus doctrina religionis & literarum in collegio, quod eſt Hildesheimi. Coronam verò ei impoſuit Aquisgrani archiepiſcopus Moguntinus ille, qui ut ortus ſui humilis nunquam obliviſceretur, rotas duas, quod carpentarii eſſet filius, in clypeo Moguntinæ eccleſiæ inſeruit, & in thalamo grandibus literis hæc verba ſcripſit; VVilligis, VVilligis, recole unde veneris.

Imperatori inprimis negotium faceſſerunt æmuli regni, in Italia Ardoinus, in Germania verò Henricus Marchio Auſtriæ, & alii, qui rebellionem fecerant. Hos igitur ante omnia comparato

ſtitutionem Othonis III, & Gregorii Papæ deſignatus Imperator, cognomento ſanctus & claudus. Sanctus quidem propter eximiam pietatis laudem: unde etiam Vngarorum Apoſtolus eſt appellatus, quod author converſionis eorum ad fidem Chriſti extiterit; Claudus vero fuit dictus à luxato femore, quod in bello Italico cum Papiæ in tumultu aliquandiu obſeſſus eſſet, de muro ſe præcipitarit, & crus fregerit. Vel, ut alii ſcribunt, à Saracenis & Græcis captus cuſtodes eluſerit, & è contignatione, in qua detinebatur, proſiliens pedem alterum fregerit. Educatus eſt & eruditus doctrina religionis & literarum in collegio, quod eſt Hildesheimi. Coronam verò ei impoſuit Aquisgrani archiepiſcopus Moguntinus ille, qui ut ortus ſui humilis nunquam oblivisceretur, rotas duas, quod carpentarii eſſet filius, clypeo Moguntinæ Eccleſię inſeruit, & in thalamo grandibus literis hæc verba ſcripſit; VVilligis, VVilligis, recole unde veneris.

Imperatori inprimis negotium faceſſerunt æmuli regni, in Italia Ardoinus, in Germania verò Henricus Marchio Auſtrię, & alii, qui rebellionem fecerant. Hos igitur ante omnia compa-

rato

fato exercitu repressit, & imperata facere coëgit. Occisus est id temporis Eccardus Saxoniæ marchio à ducibus Saxoniæ Lothario & Bennone fratribus. Moliebatur quoq; res novas Henricus Austriæ dux, adiutus à fratre Brunone episcopo Augustano: sed is Bruno ex inimicitiis in gratiam tandem ab imperatore receptus est. Ardoini marchionis in Italia rebellio diuturnior & difficilior fuit. Is enim jam tum Italiæ rex erat lectus & coronatus, ut Sigonius scribit. Itaq; armis ex faucibus ejus regnum eripi oportuit. Quod adducto in Italiam exercitu Imperator quidem tentavit, sed in conflictu, acie inclinata, cedere coactus est. Quocirca Italiam in præsens omisit, & ad Germaniæ res componendas curam & cogitationem omnem convertit. Sed aliquanto post Ardoinus prospero rerum successu elatus atq; inflatus, Mediolanensem agrũ populari aggressus est. Quod minime ferendum ratus Arnulphus Mediolani archiepiscopus, Heinricum Imperatorem in Italiam ad reprimendam Ardoini ferociam accersivit. Is cum equestribus & pedestribus copiis magnis advenit, & cum Ardoino prœlium per dies complures fecit, in quo Germanorum virtute fugat⁹ est Ardoinus, ut vix

ex

ex prælio magno Papiam evaserit. Ita reparatis Italiæ regnum Henricus, & coronam ab archiepiscopo Mediolani, secundum antiquam Gregorii Papæ decretum accepit. Pacatis deinde rebus Italiæ Romam venit & corona à pontifice Benedicto VIII, solenni ceremonia decoratus est, anno Christi 1013. Tum, ut Crantzius ait, Græcos & Saracenos ex Apulia & Calabria ejecit, Trojamq; Apuliæ urbem, quam Græci tenebant, diruit, & Normannis utramque illam regionem incolendam, & contra Græcos Saracenosq; defendendam dedit. In Germania Vindos, quos Sclavos dici Cuspinianus putat, alii Henetos appellant, propter defectionem à Christiana religione tumultuantes, & episcopatum Magdeburgensem, Mysnensem, & Meripurgensem diripientes domuit. Tum Boleslaum Bojemiæ ducem subegit, Poloniam debellavit, & pacem restituit.

A cura politica ad studium ornandæ & augendæ ecclesiæ sese convertit. In primis cum liberos ex Cunegunda castissima uxore nullos suscepisset, opes omnes ad constituendum & locupletandum episcopatum Bambergensem contulit, impetravitque adeo à pontifice Benedicto VIII, ut coram

sedem

ex periculo magno Papiam evaserit. Ita reparavit Italiæ regnum Henricus, & coronam ab archiepiscopo Mediolani, secundum antiquum Gregorii Papæ decretum accepit. Pacatis deinde rebus Italiæ Romam venit & corona à pontifice Benedicto VIII, solenni ceremonia decoratus est, anno Christi 1013. Tum, ut Cranzius ait, Græcos & Saracenos ex Apulia & Calabria ejecit, Trojamq; Apuliæ urbem, quam Græci tenebant, diruit, & Normannis utramque illam regionem incolendam, & contra Græcos Saracenosq; defendendam dedit. In Germania VVindos, quos Sclavos dici Cuspinianus putat, alii Henetos appellant, propter defectionem à Christiana religione tumultuantes, & episcopatum Magdeburgensem, Mysnensem, & Merspurgensem diripientes domuit. Tum Boleslaum Bojemiæ ducem subegit, Poloniam debellavit, & pacem restituit.

A cura politica ad studium ornandæ & augendæ ecclesiæ sese convertit. In primis cum liberos ex Cunegunda castissima uxore nullos suscepisset, opes omnes ad constituendum & locupletandum episcopatum Bambergensem contulit, impetravitque adeo à pontifice Benedicto VIII, ut coram

ſedem illam epiſcopalem conſecraret. Attribuit ei dignitatem ampliſſimam, ut principes Germaniæ illius Vaſalli habeantur, & Electores imperii feuda, quæ Electorali nomine ac titulo habent, inde accipiant. Auxit etiam alios epiſcopatus, Myſnenſem, Magdeburgenſem, & Merſburgenſem. Tum author fuit Stephano Vngarorum regi, ut Chriſtianæ fidei profeſſionem ſuſciperet. Cum enim is ſororem Imperatoris Giſelam uxorem ſibi dari peteret, ex ea parte daturum ſe eſſe Imperator pollicitus eſt, quatenus Chriſtianam religionem amplecteretur. Paruit Stephanus, & ſuſcepto Baptiſmo, genti ſuæ, ut idem faceret, perſuaſit.

Cum conjuge cœlibem vitam egiſſe ſcribitur, quæ tamen in ſuſpicionem adulterii nullo ſuo delicto venit, & in conſpectu multorum teſtium vomeres candentes pedibus abſque omni detrimento calcans innocentiam & integritatem ſuam ſpectaculo admirabili probaſſe fertur. Dicitur hic imperator à calculi dolore, quo extreme laboravit, in ſomnis per ſectionem à S. Benedicto factam liberatus eſſe, vulnereque ſolidato calculus exemtus in manu regis dormientis eſſe collocatus, quẽ ipſe experrectus ſuis principibus tanquam mira-

miraculum oſtenderit. Quod quidem perinde erit, ut acceperis. Poſtremo ad exitum vitę vocatus, parentes ſuę conjugis, propinquoſque convocavit, & virginem caſtam ſe illis reddere confirmavit. Mortuus eſt anno Chriſti 1024. & ſepultus Bambergæ.

Anno Chriſti 1024. imperator creatus eſt CVNRADVS II, cognomento *Saliquus* à gente Francica, quæ Salica appellatur; & Franci ipſi Salii à flumine Sala, cujus accolæ aliquot è Francis fuerunt, dicuntur, ut ait Ammianus libro 12. Fuit enim dux Franconiæ & VVormatiæ ad utramque ripam Rheni, natus ex patre Hermanno de Caroli Magni proſapia, & matre Adelheide, è Francia Orientali, ut Cuſpinianus ait, orta. Imperavit annos quindecim. Erat jam ante tranſlata dignitas imperatoria à Francis ad Saxones, penes quos hacten⁹ fuit ab anno Chriſti 920. Quo ſpacio non magno extiterunt imperatores juſtitia, fortitudine, & felicitate antecellentes. Hoc tempore ad Francos recidit, à quibus ad Bavaros poſtea tranſiit, donec ad Rudolphum Habſpurgenſem, à quo Auſtriaci archiduces, & imperatores, qui hodie rerum potiuntur, originem habent, pervenit.



Electus autem est Cunradus à principibus Germaniæ, cum ob virtutem & rei militaris scientiam, tum etiam propter Henrici Sancti testimonium atque authoritatem, qui imperium suo judicio ad eum detulisse scribitur. Etsi autem in Italia & Germania reperti sunt, qui electioni sese opposuerunt, in Germania quidem Cuno Bavarus, in Italia verò Mediolanensis antistes: tamen quia divinitus ea gubernata fuerat, divinitus etiam defensa est. Mediolanensis quidem archiepiscopus, cum frustra se laborare in legendo Italiæ rege animadverteret, ultro ad Conradum in Germaniam accessit, eumque regem pro authoritate sua salutavit.

Coronatus est Aquisgrani ab archiepiscopo Coloniensi, ut Nauclerus memorat. In Germania quidem mortuo Heinrico Bavaro, S. Cunigundæ fratre, filium suum Henricum vix decem annos natum in ducatu Bavariæ collocavit. In Italiam vero profecturus eundem filium suum regem Romanorum declaravit. Erat autem in Italiam advocatus ab Hereberto Mediolanensi archiepiscopo, tum coronæ etiam accipiendæ caussa à pontifice eodem sibi veniendum duxerat.

Medio-

Mediolanensi tumultu sedato, honore magno Mediolanum ingressus est, & diadema accepit. Inde Romam contendit, ubi in ipso die resurrectionis Dominicæ coronatus est, anno Christi 1027. Illinc reversus variis bellis implicatus est. Cum enim Ratisbonæ anno 1029, conventũ ageret, Stephanus Vngariæ rex, misso legato, ducatum Bavariæ conjugi suæ hæreditarium sibi reddi postulavit. Quod si Cæsar forte recuset, mox ei bellum indicit. Ad hunc conventum adduxit Babo comes de Abensperg filios suos triginta duos singulari quodam & admirabili spectaculo. Tot enim viventes habebat filios, cum filiabus octo. Inde ergo in bellum Vngaricum omni ope & studio incubuit Imperator, processitque adeo Rabam usque obvia omnia gladio & incendiis vastans. Cui cum par esse nullo modo aut resistere satis posset Stephanus, pacem cum eo fecit.

Sequente anno, qui fuit Christi 1031. Burgundiæ rex Rudolphus Giselæ Augustæ avunculus ad vitæ exitum vocatus regnũ nepoti suo, Heinrico Conradi imperatoris filio, in testamento reliquit, diadema vero Conrado patri misit. Ab eo igitur tempore Burgundia in provinciç formam redacta cum

Germaniæ imperio conjuncta eſt. Cœperuntque Germanici Imperatores titulum regni Arelatenſis uſurpare. Cum autem Odo vel Otho Celticæ comes, ſororius Rudolphi jure quodam Burgundiam ſibi vendicaret: coactus fuit Cunradus, omiſſis rebus aliis, bello eum perſequi. Itaque ferro & flamma fines Othonis vaſtavit, & ad cedendum regno Burgundiæ compulit.

Proximo anno Lombardi, facta conjuratione, deficiunt ab imperatore, non paſſuri alium ſibi imperare, quam qui faciat, quod ipſis libeat. Multa ergo nefaria in epiſcopum Landulphum, qui cõſilia eorum improbabat, moliti ſunt, & cunctis viribus ad reſiſtendum Cunrado ſeſe compararunt. Hæc rebellio in Italiam denuo attrahit imperatorem. Quo cum perveniſſet, in Mediolanenſis conjurationis ſocios graviter animadvertit, & archiepiſcopum Erebertum in vincula conjecit. Is vero cuſtodia elapſus novę obſidionis cauſſam Imperatori dedit. Cum autem graviter urbem oppugnaret, ficta quadam ſpecie Divi Ambroſii in cœlo gladium vibrantis, tum tonitru etiam & fulgure ſævo deterritus, obſidionem ſolvit. Cremonam deinde venit, quo etiam pontifex acceſſit. Cuſpinianus ſcribit

cum

[illegible] Romam, & benedictionem [illegible] accepiſſe à pontifice Ioanne XVIII, proclamatumq; eſſe Auguſtum Imperatorem. Varii per Italiam tunc erant motus & ſeditiones, quas ſedare [illegible] magni laboris fuit & induſtriæ. Inde ad Normannos in Apuliam & Calabriam profectus, in fide Romano imperio debita eos confirmavit,

Pacata Italia in Germaniam rediit [illegible] admodum propter [illegible] multorum militum & ducum, quos in ea Adriatici maris [illegible] ex aëris corruptione nata, in exercitu eius abſumſerat. Italicam expeditionem alia non excepit in Sclavos & Vngaros, quorum motus quoque componere Imperatorem oportuit. Inde in Germaniam reverſus prope Trajectum Belgii urbem [illegible] extinctus eſt, & Spiræ in templo S. Mariæ à ſe conſtructo ſepultus, ubi etiam Giſela ejus cõjunx, filius, nepos, & pronepos humati ſunt. Quod inſcripti monumento verſus indicant:

Filius hic, pater hic; avus hic, proavus jacet iſtic.

Anno Chriſti 1039. HENRICVS III. Cunradi ex Giſela filius, cognomento Niger, imperator Romanus à principibus Electoribus deſignatus eſt, qui im-

Q3 peravit

eum pervenisse Romam, & benedictionem ibi accepisse à pontifice Ioanne XVIII, proclamatumq; esse Augustum Imperatorem. Varii per Italiam tunc erant tumultus & seditiones, quas sedare inprimis magni laboris fuit & industriæ. Inde ad Normannos in Apuliam & Calabriam profectus, in fide Romano imperio debita eos confirmavit,

Pacata Italia in Germaniam rediit tristis admodũ propter jacturam multorum militum & ducum, quos in ora Adriatici maris pestilẽtia ex aëris corruptione nata, in exercitu ejus absumserat. Italicam expeditionem alia mox excepit in Sclavos & Vngaros, quorum motus quoque componere Imperatorem oportuit. Inde in Germaniam revertens prope Trajectum Belgii urbem morte subita extinctus est, & Spiræ in templo S. Mariæ à se constructo sepultus, ubi etiam Gisela ejus cõjunx, filius, nepos, & pronepos humati sunt. Quod inscripti monumento versus indicant:

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet istic.

Anno Christi 1039. HENRICVS III. Cunradi ex Gisela filius, cognomento *Niger*, imperator Romanus à principibus Electoribus designatus est, qui im-

 peravit

peravit annos septendecim, menses septem. Sigonius nominat Henricum II, quod inde fit, quia Italiam Henricus Auceps non adiit. Iccirco imperator non numeratur. Extat narratio de hoc Henrico, quæ generum Cunradi II, non filium appellat. Ait in venatione contigisse, ut Conradus II diverteret in tugurio quodam, ubi pariente uxore comitis de Kalu, qui se ibi absconderat, vocem audire sibi visus est: infans hic, ô imperator, erit tibi gener & hæres. Hac territus imperator mandatum dedit duobus ministris, ut simul ac illuxisset, infantem occiderent. Hi vero miserti infantis sub arbore collocatum reliquerunt Quo tamen fidei suæ documentum aliquod Imperatori darent, cor lepori exemtum pro infantis corde ei ostenderũt. Transiit forte locum Hermannus Sueviæ dux, infantemque suscepit, & educandum curavit. In quo cum indoles quædam virtutis eluceret, tradi illum sibi petiit aliquando Imperator, ut ad usus magnos instruere posset. Venit tandem in mentem Imperatori vereri, ne ille ipse esset infans, quem occidi iussisset. Itaque metuens nescio quid, cum literis ad uxorem misit, quibus statim illum occidi iussit. Ado-

lescens

[illegible] mali suspicans, abit cum literis, & ipse ad Conradum divertit. Is nescio qua animi divinatione permotus, [illegible] adolescente, literas aperit, & mandato imperatoris tam crudeli territus, verba quæ aderant, occidi iubeas, mutavit in hunc modum: filiam nostram uxorem tradas. Quæ verba cum legit imperatrix, filiam Henrico in uxorem dedit, & Imperator ipse, re cognita, ratum coniugium [illegible]. Sunt autem complura in hac narratione, quæ eius fidem elevant. 1. Repugnat tempus. Qui enim potuit annorum quindecim spatio, quibus imperavit Conradus, infans nasci, educari, & in matrimonio collocari? Quis item tanta immanitate fuisse Imperatorem suspicabitur, ut facinus tam crudele in se admitteret, & hominem ex suspicione initio occideret? Maneat potius id quod supra dictum est, Conradum ipsum secundo aut tertio anno imperii sui filium hunc suum regem declarasse.

Primum bellum quod gessit Henricus III. contra Bohemos susceptum est, quorum dux Vratislaus annuum tributum pendere recusabat. Iccirco cogere eum ad solvendum voluit Imperator. Sed prima expeditione efficere

Q 4 & ob-

lescens nihil mali suspicans, abit cum literis, & Spiræ ad decanum divertit. Is nescio qua animi divinatione permotus, dormiente adolescente, literas aperit, & mandato Imperatoris tam crudeli territus, verba quæ aderant, occidi facias, mutavit in hunc modum: filiam nostram uxorem tradas. Quæ verba ubi legit imperatrix, filiam Henrico in uxorem dedit, & Imperator ipse, re cognita, ratum conjugium habuit. Sunt autem complura in hac narratione, quæ ejus fidem elevant. I. Repugnat tempus. Qui enim potuit annorum quindecim spatio, quibus imperavit Cunradus, infans nasci, educari, & in matrimonio collocari? Quis item tanta immanitate fuisse Imperatorem suspicabitur, ut facinus tam crudele in se admitteret, & hominem ex suspicione futili occideret? Maneat potius id quod supra dictum est, Cunradum ipsum secundo aut tertio anno imperii sui filium hunc suum regem declarasse.

Primum bellum quod gessit Henricus III. contra Boiemos susceptum est, quorum dux Vratislaus annuum tributum pendere recusabat. Iccirco cogere eum ad solvendum voluit Imperator. Sed prima expeditione efficere

& obtinere parum potuit. Sequente anno quadragesimo primo scilicet, supra millesimum à Christo nato, iterum copias in Boiemiam duxit, Vratislaumque ad dedendum sese ac pensitandum tributum compulit.

Secunda expeditio in Vngariam suscepta est ad restituendum Petrum regem, quem Vngari propter tyrannidem expulerant. Hic ad Henricum Imperatorem confugit, & opem ab eo adversus Vngaros petivit. Anno igitur 42. profectus in Vngariam Henricus Albam, quem Vngari regem crearant, accepto jurejurando, imperatisque obsidibus, in deditionem redegit. Sed cum à fide data ille deficeret, aliam expeditionem contra eum suscepit Imperator, qua exuit illum regno, & Petrum ejectum restituit, anno 44, ut narrat Aventinus, & Schafnaburgensis.

Anno 1045. motus quidam suscitatus est à Godefrido Gottelonis Lotharingiæ ducis filio, propterea quod Cæsar, mortuo Gottelone, Adelbertum in Lotharingia collocarat. Id enim iniquo animo ferens Godefridus armis oppugnare Cæsarem aggressus est. Sed cum frustra rem viribus majorem tentaret, dedere se in clientelam Cæsaris coactus est. Itaque custodiæ in arce Gibig-

Gibigſtein ad Salam traditus eſt. Balduinus verò Flandriæ comes, qui ipſum adjuverat, datis obſidibus, pacem cum Imperatore fecit. Tandem anno 1050. Godefridus in conventu Moguntino, intercedentib. pontifice & principib⁹, in gratiam à Cæſare receptus eſt, & à pontifice cum aliis multis militibus in Italiam adductus, ad ejiciendos Normannos, qui Apuliam occuparant. At infelix fuit bellum illud pontificis. Victus enim eſt in prœlio magno ad Beneventum, obſeſſus, captus, & vix tandem multa mala perpeſſus evaſit, ut ſcribit Nauclerus, & Aventinus. Godefridus verò mortuo Bonifacio, Italiæ marchione, relictam ab eo uxorem ducit, & marchionatũ adipiſcitur. Quod Imperatori haud jucundum accidit. Cum enim augeſcentem ejus potentiam formidarent Romani, querelam ad Imperatorem detulerunt, qui ad comprimendum illum arma expedivit. Sed cum in Italiam veniſſet, obviam ei proceſſit Godefridus cum conjuge ſua Beatrice, & cum ſeſe purgaſſet, pax inter eos conciliata eſt.

Anno 1046. pontificum ambitione & ſcelere in Italiam attractus eſt, ut diſſidium exitiale trium pontificum tolleret. Venit igitur primum Papiam,

deinde Sutrium, ubi synodo convocata, tres pontifices de papatu simul contendentes deponit, & novum Papam Suidigerum Bambergensem episcopum in sede pontificia collocat, qui Clemens II est appellatus. Romæ jura Imperatorum, quæ Adrianus I Carolo Magno, & Leo VIII, Othoni primo concesserant in electione & dispositione sedis pontificiæ recuperavit, & cum conjuge Agnete coronatus, Augustusq; appellatus est. Ita ergo non tam episcopos in Germania constituendi, quam pontificem Romanũ eligendi potestas penes Imperatores Romanos fuit, ut ante & post Carolum Magnum, ita etiam hoc ipso Heinrici tempore usq; ad Gregorii VII ætatem. Quod demonstrant exempla petitorum à Romanis Imperatoribus pontificum quoties sedes vacavit. Quin ne Metropolitano quidem prælatus est Papa in Synodo Germanica, ut Cuspinianus memorat. Cum enim contentio inter Papam & præsulem Moguntinum orta esset, cessit pontifex præsuli, cum is jura sua allegasset.

Mortuus est Heinricus III. anno 1056. ætatis vero 39. Burdfeldiæ, Saxoniæ oppido, grandi panis portiuncula, ut quidam tradunt, suffocatus; vel,

vel, ut alii scribunt, dolore, quem ex clade à Saxonibus Cæsaris illata acceperat, confectus. Concidit cum eo potentia Romani imperii per Carolum Magnum instaurata, per posteros vero ejus & Othones aucta.

Anno 1056. HENRICUS IV, Henrici III filius, Imperator factus, imperavit annis quinquaginta, minus duobus mensibus. Erat autem designatus à patre & principibus imperii cum nondum esset baptizatus, ut quidam scribunt. Imperium autem suscepit anno ætatis 6. & initio quidem mater Agnes bene sapienterq; de consilio Henrici Augustani episcopi rebus præfuit, usq; ad annum Christi 1062. Ipse vero Henricus impubes à Conrado Suevo nobili educatus anno ætatis sexto Coloniam abductus est, tutelam ejus suscipiente Annone archiepiscopo Coloniensi cum Othone Bavaro & Ecberto comite. Agnes tandem Romam sese contulit, & in monasterio quodam ætatem contrivit.

Interim res in imperio graves actæ sunt. Nam anno 1057. conventus imperialis Coloniæ, in quo pontifex Victor adfuit, & intercessione sua obtinuit, ut duces Godefridus & Balduinus in gratiam reciperentur, omnesque iræ

ac

vel, ut alii scribunt, dolore, quem ex clade à Sclavis Lusatiis illata acceperat, confectus. Concidit cum eo potentia Romani imperii per Carolum Magnum instaurata, per posteros vero ejus & Othones aucta.

Anno 1056. HENRICUS IV, Henrici III filius, Imperator factus, imperavit annis quinquaginta, minus duobus mensibus. Erat autem designatus à patre & principibus imperii cum nondum esset baptisatus, ut quidam scribunt. Imperium autem suscepit anno ætatis 6. & initio quidem mater Agnes bene sapienterq; de consilio Henrici Augustani episcopi rebus præfuit, usq; ad annum Christi 1062. Ipse vero Henricus impubes à Conrado Suevo nobili educatus anno ætatis sexto Coloniam abductus est, tutelam ejus suscipiente Annone archiepiscopo Coloniensi cum Othone Bavaro & Ecberto comite. Agnes tandem Romam sese contulit, & in monasterio quodam ætatem contrivit.

Interim res in imperio graves actæ sunt. Nam anno 1057. conventus imperii fuit Coloniæ, in quo pontifex Victor adfuit, & intercessione sua obtinuit, ut dux Godefridus & Balduinus in gratiam reciperentur, omnesque iræ

ac discordiæ inter Cæsarem & ipsos placarentur.

Eodem anno è vivis sublato Othone, Sueviæ duce, magnum odium cum crudelissimo dissidio extitit. Nam promiserat Heinricus III, ducatum illum Bertholdo Zaringię duci, tradito ei pro pignore annulo suo. Sed Imperator, excluso illo, Rudolphum comitem in Rinfelden Suevorum ducem fecit, qui malam paulo post gratiam retulit. Susceptum est etiam bellum Vngaricum impuberis Henrici auspiciis. Cum enim Vngari regnum ab Andrea ad fratrem ejus Belam transferre conarentur: Andreas uxorem suam & filium Salomonem cum opibus multis ad Imperatorem misit, juvari se cõtra rebelles suos petens. Imperatoris igitur authoritate exercitus geminus, quorum uni marchio Turingiæ Guilelmus, alteri Bojemiæ dux præfuit, subsidio Andreæ venit. Sed à Boleslao Poloniæ rege cæsus est uterque. Andreas vero in fuga comprehensus paulo post interiit, ut infra in rebus Vngaricis dicetur.

Anno 1065. annum agens 14. tutelaque sese abdicare cogitans, gladio accinctus est, & bella gerere cœpit. Fuit autem princeps in primis magnanimus, facundus, liberalis, pius, ingeniosus,

niosus, & bellator felix, qui bis & sexagies cum hoste conflixit, & Marcum Marcellum, Iuliumque ipsum superavit. Incidit ejus gubernatio in medium rerum omnium discrimen, quando pontificia potentia majestati imperatoriæ interitum aperte minabatur. Ac fortuna quidem varia stetit: modo abjectus pontificis imperata fecit, modo erectus, victor & Dominus ejus evasit. A pontificibus certe vexatus, delusus, rejectus, & spoliatus opibus & dignitate est. Quod quidem ipsiusne culpa aliqua, an pontificum fraude, ambitione, odio & scelere factum sit, quęritur non immerito. Equidem scriptores mirè variant, alii pontifices accusant, alii Imperatorem in culpa & suspicione ponunt. Quod si ab Imperatore culpa commissa est, jure ejus sive temeritas, sive improbitas ab Italis & Germanis vituperatur. Sin Pontificum ambitio calamitatem & perturbationem tantam imperio attulit: nemo sanus non ipsorum scelus execrandum, contraque fortunam imperatoris miserandam putabit.

Tradunt autem historici multa esse ab hoc imperatore contra pietatẽ, leges, & bonos mores commissa. Nam & Ecclesiastica bona in abusum horrendum

dum conversa sunt, sacra turpi nundinatione vendita, ducatus translati, ordines confusi, disciplina corrupta, reverentia adversus leges sublata, justitia deleta, & licentia cupiditatibus permissa. At hæc mala non quidem imperatoris impuberis culpa, sed eorum potius delicto acciderunt, qui impuberi imperatori imperabant. Quin etiam eadem licentia imperator ipse deterior factus, vitam in otio, venatione & luxuria egit. Inde ergo vitia in imperium infundi necesse fuit. Quæ tametsi corrigere postea imperator studuit: sanare tamen tanta vulnera non satis potuit. Et cum in facinorosos tanta severitate non animadverteret, quanta animadvertendum esse multi existimabant, male audire cœpit. Hæc ipsa licentia etiam Saxones asperiores reddidit, ut rebellare Cæsari, quam parere maluerint. Non parum quoque læsit famam Henrici, quod in conventu VVormatiensi omni ope & opere enisus est, ut conjugem suam VVertam repudiaret. Is enim conatus illius non principes solum offendit, sed pontificem ipsum etiam Alexandrum commovit, ut legatum in Germaniam mitteret, Petrum Damianum, qui in synodo Moguntina, audientib. principibus

pibus minatus est, pontificem adhibiturũ esse ecclesiasticam vim, si concilio aut ratione flecti aut dimoveri ab instituto imperator non possit. Hæc & multa alia qui culpanda existimat, rectè quidem sentit, sed culpæ tamen non parum in educatore ejus Adelberto Bremensi archiepiscopo residere cũ historicis plerisque fateatur necesse est.

Accessit anno Christi 1073. Hildebrandi pontificis, qui se Gregorium VII nominavit, studium cupiditasq; honorum, & ambitio insatiabilis, qui ne quiescendum sibi esse duxit, nisi jus potestatemque omnem ab antecessoribus quibusdam ad imperatores Romanos translatam recuperasset, atq; adeo imperatorem ipsum libidini imperioque pontificio subjecisset. Hinc de jure imperii primum certamen exarsit. Contra jus imperii evectus erat ad pontificatum Hildebrandus. Id ergo si sceleratè deserere noluit imperator, vindicare facinus injustum utique oportuit. Et justior est is qui jus suum cõtra vim tuetur, quam ille qui jus violat: proferò meliorem esse conditionem imperatoris quam pontificis necesse est. Nihil tamen hostile fecit imperator, sed interdictum pontificis plenum furoris, ne quis ministerio ejus utatur in

Ecclesia,

Ecclesia, qui in conjugio vivat, per Germaniam divulgari summa patientia concessit, ne incendii, quod excitari videbat, author esse videretur.

Interea anno videlicet 1071. opera quædam præclara effecit. Cum inter Boleslaum Poloniæ regem, & Vratislaum Bojemiæ ducem dissidium atrox extitisset, jamque ad arma deventum esset, & detrimenti multum utrinque datum: authoritatem suam interposuit imperator, & conventum indicit Mysnæ, ubi à dissidio & maleficio utrumque jubet desistere. Idque nisi faciant, profitetur se socium fore ei, qui prior arma deponat, ad oppugnandum alterum. Hoc decretum in Mysnensi templo recitatum est.

Anno 1073. Cæsar loca quædam in Saxonia operibus, munitionibusq; sepsit, quibus militare etiam præsidium imposuit. Id ferendum minime arbitrantes Saxones, ad defendendam patriæ libertatem conspirant, & societatem periculi vel salutis vel laboris coëunt cum Bavaris, Turingis, Friderico Palatino; cum episcopis item, Halberstadiensi, Magdeburgense, Hildesheimense, Mersburgense, Mindensi, Badebornensi, VVurceburgico, Mysnico & aliis. Qui una mente legationem quidē ad

ad imperatorem mittunt, sed statim tamen arma capiunt, eumque Hartzburgi prope Goslariam obsident. Sed Imperator aufugit. Sequente anno pax quidem facta est, sed ea, quæ ad majora certamina materiam præbuit. Nam anno 75 prœlium ingens ad fluvium Onestrum, sive Vnstrudum in Turingia commissum est, in quo victi Saxones dedere sese cum omnibus principibus Saxoniæ & Turingiæ coacti sunt. Hæc clades Saxonibus caussam dedit accusandi Imperatorem apud pontificem Hildebrandum. Vnde dissidium pestiferum & funestum imperii ortum est. Pontifex enim jam diu optatam occasionem invadendi in caput & fortunas imperatoris cupide arripit, eumque citat, ut Romæ die præfinito se sistat: ni pareat, anathema minatur, atque denunciat. Tum jurisjurandi etiam religione omnes ejus subditos solvit.

Cæsar contra conventum agit VVormatiæ, & consentiente ecclesiastico ordine, Papam abdicat. Idque missis Romam legatis ac literis exequi instituit. Sed cõsilium ejus casus inopinatus præripit. Nam in Germania Rudolphus Bavariæ dux VVelphus, eximia laude fortitudinis & integritatis in universo imperio præstans, cujusque fides ante

perſpecta erat imperatori in prœlio ad Oneſtrum, ſubito mutatus, vel ab Apoſtolico, ut quidam ſcribunt, inductus, item Bertholdus Carinthius, Adelbertus Epiſcopus VVurceburgicus, Hermannus Metenſis, Adelbertus VVormatienſis, & alii principes ab Imperatore deficiunt, & conſilium de eligendo alio imperatore in oppido Oppenheim capiunt. Cæſar vero in Italiam ad ſatisfaciendum pontifici proficiſcitur. In itinere accipitur honorifice paſſim ab ordinibus Italiæ, qui ſperabant eum vindicem & oppreſſorem fore injuſtæ dominationis pontificię. Ipſe verò præter omnem opinionem & expectationem Canuſii abſolutionem ſupplex à pontifice petit, nullum pœnæ genus à pontifice indictum ſubire recuſans, ſed ad valvas ac limina templorũ pro libidine illius ſeſe abjiciens. Quæ res ſpeciem quidem reverentiæ adverſus ſedé pontificiam habuit, ſed duobus incommodis maximis imperatorem affecit. Nam & in contentionem ſummam apud Italos eum adduxit, & domi interim, authore pontifice, à quibuſdam principibus rex eligitur Rudolphus Suevus, cui Papa coronam cum hac inſcriptione mittit,

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Delu-

Delusus ad hunc modum à pontifice imperator clam ex Italia in Germaniam redit, & certamen laboriosum atque cruentum cum regni ęmulo, sibi subeundum esse perspicit. In primis igitur Bavarię ducatum Friderico ab Hohenstauff tradit, cum Rudolpho autem prœlium cōmittit, quo eum fundit & fugat, Bavariamq; diripit. Anno 1078. iterum cum eo confligit, & victor evadit. In eo prœlio archiepiscopus Magdeburgensis occumbit, Magnus verò Saxoniæ dux diripitur, Hermannus & Adelbertus Saxoniæ Duces cum multis aliis Saxonibus capiuntur. Sequente anno prope Fladenheim cum eodem congreditur, & victor itidem evadit. In hoc conflictu Vratislaus Bojemiæ dux hastam Rudolphi nactus est, quæ postea quotannis in festis summis, tanquam victoriæ signum ostensa est.

Octogesimo anno supra millesimum Henricus concilium Brixię Noricę, sive in Bavaria advocat, ad quod multi episcopi ex Italia, Gallia, & Germania venêre. In hoc Hildebrandus licet absens, damnatus ac depositus est, in ejusque locum constitutus Ravennæ episcopus VVigbertus, qui dictus est Clemens III. Decreti in hoc concilio facti summa est, quam Vrspergensis recitat: nos, au-

thore Deo, congregati in unum, legatis ac literis freti decem & novem episcoporum, die sancto præteritæ pentecostes Moguntię congregatorum, contra eundem Hildebrandum procacissimum, sacrilegia ac incendia prædicantem, perjuria & homicidia defendentem, catholicam & apostolicam fidem de corpore & sanguine Domini in quęstionem ponentem, hæretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum ac somniorum cultorem, manifestum necromanticum, pythonico spiritu laborantem, & iccirco à vera fide exorbitantem, judicamus canonicè deponendum & expellendum, & nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condemnandum.

Non multo post aliud fit prœlium in Thuringia tanto ardore animorū, ut utrinq; accepto detrimento, dubio Marte, victoriaq; incerta discessum fit. Quartus vero & omnium acerrimus congressus ad Elystrum Mysię fit anno 1080. Idib. Octobris, in quo victoriam Henricus reportat, dexterá vero suam Rudolphus amittit, quam ei præcidisse dicitur Godefridus Bilionæus. Inde æger ex vulnere in oppidum infertur, pręcisamq; manum cum gemitu astantibus episcopis ostendit; spectate, inquiens,

quiens, Domini, hæc est manus, quá fidé dedi Domino meo Imperatori Henrico: hæc nunc perfidiæ pœnam persentiscit. Quam rectè vero vos feceritis, quod authores mihi ad violandam fidem, & ascendendum solium contra Dominum meum fuistis, cum animis vestris cogitate. Paulo post ex vulnere mortuus est.

Sublato Rudolpho totam belli molem in Italiam adversus pontificē convertit. In itinere oppida & arces pontificis munitas capit, & in profesto pentecostes an. 1081. urbem aggrediens ad arcem S. Petri castra ponit: bienniòque eam obsidet. Etsi autem inde ad alia etiam digreditur: tamen sequente anno ad expugnationem Romę totus accingitur, & Leoninam urbem novam capit, Petri & Pauli templa vastat, agrum Romanum diripit, in easq; angustias Romanos adducit, ut pacem ab eo petant, & in fidem illius sese dent, ut Sigebertus & Nauclerus scribunt.

Anno 1083. urbe tota potitur, Papam Gregorium in arce S. Angeli obsidet, unde tamen ille Salernam ad Normannos aufugit, ubi etiam mortuus est. Civibus in fidem acceptis pontificem ad Calendas Novembris se sistere jubet; quo die cum non compareret, sede

cum

quiens, Domini, hæc est manus, qua fidé dedi Domino meo Imperatori Henrico: hæc nunc perfidiæ pœnam justam exsolvit. Quam rectè verò vos feceritis, quod authores mihi ad violandam fidem, & ascendendum solium contra Dominum meum fuiſtis, cum animis veſtris cogitate. Paulò poſt ex vulnere mortuus eſt.

Sublato Rudolpho totam belli molem in Italiam adverſus pontificé convertit. In itinere oppida & arces pontificis múnitas capit, & in profeſto pentecoſtes an. 1081. urbem aggrediens ad arcem S. Petri caſtra ponit, biennioque eam obſidet. Etſi autem inde ad alia etiam digreditur: tamen ſequente anno ad expugnationem Romę totus accingitur, & Leoninam urbem novam capit, Petri & Pauli templa vaſtat, agrum Romanum diripit, in eaſq; anguſtias Romanos adducit, ut pacem ab eo petant, & in fidem illius ſeſe dent, ut Sigebertus & Nauclerus ſcribunt.

Anno 1083. urbe tota potitur, Papam Gregorium in arce S. Angeli obſidet, unde tamen ille Salernam ad Normannos aufugit, ubi etiam mortuus eſt. Civibus in fidem acceptis pontificem ad Calendas Novembris ſe ſiſtere jubet; quo die cum non comparet, ſede

cum movet, & Clementem III in illa collocat. Interea in Germania rebelles, pontificis jussu, Rudolphi loco Imperatorem designant Hermannum ducem Lucelburgensem, qui statim Franciam Orientalem diripit: alii alia in imperio turbant. Cæsar verò anno 1084. relicta Roma, in Apuliam abit, cujus partem bonam occupat. Inde Romam reversus, jusjurandum fidelitatis à civibus, coronam verò à pontifice, una cum uxore sua Berta accipit. Inde reversus Augustam recuperat, episcopum ibi in mortui locum surrogat, & Moguntiæ anno 1085. conventum celebrat, in quo præsentibus & consentientibus episcopis Italis, Gallis, & Germanis acta Hildebrandi adversus Cæsarem reprobantur, contraque Cæsaris approbantur: omnes item episcopi, qui seditiosis se aggregarant, dignitate privantur; deponitur etiam Cæsar Hermannus, à seditiosis electus, ejusq; loco substituitur Ecbertus Turingiæ marchio, qui titulum Imperatoris usurpat amplius annis quinque. Cum eo confligit Henricus ad VVurceburgum, sed vincitur, & VVurceburgum amittit, verum paulo post recuperat. Tum Vratislao Bojemorum duci in cōventu Moguntino titulum ac dignitatem regiam tribuit,

buit, Moraviamque ad Bojemiæ regnum adjungit, quod factū est anno Christi 1086. Sequente anno Ecbertus seditiosorum imperator improviso Henricum ad Gleicham in Thuringia adoritur, pellit, fugatque: Burcardum vero Lesanæ episcopum Imperatoris signiferum in prœlio occidit.

Interim in imperio seditiose & tumultuose multa aguntur, ut fit, ubi domini duo inter se diffidentes & discordantes imperant. Nec in Italia tumultuari desitum est. Idcirco ad pacandam eam Henricus denuo iter anno 1091. ingreditur, remanetque in ea annos septem, quibus multas arces & castra in deditionem imperii redegit.

Erant autem Henrico filii duo, quorum alterum Cunradum Italiæ præfecit, alterum verò Henricum an. 1099. imperii successorem designavit. Etsi enim Cunradus major natu fuit: tamen præteritus est à patre, & à successione in imperio remotus propter ingratitudinem & impietatem, quod ad pontificem & Rogerium Normannorum ducem, hostes paternos defecerat, & contra patrem arma ceperat. Quare pœnas tandē luit, & proscriptus à proceribus an. 1101. mortuus est Florentiæ.

Henricus, relicta Italia, omni cura &

cogi-

buit, Moraviamque ad Bojemiæ regnum conjungit, quod factū est anno Christi 1086. Sequente anno Ecbertus seditiosorum imperator improviso Henricum ad Gleicham in Thuringia adoritur, pellit, fugatque: Burcardum vero Losannæ episcopum Imperatoris signiferum in prœlio occidit.

Interim in imperio seditiose & tumultuose multa aguntur, ut fit, ubi domini duo inter se diffidentes & discordantes imperant. Nec in Italia tumultuari desitum est. Iccirco ad pacandam eam Henricus denuo iter anno 1091. ingreditur, remanetque in ea annos septem, quibus multas arces & castra in deditionem imperii redegit.

Erant autem Henrico filii duo, quorum alterum Cunradum Italiæ præfecit, alterum verò Henricum an. 1099. imperii successorem designavit. Etsi enim Cunradus major natu fuit: tamen præteritus est à patre, & à successione in imperio remotus propter ingratitudinem & impietatem, quod ad pontificem & Rogerium Normannorum ducem, hostes paternos defecerat, & contra patrem arma ceperat. Quare pœnas tandē luit, & proscriptus à procerib⁹ an. 1101. mortuus est Florentiæ.

Henricus, relicta Italia, omni cura &

cogitatione in id incubuit, ut pacem in imperio restitueret. Sed aliud longe moliebatur Romanus pontifex Paschalis II, qui ut Hildebrandi sævitiam vel imitatione consequi posset, vel certe voluntate ad eam accederet proxime, Romæ concilium indixit, ad quod Heinricum citat, qui cum ad diem dictum comparere recusat, anathematis fulmine à Papa feritur. Nihilominus tamen imperio afflicto opem & salutem ferre dies & noctes cogitat. Iccirco cum Saxonibus ad annos quatuor pacem facit, simul indicans se, translata in filium Heinricum imperii cura, expeditionem ad terram sanctam suscipere velle. Quod quidem ejus consilium ac propositum pium ac salutare orbi Christiano probari & juvari à pontifice & episcopis debebat. sed non desistit pontifex & episcopi adversus eum non solum Saxones, sed ipsum etiam Henricum V, filium incitare. Is ergo anno 1105. palam à patre deficit, eumq; excommunicatum cum pontificia cohorte persequitur. Nõ hic jura sanguinis, non cura pietatis, nõ pudor retardare eum aut deterrere ab armis impiis adversus patrem potest. At habet excusationẽ. Quam? In conventu episcoporum, qui fuit Northusię, professus est, se

ad bellum patri faciendũ non regnandi aliqua cupiditate, sed studio obediendi Apostolicæ sedi, ut Vrspergensis ait, impelli. Quid faciat pater? qui quocunque aspicit, furias sibi occurrentes habet, quæ illum respirare non sinunt. Filium justa indignatione vestigiis ipsius persequitur, ejectum episcopum VVurceburgicum Erlungum restituit, & prӕlium cum filio committere vult, sed intercedentibus principibus illud intercipitur. Ante prælium tamẽ orasse dicitur milites, ut parcerent filio, ne in pecccatis suis interficeretur.

Sequente anno in conventu Moguntino à Papa Paschali decreto publico damnatur, imperio exuitur, omnibusque insignibus & ornamentis spoliatur. Idque decretum ei ab archiepiscopo Moguntino, Coloniense, VVormatiensi, & aliis, ad id ab imperii ordinibus delegatis, Ingelhemi denunciatur. Lucet hoc ipso tempore cometa, à Dominica I. jejunii, usque ad Dominicam VI. Quo absque dubio significatum est, cœlum ipsum facinus tam nefarium horrere, & vindictam divinam minari. Paulo post anno scilicet Christi 1106. mense Augusto medio, mœrore animi debilitatus, & tot injuriis fractus, Leodii cum morte vitam

commutat, ad tantam, ut quidam scribunt, inopiam redactus, ut ab episcopo VVormatiensi beneficium, quod præbendam vocant, petierit nec tamen impetrarit. Alii in custodiam à filio datum scribunt. Cadaver autem toto quinquennio stetit Spiræ in sarcophago lapideo, extra templum, antequam sepultura ei concederetur. Sunt qui scribunt, humatum quidem esse, sed pontificis mandato ex sepulchro iterũ extractum, & quinquennio inhumatum relictum. Certe anno IIII. demum excommunicationis solutio impetrata est, & sepultura sumtuosa facta.

Hic est Imperator ille, qui se pro salute & dignitate imperii in dimicationes asperrimas & difficillimas objecit, & tanquam propugnaculum hostibus patriæ opposuit, omnes impetus fraudes & tela pontificis Romani, satellitumque ejus episcoporum excepit, atque sustinuit: nihil mercedis inde reportans, præter sempiternam nominis, fidei, fortitudinis, & constantiæ laudem atq; memoriam, quam unam neque invidia minuere, neque adversariorum furor eripere potuit. Hostes verò ejus plerique omnes tetram mortem obierunt, ut divinitus compressi esse videantur.

Anno

Anno 1107. HENRICVS V. quarti filius imperavit annis 19. Impietatis adversus patrem pœnas dedit pontificibus Romanis & rebellibus iis, a quibus in patrem erat incitatus. Nam in Italiam profectus Lombardiam quidē & Tusciam pacavit, cum Papam etiam Paschalem II. eo impulit, ut coronam ipsi tribueret, ac jura privilegiaque imperialia conferendi episcopatus, abbatias, & prælaturas per annulum & baculum restitueret: sed paulo post eadem per concilii sententiam amisit, & turbis novis implicatus est. Hoc enim concilii decretum multos episcopos ac principes ab eo alienavit, rebellionisque horrendæ caussam dedit. Mortuo autem Paschali II. pontificem novum Gelasium II. amovit: sed ab eo vicissim excommunicatus est, & in periculum maximum discrimenque extremum adductus. Quamobrem cum rationē expediendæ salutis nullam prospiceret, in Italiam rediit, legatos ad Papam misit, & reconciliationem tentavit. Papa verò gratiam & veniam omnem denegavit, nisi concedere de jure ecclesiasticæ investituræ vellet. Proinde concilium VVormatiæ indictum est, in quo imperator jus omne in episcoporum electiones collegiis concessit. Hoc

modo

Anno 1107. HENRICUS V. quarti filius imperavit annis 19. Impietatis adversus patrem pœnas dedit pontificibus Romanis & rebellibus iis, à quibus in patrem erat incitatus. Nam in Italiam profectus Lombardiam quidē & Tusciam pacavit, tum Papam etiam Paschalem II. eo impulit, ut coronam ipsi tribueret, ac jura privilegiaque imperialia conferendi episcopatus, abbatias, & prælaturas per annulum & baculū restitueret: sed paulo post eadem per concilii sententiam amisit, & turbis novis implicatus est. Hoc enim concilii decretum multos episcopos ac principes ab eo alienavit, rebellionisq; horrendæ caussam dedit. Mortuo autem Paschali II. pontificem novum Gelasium II. amovit: sed ab eo vicissim excommunicatus est, & in periculum maximum discrimenque extremum adductus. Quamobrem cum rationē expediendę salutis nullam prospiceret, in Italiam rediit, legatos ad Papam misit, & reconciliationem tentavit. Papa verò gratiam & veniam omnem denegavit, nisi concedere de jure ecclesiasticæ investituræ vellet. Proinde concilium VVormatiæ indictum est, in quo imperator jus omne in episcoporum electione collegiis concessit. Hoc modo

modo pax inter Papam & Imperatorem, sed magno imperii detrimento constituta est.

Cum rebellibus verò conflictatus est acerrime, inter quos erant inprimis Saxones, qui mortuo duce Vlrico, ducatum ad Sigefridum ducem, tanquam ad legitimum hęredem transferebant. Cæsar verò ad imperium pertinere hæreditatem ejus contendebat. Hinc cum motus magni suscitarentur, Cæsar armis & ferro rebelles adoritur, prœliumq; magnum cum illis committit, in quo Sigefridus Saxoniæ dux occumbit, multi capiuntur, & in præsentia tumultus sedatur. Sed non multo post nempe anno Christi 1115. iidem Saxones iterum rebellionem faciunt. Contra hos igitur exercitum ducens Cæsar, multa populatur. Sed occurrit ei Lotharius Saxonum dux, & cum eo ad Guelphorum sylvam in Mansfeldensi comitatu confligit. Quanquam autem Cæsaris copiæ multo majores sunt, & quinque Cæsarianis vix tres Saxones opponuntur: tamen vincunt Saxones, & Cæsarem profligant. Strages tanta est edita, ut ad quadraginta quinque millia hominum ex utraque parte interiisse dicantur.

Bellum etiam gessit contra Polonos, in-

inductus à Bojemorum rege: ubi cum in Silesiam, quæ Polonorum erat, venisset, Lubusum quidem cepit, sed Glogoviam expugnare non potuit. Quocirca pacem cum Polonis fecit, in qua quidem pacificatione cum forte legatis Polonicis vim auri & argenti magnam ostendisset, hic, inquiens, thesaurus Polonos perdomabit: subridens legatorum unus aureum annulum de digito suo detractum ad thesaurum Cæsaris adjecit, aurum, inquiens, auro jungatur. Cui Cæsar respondit, ago gratias, quod est Germanice, habe danck. Vnde reliquum est nomen familiæ nobilis de *hab danck* in Polonia, quod hinc adepta est. Non multo post bellum recruduit, & prælium prope Vratislaviam factum est, in campo Canino, qui sic à canum concursu post conflictum cognominatus est, in quo Cæsar à Boleslao Polonorum rege victus est.

Conventum indixit Moguntiæ anno 1115. quo nemo principum accessit, præter episcopos pauculos. Cum autem paulo ante archiepiscopus Moguntinus propter conspirationẽ cum quibusdam principibus custodiæ mandatus esset: Moguntini in hoc conventu Cæsarem in arce obsederunt, &

ad

inductus à Bojemorum rege: ubi cum in Silesiam, quæ Polonorum erat, venisset, Libusium quidem cepit, sed Glogoviam expugnare non potuit. Quocirca pacem cum Polonis fecit, in qua quidem pacificatione cum forte legatis Polonicis vim auri & argenti magnam ostendisset, hic, inquiens, thesaurus Polonos perdomabit: subridens legatorum unus aureum annulum de digito suo detractum ad thesaurum Cæsaris adjecit, aurum, inquiens, auro jungatur. Cui Cæsar respondit, ago gratias, quod est Germanice, *habe danck*. Vnde reliquum est nomen familiæ nobilis de *hab danck* in Polonia, quod hinc adepta est. Non multo post bellum recruduit, & prælium prope Vratislaviam factum est, in campo Canino, qui sic à canum concursu post conflictum cognominatus est, in quo Cæsar à Boleslao Polonorum rege victus est.

Conventum indixit Moguntiæ anno 1115. quo nemo principum accessit, præter episcopos pauculos. Cum autem paulo ante archiepiscopus Moguntinus propter conspirationé cum quibusdam principibus custodiæ mandatus esset; Moguntini in hoc conventų Cæsarem in arcę obsederunt, &

ad

ad dimittendum archiepiscopũ compulerunt, ut Vrspergensis scribit. Mortuus est Trajecti sine liberis ann. 1125. sepultus verò Spiræ.

Anno 1125. LOTHARIUS Saxonum dux, imperator Germanorũ XX. est factus; & imperavit annis 13. Erat is comitis Gebharti in Supplinburg & Arnsperg filius, ex prosapia veteri comitum Querfordi ad Herciniam. Ad ducatum verò Saxoniæ, Electoratusq; dignitatem evectus erat ab Henrico V. propter operam, quam in bello adversus patrem ipsi navarat. Inauguratus est Moguntiæ, in principum conventu. Princeps fuit moderatus, pacis & justitiæ amans. Iccirco summis imperatoribus Constantino, Carolo Magno, & Othonibus à scriptoribus nonnullis annumeratur. Sunt autẽ duæ res quibus maxime excelluit, & laudis sempiternam memoriam consecutus est, pacis studium, & justitiæ cura. Primum enim duos imperii æmulos, Fridericum Suevum, & Cunradum Francum sic repressit, ut incommodi non multum inde ad imperium redundaret, quam quidem ad rem ajunt etiam S. Bernardi operam accessisse. Vlmam tamen ingressu ipsum prohibentem, & contumeliose repellentem vi cepit,

& diripuit. Deinde adversus Bojemos expeditionem suscepit, in qua tamen non multum effecit, sed multos è suis amisit, & pacem dare accipereque coactus est.

Anno Christi 1133. in Italiam attractus Innocentii II. pontificis precibus, in sedem pontificiam illum reposuit, ejecto novo Pseudopapa, & coronam etiam Romæ accepit inspectante S. Bernardo, quem secum adduxerat. Etsi autẽ jura in episcoporum electione imperatoribus Romanis debita recuperare conatus est: obtinere tamẽ nihil potuit, vel satis Ecclesiam & rempublicam urgentibus, vel metu crescentis pontificiæ potestatis, de jure suo decedente imperatore: ob quod vel in primis ab Italicis scriptoribus celebratur.

Anno 1137. iterum in Italiam profectus Rogerium Siciliæ regem, pontificibus Romanis aliquid detrahentem, & suum regnum augentem, Apulia & Campania expulit, Italiaque ultra & citra Apenninum domita, opibus Romanam ecclesiam cumulavit.

Iustitiæ porro curam magnam adhibuit. Nam jura Romana post quingentorum ferè annorum exilium in scholas & forum quasi postliminio revocavit. Barbari enim tam literarum quam

& diripuit. Deinde adversus Bojemos expeditionem suscepit, in qua tamen non multum effecit, sed multos è suis amisit, & pacem dare accipereque coactus est.

Anno Christi 1133. in Italiam attractus Innocentii II. pontificis precibus, in sedem pontificiam illum reposuit, ejecto novo Pseudopapa, & coronam etiam Romæ accepit inspectante S. Bernardo, quem secum adduxerat. Etsi auté jura in episcoporum electione imperatoribus Romanis debita recuperare conatus est: obtinere tamé nihil potuit, vel fatis Ecclesiam & rempublicam urgentibus, vel metu crescentis pontificiæ potestatis, de jure suo decedente imperatore: ob quod vel in primis ab Italicis scriptoribus celebratur.

Anno 1137. iterum in Italiam profectus Rogerium Siciliæ regem, pontificibus Romanis aliquid detrahentem, & suum regnum augentem, Apulia & Campania expulit, Italiaque ultra & citra Apenninum domitá, opibus Romanam ecclesiam cumulavit.

Iustitiæ porro curam magnam adhibuit, dum jura Romana post quingentorum fere annorum exilium in scholas & forum quasi postliminio revocavit. Barbari enim tam literarum quam

legum

legum etiam Romanarum lucem & usum omnem in imperio aboleverant. Itaque dubium esse non potest, quin cum jure Romano literæ etiam restitui cœperint. Quo sane major gratia Lothario debetur, quod ad tanta decora & firmamenta imperii recuperanda operam, studium, & curam convertit. Est autem usus ad eam rem consilio & studio Irnerii jurisconsulti, hominis Germani, qui id temporis vicarius erat imperatoris, in ea parte Italiæ, quæ imperio parebat, & jam ante Constantinopoli juris interpretes audiverat. Dicitur autem reperisse leges Romanas in Apulia, easque Pisanis donasse, qui in palatio Mediceo reposuerint Florentiæ, ubi nunc etiam asserventur. Et quoniam tunc obliteratæ erant, nec absque interprete intelligi poterant, utrumq; curæ fuit imperatori, ut & in scholis illæ explicarentur, & in judiciis usurparentur. Itaq; Irnerio professionem juris Romani imposuit, qui Bononiæ id publice interpretari cœpit, circa annum Christi 1137. In hac auté professione ardua & difficili tria adhibuit, quæ & amorem cognoscendi leges ignotas accenderent, & cæteros ad imitationem industriæ inflammarent, ordinem scilicet, & orationis lumen.

Nam & leges concinne distribuit, & jurisconsultorum discrepantes sententias acri judicio conciliavit, & in docendo sermonis genere usus est ad explicandum & illustrandum omnem sensum & usum juris accommodato. Quapropter lucerna juris dictus est, & instaurator legum Romanarum cognominatus. Ex ejus schola non ita multo post prodiere, qui eadem dexteritate & commoditate jus docuerunt, & late ejus scientiam propagarunt, Placentinus quidem in Gallia, alii alibi. Unde adhuc juris professio in Academiis Italiæ, Galliæ, & Germaniæ reliqua est. Ante illud enim tempus in Italia Longobardicæ leges, in Gallia Franciæ, in Saxonia Saxonicum jus inductum & confirmatum à Carolo Magno usurpatum est. Non solum verò doceri jus Romanum voluit Lotharius in Academiis, sed recipi etiam in foro & judiciis mandavit, ut secundum illud controversiæ dijudicarentur. Unde usus legum Romanarum adhuc hodie in orbe Christiano reliquus est.

Mortuus est prope Tridentum in reditu ex Italia, sepultus vero Cæsareæ Lothariæ inter Helmstadium & Brunsuigam, ubi epitaphium ejus monumento inscriptum reperitur:

Nam & leges concinne distribuit, & jurisconsultorum discrepantes sententias acri judicio conciliavit, & in docendo sermonis genere usus est ad explicandum & illustrandum omnem sensum & usum juris accommodato. Quapropter lucerna juris dictus est, & instaurator legum Romanarũ cognominatus. Ex ejus schola non ita multo post prodiere, qui eadem dexteritate & commoditate jus docuerunt, & late ejus scientiam propagarunt, Placentinus quidem in Gallia, alii alibi. Vnde adhuc juris professio in Academiis Italiæ, Galliæ, & Germaniæ reliqua est. Ante illud enim tempus in Italia Longobardicæ leges, in Gallia Francicæ, in Saxonia Saxonicum jus inductum & confirmatum à Carolo Magno usurpatum est. Non solum verò doceri jus Romanum voluit Lotharius in Academiis, sed recipi etiam in foro & judiciis mandavit, ut secundum illud controversiæ dijudicarentur. Vnde usus legum Romanarum adhuc hodie in orbe Christiano reliquus est.

Mortuus est prope Tridentum in reditu ex Italia, sepultus verò Cæsareæ Lothariæ inter Helmstadium & Brunsuigam, ubi epitaphium ejus monumento inscriptum reperitur:

Exuitur membris hei trina luce Decembris,
Ecclesiæ gemitus illius eſt obitus.

Helmoldus ſic ſcribit de Lothario: Hujus temporibus lux oriri nova cœpit, nec tam in finibus Saxoniæ, quam in univerſo imperio tranquillitas temporum, abundantia rerum, pax inter regnum, & ſacerdotium.

Anno Chriſti 1139. CVNRADVS III. Sueviæ dux, Henrici V. ex ſorore nepos Imperator deſignatus, annis imperavit 14. Acta hujus Imperatoris præcipua ſunt, I. adverſantem ſibi Henricum ſuperbum Bavariæ ducem, Lotharii Imperatoris generum, qui à ſocero imperii inſignia acceperat, ſine cæde & ſanguine vicit, imperialiaque inſignia deponere coëgit, tum proſcripſit etiam, ducatumque fratri uterino Leopoldo Auſtriaco tradidit. Saxones verò rebellantes ſic edomuit, ut in fidē ſeſe recipi peterent, quod etiam Bambergæ in conventu factum eſt.

II. Bellum Bavaricum geſſit cum VVelpho fratre Henrici proſcripti & expulſi, anno Chriſti 1140. VVelphus enim Leopoldū Bavariæ ducatu, quem Cæſar ei dederat, dejecit. Cæſar verò ejecti defenſionem ſuſcepit. Itaque arcem VVinſberg obſedit, & VVelphum pro-

profligavit. In obſidione autem cum ſuſtineri impetus hoſtium amplius nõ poſſet, & fames etiam ita urgeret, ut deditionem facere neceſſe eſſet, matronæ oppidi ab Imperatore petiverunt, ut ſibi liceret cum ſuis rebus, quas humeris geſtare poſſent, diſcedere. Metuebant enim ne victor in victos, atque adeo in VVelphum ipſum inclementius ſæviret. Annuit Imperator. Mox igitur neglectis rebus omnib⁹ ſuum quæque maritum humeris ſuſceptum ex oppido effert. Quod ſpectaculum adeo placuit Cæſari, ut VVelphum, aliosque cives ab uxoribus exportatos dimitteret incolumes. Et cum ob clementiam tantam fremerent ejus duces: reſpondit, non decere verbum regium immutari; nec fœminarum pietatem hanc erga maritos ſolum probavit, ſed VVelphum ipſum etiam in amicitiam recepit.

III. Expeditionem in Syriam ſuſcepit, ſuaſu S. Bernardi, anno Chriſti 1147. cujus expeditionis ſocii fuerunt Fridericus Suevus, & VVelphus Bavarus, quos ſecutus eſt Angliæ rex. Poſtquam in Græciam ad Iconium pervenit, in obſidione fraude atque perfidia Immanuelis Græcorum Imperatoris circumventus, & prope enectus, tertio

demum anno, re infecta reversus est. Dicitur enim ille Christianorum farinæ gypsum immiscuisse.

Quartò celebres quasdam Germaniæ urbes Norimbergam & Lubecam instauravit & exornavit. Norimbergæ monasterium ad S. Ægidium fundavit. Mortuus est Bambergæ, sepultus verò Laureaci anno 1152.

Anno Christi 1152. imperium suscepit FRIDERICVS BARBAROSSA, sive ÆNOBARBVS à rufa barba, per contumeliam ab Italis sic dictus, & imperavit annis 38. menses 3. Sueviæ dux fuit, Cunradi Imperatoris ex fratre nepos, cujus etiam suffragio adjutus, ab imperii proceribus Imperator electus est, & Aquisgrani consecratus. In electione singulari Dei consilio factum esse Frisingensis scribit, ut is caput regni constitueretur, qui Gibelinorum & Guelphorum sanguinis consors esset, & tanquam lapis angularis dissidium eorum diuturnum componeret. Erant enim hæ duæ familiæ in imperio potentissimæ, plurimumque inter se dissidentes, una Gibelinorum, altera Guelphorum. Ac ex Gibelina quidem stirpe paternam, ex Guelphorum verò maternam originem Fridericus duxit. Excelluit prudentia,

dentia, [illegible], pietate, & pacis amore, [illegible] Romanæ [illegible] in toga [illegible]. Primum [illegible] dentes inter se [illegible] consilio magis quam armis reconciliavit. Merseburgi quidem conjunxit Suenonem & Canutum de corona Daniæ contendentes. Qui cum arbitrum causæ suæ Fridericum delegissent: sic is litem diremit, ut Suenoni regnum, Canuto autem partem regni adjudicaret. VVarceburgi verò Henricum Bavariæ & Saxoniæ ducem cum Alberto marchione in gratiam [illegible], & alia composuit gravia & diuturna dissidia.

Secundo, in Italiam profectus rebellantes Mediolanenses coërcuit. Inde progressus Papiæ, postea Romæ coronam accepit, nempe anno Christi 1155. Sed mirum est, quod Romani & Pontifex ipse fecerunt. Romani equidem missis ei obviam oratoribus tria postularunt, liberationem ab injusta dominatu clericorum, formæq; veteris reipublicæ restitutionem, & quinq; millia librarũ argenti. Quibus respondit Imperator, majestatem imperii Romani jam olim esse translatam ad Germanos, tum injustum esse, populum leges præscribere suo principi, ac pecuniam ab eo exigere. Ab his conversus ad

dentia, fortitudine, pietate, & pacis amore, sed insigni fortunæ varietate in toga & bello usus est. Primùm dissidentes inter se familias consilio magis quam armis reconciliavit. Mersburgi quidem conjunxit Suenonem & Canutum de corona Daniæ contendentes. Qui cum arbitrum caussæ suæ Fridericum delegissent: sic is litem diremit, ut Suenoni regnum, Canuto autem partem regni adjudicaret. VVurceburgi verò Heinricum Bavariæ & Saxoniæ ducem cum Alberto marchione in gratiam reduxit, & alia composuit gravia & diuturna dissidia.

Secundò, in Italiam profectus rebellantes Mediolanenses coërcuit. Inde progressus Papiæ, postea Romæ coronam accepit, nempe anno Christi 1155. Sed mirum est, quod Romani & Pontifex ipse fecerunt. Romani equidem missis ei obviam oratoribus tria postularunt, liberationem ab injusto dominatu clericorum, formæq; veteris reipublicæ restitutionem, & quinq; millia librarũ argenti. Quibus respondit Imperator, majestatem imperii Romani jam olim esse translatam ad Germanos, tum injustũ esse, populum leges præscribere suo principi, ac pecuniam ab eo exigere. Ab his conversus

ad pontificem Adrianum, qui metu Imperatoris ex urbe discesserat, placide cum eo egit, sed is quoque duo in Imperatore vituperabat: primum quod descendenti sibi de equo sinistrum, non dextrum stapedem tenuisset. Secundò, quod nullum beneficium adhuc in Romanam ecclesiam contulisset. De utroque excusat se Imperator, & bene meriturum se deinceps de sede Pontificia pollicetur. Romani verò à tumultu suo adversus illum non desistunt. Accepta corona in Germaniam redit, ubi novos motus ab Arnoldo archiepiscopo Moguntino, & Hermanno Palatino ad Rhenum suscitatos esse comperit. Quamobrem sic animadvertit in eos, ut archiepiscopo quidem propter ætatem parcat, Hermannum verò canem a posterioribus pedibus ad humeros alligatum, vel certe manibus prehensum, & de humeris pendentem gestare vivum cogat in publicis spectaculis.

Tertiò, dissidium ingens inter Henricos duos, vitricum Austriacum, & privignum Saxonem, ob Bavariæ ducatum sic composuit, ut Austriæ marchionatum in ducatum converteret, eumque cum parte Bavariæ supra Anisum Henrico vitrico assignaret: Bavariam verò Henrico privigno adjudicaret.

ret. Tum ut ducem VVelphum placatiorem redderet, ducatū Spoletanum, Tusciam, & Sardiniam ei tribuit.

Quartò, magno animo restitit ambitioni pontificis, cum in Germaniam legatos misisset VVurceburgum, qui cum in sermone suo offendissent, Imperatorem à pontifice per coronam accepisse imperialem authoritatem, tanquam beneficium: negavit id Imperator, & cum principibus deliberatione habita, mox jussit legatos Germania excedere: non se a pontifice imperii habenas, sed à Deo per legitimam electionem principum & ordinū imperii accepisse confirmans, ut Radevicus Frisingensis scribit. Idque factum est anno 1157. Deinde anno 1166. decretum fecit VVurceburgi in conventu imperiali, ne deinceps nullus pontifex reciperetur, nisi sciente & consentiente Rom. imperatore aut rege electus esset.

Quintò, in Italiam iterum venit anno Christi 1158. ad coërcendum Mediolanenses, qui Papiam & Novariam diripuerant. Derthonam verò ab eo ante destructam repararant, & Italiam armis compleverant. Hos igitur ita adortus est, ut obsessos dedere sese cogeret, & supplices factos in fidem reciperet. Esti autem pax ad hunc mo-

ret. Tum ut ducem VVelphum placatiorem redderet, ducatũ Spoletanum Tusciam, & Sardiniam ei tribuit.

Quartò, magno animo restitit ambitioni pontificis, cum in Germaniam legatos misisset VVurceburgum, qui cum in sermone suo ostendissent, Imperatorem à pontifice per coronam accepisse imperialem authoritatem, tanquam beneficium: negavit id Imperator, & cum principibus deliberatione habita, mox jussit legatos Germania excedere: non se à pontifice imperii habenas, sed à Deo per legitimam electionem principum & ordinũ imperii accepisse confirmans, ut Radevicus Frisingensis scribit. Idque factum est anno 1157. Deinde anno 1166. decretum fecit VVurceburgi in conventu imperiali, ne deinceps nullus pontifex reciperetur, nisi sciente & consentiente Rom. imperatore aut rege electus esset.

Quintò, in Italiam iterum venit anno Christi 1158. ad coërcendum Mediolanenses, qui Papiam & Novariam diripuerant. Derthonam verò ab eo ante destructam repararant, & Italiam armis compleverant. Hos igitur ita adortus est, ut obsessos dedere sese cogeret, & supplices factos in fidem reciperet. Etsi autem pax ad hunc mo-

dum facta est: tamen iidem non multo post incitati à Papa Adriano iterum deficiunt, & cum illo, totaque ferme Italia fœdus contra Cæsarem faciunt. Redit igitur in Italiam Cæsar, ex imperii decreto Erfurdiæ facto: & Mediolanum obsidet, capit, cives expellit, muros deiicit, domibusq; omnibus præter templa eversis, aratrum in crucis modum per medium urbis trahit, ac salem aspergit, anno Christi 1162. Deinde anno 1174. iterum rebellant Mediolanenses, facto cum Siciliæ rege Guilelmo, & aliis ordinibus Italiæ contra Cæsaré fœdere, urbem Alexandriam muniunt, & suam instaurant. Rursum igitur eos oppugnat Cæsar, sed dubia victoria.

Sexto, à pontificibus contumelias & injurias gravissimas passus est: primum quidem ab Adriano IV. qui incitarat contra illum Mediolanenses, & alias Italiæ civitates, tum excommunicare etiam ausus fuisset, nisi musca suffocatus esset. Deinde ab Alexandro III. ipsum simul & Paschalem Papam anathemate ferit, tum Romanos & Italiam universam ad oppugnandum Cæsarem inflammat. Rursum igitur in Italiam exercitum ducit, ab archiepiscopis Coloniense &

Mo-

Moguntino adjutus, Romam obſidet, cives multos interficit, urbem expugnat, Papam Paſchalem reſtituit, urbes Italiæ plurimas, arces, & oppida, præſertim verò in Tuſcia occupat, novas verò arces ac munitiones extruit, quibus præſidium Germanicum imponit, judicia paſſim conſtituit, & magiſtratus, judiceſque ordinat. Reſtituto autem Paſchali Alexander III. ad Venetos confugit, quem perſecuturus Cæſar filium ſuum Othonem cum claſſe Venetias mittit, ut Papam evocet. Sed Veneti, patrocinio pontificis ſuſcepto, Othonem profligant, & capiunt. Inde in calamitatem & mœrorem magnum incidit imperator, nec modum alium redimendi filium invenit, quam ut reconciliationem à pontifice petat. Itaque conditiones etiam duras accipit, & Venetias ingreſſus in veſtibulo S. Marci ſupplex ad pedes Papæ ſeſe abiicit abſolutionem flagitans. Quid Papa ſuperbus? pede altero collum humi ſtrati Cæſaris calcat, & verba Pſalmi recitat: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Cui cum aliud nihil abjectus imperator diceret, quam hoc: non tibi, ſed Petro: reſpondit pontifex, impreſſa fortius planta: Et mihi & Petro. Spectator

fuit hujus tyrannidis pontificiæ quidam Mysniæ marchio Theodorus, qui zelo exardescens, propere ad erigendum imperatorem accurrit, & vultu ipso justam indignationem in Papam ostendit. Quare territus ille nonnihil amplectitur imperatorem, ad altare ducit, & data acceptaque salute, fœdus pacis cum eo init, anno Christi 1177. Paulo post ab armis passim conquievit Italia, & in Cæsaris ejusque filii, Henrici regis fidem sese dedit.

Septimo, jura sanxit cùm alia, tum de feudis etiam, quæ tunc ad insignem iniquitaté pervenerant. Id quod prooemium indicat legum feudalium, quod extat. Quin etiam studiosis literarum qui gymnasia publica frequentabant, optime consultum voluit, edicto ad omne tempus valituro, ne quis aliquam scholaribus injuriam faciat, nec ob alterius cujusque provinciæ delictum sive debitum, quod aliquandò ex perversa consuetudine factum est, aliquod damnum eis afferat. Si quis verò fecerit, aut factum vindicare rector civitatis neglexerit, is in quadruplum multetur, notamq; infamiæ ipso jure subeat, ac dignitate in perpetuum careat. Si quis litem scholaribus super ali-

quā re movere, optio eis detur, ut vel coram Domino seu Magistro suo, aut ipsius civitatis episcopo conveniantur. Qui verò ad alium judicem eos adducere tentarit, etiamsi caussa justissima sit, tali conatu cadat. In authentica vero, quæ Codici inserta est, libro 4. tit. 13. l. 5. ratio etiam additur, cur imperatorem deceat, speciali quadam dilectione studiosos ab omni injuria defendere, quod videlicet eorū scientia totus illuminetur mundus, & ad verum Dei cultum, obedientiamq; erga magistratum informetur.

Octavo, Bellum in Saxonia inter Henricum ducem, & alios principes ortum anno Christi 1167 composuit, & Henricum in Italiam secum contra Mediolanenses duxit. Sed is ex itinere reversus domum, à Cæsare alienatus. Quamobrem ipse etiam Cæsar, pace cum pontifice facta, mox fugientem Henricum persequitur in Germaniam, eumque proscribit, & ducatibus provinciisque cunctis privat, ut Vrsperrgensis scribit. Anno 1189 iter in terram sanctam suscepit, ad profligandum ex ea Christiani nominis hostes Saracenos, assumto filio suo Friderico. Secutus est eum anno altero rex Gallorum Philippus, & Richardus Angliæ regis

aliqua re moverit, optio eis detur, ut vel coram Domino seu Magistro suo, aut ipsius civitatis episcopo conveniantur. Qui verò ad alium judicem eos adducere tentarit, etiamsi caussa justissima sit, tali conatu cadat. In authentica verò, quæ Codici inserta est, libro 4. tit. 13. l. 5. ratio etiam additur, cur imperatorem deceat, speciali quadam dilectione studiosos ab omni injuria defendere, quod videlicet eorũ scientia totus illuminetur mundus, & ad verum Dei cultum, obedientiamq; erga magistratum informetur.

Octavo, Bellum in Saxonia inter Henricum ducem, & alios principes ortum anno Christi 1167 composuit, & Henricum in Italiam secum contra Mediolanenses duxit. Sed is ex itinere revertit domum, à Cæsare alienatus. Quamobrem ipse etiam Cæsar, pace cum pontifice facta, mox fugientem Henricum persequitur in Germaniam, eumque proscribit, & ducatibus provinciisque cunctis privat, ut Vrspergensis scribit. Anno 1189 iter in terram sanctam suscepit, ad profligandum ex ea Christiani nominis hostes Saracenos, assūmto filio suo Friderico. Secutus est eum anno altero rex Gallorum Philippus, & Richardus Angliæ

regis

regis filius. Ac Cæsar quidem copias suas per Vngariam & Bulgariam duxit, reges verò per aliam viam. Quanquam autem Græcorum imperator perfidia magna in illum usus est: processit tamen nihilominus feliciter in Syriam usque & Seladini exercitum ex Cilicia & Armenia expulit. Gallus vero & Anglus recta Ptolemaidem contenderunt. Sed in itinere Anglus Cyprum expugnavit, eamque militi suo tutandam reliquit. Imperator porro fracto jam & debilitato pene Seladino hoste Serram Armeniæ flumen ingreditur lavandi, vel certè æstus in magno labore & pulvere mitigandi caussa, misereque perit, vel suffocatus in vortice, vel ut quidam scribunt, æger inde Seleuciam delatus & paucis diebus post extinctus, anno Christi 1190. Sepultus est Tyri, cum tanto angore atque mœrore, ut in nullius principis funere plus lacrymarum sit profusum, Vrspergense & Crantzio autoribus.

Anno Christi 1191. HENRICUS VI. Friderico Barbarossæ patri in imperio successit, designatus Romanorum rex à patre anno Christi 1170. & imperavit annis septem. Ducto in Italiam exercitu cepit & vastavit urbes in Campania & Apulia. In Sicilia verò Tan-

ordinem cœpit, qui regnum invaserat, eumq; oculis privatum in Teutoniam misit, ac regnum sibi vendicavit. Mortuus est Messanæ anno 1198.

Anno Christi 1199. principes ancipiti contentione distracti duos imperatores crearunt: alii Philippum Sueviæ ducem Friderici I. filium, Henrici VI. fratrem, alii Othonem IV. Saxoniæ ducem Henrici Leonis filium, rejectio Friderico Henrici VI. filio, quem pater procerum atque ordinum imperii consensu in cunis regem Romanorum fecerat. Ac Philippus quidem annis 9. mensibus tribus & diebus aliquot imperavit. Otho verò an. 19. mensibus 2. Othonem porro confirmavit Papa Innocentius III. imperiiq; ordinibus commendavit, ut in cap. Venerabilem tit. 6. lib. 1. Decretal. habetur. Philippum verò excommunicavit, quod ad nutū voluntatemq; ipsius sese convertere nollet. Hic Erfurdiæ obsessus est ab Hermanno Turingiæ Landgravio, qui secū Ottocaro Bojemiæ rege, & Henrico Palatino ad Rhenū conjunxerat. Sed cum obsidio dies novem durasset, evasit Philippus, & illico copias quantas potuit, cōparavit hostesq; suos profligavit. Landgravius autem tradidit sese ei & veniam impetravit.

credum cepit, qui regnum invaserat, eumq; oculis privatum in Teutoniam misit, ac regnum sibi vendicavit. Mortuus est Messanæ anno 1198.

Anno Christi 1199. principes ancipiti contentione distracti duos imperatores crearunt: alii Philippum Sueviæ ducem Friderici I. filium, Henrici VI. fratrem, alii Othonem IV. Saxoniæ ducem Henrici Leonis filium, neglecto Friderico Henrici VI. filio, quem pater procerum atque ordinum imperii consensu in cunis regem Romanorum fecerat. Ac Philippus quidem annis 9. mensibus tribus & diebus aliquot imperavit. Otho verò an. 19. mensibus 2. Othonem porro confirmavit Papa Innocentius III. imperiiq; ordinibus commendavit, ut in cap. Venerabilem tit. 6. lib. 1. Decretal. habetur. Philippum verò excommunicavit, quod ad nutũ voluntatemq; ipsius sese convertere nollet. Hic Erfurdiæ obsessus est ab Hermanno Turingiæ Landgravio, qui secũ Ottocaro Bojemiæ rege, & Henrico Palatino ad Rhenũ conjunxerat. Sed cum obsidio dies novem durasset, evasit Philippus, & illico copias quantas potuit, cõparavit hostesq; suos profligavit. Landgravius autem tradidit sese ei & veniam impetravit.

travit. Inde inclinatio aliqua mentium & voluntatum ab Othone ad Philippũ facta est, & Adolphus Colonienſis archiepiſcopus una cũ Guilelmo Iuliacenſi comite pompa ſolenni eum coronavit Aquiſgrani, an. 1203. Sed ob id à Papa excommunicatus eſt archiepiſcopus, & loco motus. Philippus verò Othonem obſedit Coloniæ, urbeque exeuntem fudit, archiepiſcopum Brunonem vi introductum cum aliis multis cepit, & vinculis coërcuit. Otho verò in Angliam fugit, ſed qui cum eo fuerant, ad Philippum defecerunt. Tandem controverſia omnis diremta eſt inter pontificem & utrumq; imperatorem. Ac inter Philippum quidem & pontificem ſic convenit, ut Philippus Papæ nepoti Richardo filiam ſuam uxorem, dotiſque loco Tuſciam & Spoletanum ducatum cum marchionatu Anconæ daret. Cum Othone verò ita tranſactum, ut ei Philippus filiam ſuam deſponderet, imperii faſces ipſe retineret, quoad viveret. Poſt mortem verò ſuam Otho imperaret, ut ſcribit Nauclerus. Pace conſtituta, cum in arce Bambergenſi quietis cauſſa in cubiculum à venæ ſectione ſeceſſiſſet, ab Othone Palatino de VVitelſpach ſcelerate interfectus eſt pugione,

gione: anno Christi 1208. Sepultus est primum Bambergæ, sed postea Spiram translatus. Sicarius verò à Philippo Marschalco non multo post occisus est.

Anno Christi 1209 OTHO IV. Brunsvicensis imperium ſuſcepit, & Romæ ab Innocentio III. inauguratus, & Auguſtus ſalutatus eſt. Cum autem invito pontifice Siciliam occupaſſet, & in Apulia etiam oppida multa cepiſſet, anathemate eum notavit Papa, & ab imperio removit, ab ejuſque obedientia & fide omnes ſubditos abſolvit. Hanc ſententiam excommunicationis cum in Germania publicaſſet archiepiſcopus Moguntinus, quidam principes arma in eum expediverunt, diripueruntque ac populati ſunt ejus ditionem, tum ipſum etiam profligarunt. Alii contra Othonem alium elegerunt Imperatorem Fridericum Siciliæ regem. Etſi autem Otho conventu Norimbergæ indicto, querelam juſtam & gravem habuit apud imperii ordines de Papæ injuriis: nihil tamen obtinuit, ſed Papa nihilominus Fridericum contra illum confirmavit, & ut Aquiſgrani inauguraretur, effecit. Excommunicatus & damnatus ad hunc modum Otho, munivit quidem ſe fœde.

gione, anno Christi 1208. Sepultus est primum Bambergæ, sed postea Spiram translatus. Sicarius verò à Philippo Mareschalco non multo post occisus est.

Anno Christi 1209 OTHO IV. Brunsuicensis imperium suscepit, & Romæ ab Innocentio III. inauguratus, & Augustus salutatus est. Cum autem invito pontifice Siciliam occupasset, & in Apulia etiam oppida multa cepisset, anathemate eum notavit Papa, & ab imperio removit, ab ejusque obedientia & fide omnes subditos absolvit. Hanc sententiam excommunicationis cum in Germania publicasset archiepiscopus Moguntinus, quidam principes arma in eum expediverunt, diripuerunt que ac populati sunt ejus ditionem, tum ipsum etiam profligarunt. Alii contra Othonem alium elegerunt Imperatorem Fridericum Siciliæ regem. Etsi autem Otho conventu Norimbergæ indicto, querelam justam & gravem habuit apud imperii ordines de Papæ injuriis: nihil tamen obtinuit, sed Papa nihilominus Fridericum contra illum confirmavit, & ut Aquisgrani inauguraretur, effecit. Excommunicatus & damnatus ad hunc modum Otho, munivit quidem se fœde-

fœdere cum Ioanne Angliæ rege, Reinaldo Poloniæ, & Ferdinando Flandriæ ducibus. Sed contra eum Fridericus cum Gallorum rege Philippo & filio ejus se conjunxit. Inde ergo prælium acerrimum est ortum inter Gallum & Othonem ad pagum Bovinas, in quo ingenti animorum ardore pugnatum est. Sed succubuit Otho cum fœderato Angliæ rege, vicitque Gallus. Mortuus est itaq; inglorius & ab omnibus desertus Brunsuigæ, anno 1218.

Anno Christi 1220. inauguratus est Romæ FRIDERICVS II. Siciliæ rex, qui anno 1210 designatus erat, 1212 verò coronatus Aquisgrani. Imperator fuit sapiens, fortis, felix, & literarum linguarumque complurium gnarus. Ejus res gestæ memorabiles sunt in imperio, extra imperium, & contra pontifices. In imperio quidem inprimis pacem, concordiam, justitiam & disciplinam constituit. In Lombardia verò & Tuscia magistratum ordinavit, & comites duos, Matthæum ac Thomam ob factam rebellionem Tuscia ejecit. Qui cum ad pontificem profugissent, recepti ab eo sunt. Ex quo dissensio inter Cæsarem & pontificem nata est, quæ tamen anno sequente sublata est, contracto matrimonio in-

ter Cæsarem & regis Hierosolymitani filiam initum, ea lege, ut cum ea Cæsar jus regni Hierosolymitani, & hæreditatem acquireret. Quod quia ratum habuit [illegible], [illegible] post sponsa ex Oriente Romam adducta, & nuptiæ ibi peractæ sunt. Inde [illegible] ut Nauclerus, ut hodie etiam Siciliæ reges titulum regni Hierosolymitani usurpent. Cum autem ad iter Hierosolymitanum sese compararet Cæsar, novum dissidium in Lombardia pontificis impulsu accensum est, quod & deleri non facile potuit, & imperio damni multum dedit.

Etsi enim Cæsar anno [illegible] Mediolanenses, eorumque fœderatos prœlio magno superavit, tum Venetos ipsos etiam incommodis difficultatibusque multis affecit: tantum tamen Papæ fulmina & conspirationes valuerunt, ut consilia atque conatus ejus vehementer labefactarent. Nec jam ab hostibus tantum, sed à filio ipso Henrico Cæsar miserè oppugnabatur. Is enim ab hostibus patris incitatus cum Longobardis sese conjunxit. Quamobrem custodiæ mandatus est à patre, in qua etiam extinctus est. Deinde anno 1238. iterum adortus rebelles in Lombardia, ita eos coërcuit, ut victoriam facile ei

ter Cæsarem & regis Hierosolymitani filiam unicam, ea lege, ut cum ea Cæsar jus regni Hierosolymitani, & hæreditatem acquireret. Quod quia ratum habuit Pontifex, paulo post sponsa ex Oriente Romam adducta, & nuptiæ ibi peractæ sunt. Inde fieri ait Nauclerus, ut hodie etiam Siciliæ reges titulum regni Hierosolymitani usurpent. Cum autem ad iter Hierosolymitanũ sese compararet Cæsar, novum dissidium in Lombardia pontificis impulsu accensum est, quod & deleri non facilè potuit, & imperio damni multum dedit.

Etsi enim Cæsar anno 1233. Mediolanenses, eorumque fœderatos prœlio magno superavit, tum Venetos ipsos etiam incommodis difficultatibusque multis affecit: tantum tamen Papæ fulmina & conspirationes valuerunt, ut consilia atque conatus ejus vehementer labefactarent. Nec jam ab hostibus tantum, sed à filio ipso Henrico Cæsar miserè oppugnabatur. Is enim ab hostibus patris incitatus cum Longobardis sese conjunxit. Quamobrem custodiæ mandatus est à patre, in qua etiam extinctus est. Deinde anno 1238. iterum adortus rebelles in Lombardia, ita eos coërcuit, ut victoriam facile ei

traderent, & obedientiam pollicerentur. Mediolanenses quidem cum sociis ipsorum ad novam curiam vicit, filiumq; ducis Venetorum inter multos alios nobiles cepit, quem etiam suspendi in littore maris jussit: alios aliis suppliciis affecit. Inde Brixiam in deditionem accepit, & tota Lombardia, excepta Bononia & Parma, ut Nauclerus scribit, potitus est. Tandem tamen etiam Bononiam, ut Crantzius narrat, cepit, Academiamque ejus Paduam transtulit. Parmam vero obsedit quidem, sed cum expugnare non posset, contra illam urbem novam extruxit, quam Victoriam appellavit. At Parmenses non multo post eam demoliti sunt, profligato Cæsare. Tandem Bononienses quoque filium Cæsaris Fridericum fuderunt, ceperunt, & in vinculis perpetuis habuerunt.

Extra imperium cum Saracenis in Oriente bellum gessit, ac primum quidem copias suas Brundisii convenire jussit, anno 1227. Quo cum ipse venire præfinito tempore propter valetudinis infirmitatẽ non posset: in Apulia commoratus ejus exercitus, detrimenti multum à lue pestilente accepit. Tandem verò iter ingressus, subito, omissa expeditione, revertit. At sequente anno

gradu

gradu pleno ingressus, Ptolemaïdem eaque pervenit, Soldanumq; Ægypti eo adegit, ut pacis conditiones offerret. Quas cum accepisset Imperator, Hierosolymam, Joppen, & Nazarethum, aliaque loca recepit, & Hierosolymam ingressus, regio more ibi coronatus est. Hac victoria sine cæde & sanguine potitus in Apuliam rediit.

Cum pontificibus porro dura admodum fortuna, & molestiis maximis conflictatus est. Longæ sunt ambages, injuriæ vero acerbissimæ. Primum quidem jussu Pontificis Honorii coronatus est Romæ, & Augustus appellatus. Sed anno sequente Pontifex ejectos à Cæsare ex Tuscia rebelles comites, Thomam & Matthæum contra Cæsarem receptavit & fovit. At hæc simultas non multo post sopita est per matrimonium Cæsaris cum filia regis Hierosolymitani, quod Papa comprobavit, ut dictum est. Sed cum susceptam semel expeditionem in Palæstinam prætermisisset Cæsar: iterum adversarius est ei Papa, & anathematis fulmine illum notavit. Quam injuriam vindicaturus Cæsar, Frangipanum familiam potentissimam apud Romanos sibi adversus pontificem adjunxit. Contraque Papa Joannem regem Hierosolymitanum,

comites

gradu pleno ingressus, Ptolemaidem usque pervenit, Sultanumq; Ægypti eò adegit, ut pacis conditiones offerret. Quas cum acciperet Imperator, Hierosolymam, Ioppen, & Nazaretham, aliaque loca recepit, & Hierosolymam ingressus, regio more ibi coronatus est. Hac victoria sine cæde & sanguine potitus in Apuliam rediit.

Cum pontificibus porro dura admodum fortuna, & molestiis maximis conflictatus est. Longæ sunt ambages, injuriæ verò acerbissimæ. Primum quidem jussu Pontificis Honorii coronatus est Romæ, & Augustus appellatus. Sed anno sequente Pontifex ejectos à Cæsare ex Tuscia rebelles comites, Thomam & Matthæum contra Cæsarem receptavit & fovit. At hæc simultas non multo post sopita est per matrimonium Cęsaris cum filia regis Hierosolymitani, quod Papa comprobavit, ut dictum est. Sed cum susceptam semel expeditionem in Palęstinam prętermisisset Cæsar: iterum adversatus est ei Papa, & anathematis fulmine illum notavit. Quam injuriam vindicaturus Cæsar, Frangipanum familiam potentissimam apud Romanos sibi adversus pontificem adjunxit. Contraque Papa Ioannem regem Hierosolymitanum,

comites Apuliæ & alios, quotquot potuit, in eum incitavit, nec id solum, sed in ipsa etiam Palæstina templariis author extitit, ut Cæsaris conatibus piis & honestis obsisterent. Ipse verò interea dum bellum sacrum gessit Imperator, Apuliam & terras ejus occupavit, tum cruce signatos omni studio prohibuit, ne transfretarent. Quanquam autem Cęsar absolutionem à pontifice petiit, eamque etiam, intercedentibus quibusdam episcopis & imperii principibus, numerata auri summa magna, impetravit: tamen cum Mediolanenses fudisset, iterum ab eo excommunicatus est, anno 1233. Nec multò post, cum iterum tumultuantes Longobardos repressisset, anathematis fulmine eum percussit.

Recruduit id temporis Gibelinorum & Guelphorum factio. Cum enim distracta essent Italiæ studia ita, ut pars ad pontificis, pars ad Cæsaris ductum sese applicaret, sic distinxit Cæsar, ut Guelphi appellarentur, qui Pontificem; Gibelini verò, qui Cæsarem sequebantur. Hinc pestis magna in imperium invasit, & distractiones horrendæ extiterunt. Post hæc Papa, fœdere cum Venetis & Longobardis facto, sese munivit contra Cæsarem, quod is publico scripto

scripto questus est, & mox Venetos bello aggressus tum Papam ipsum manu valida adortus, Ravennam expugnavit, Senas, aliasque civitates Italiæ sibi devinxit. Romam denique ipsam invasit, Papamque in tantas angustias adduxit, ut crucem prædicari contra Cæsarem ubique jusserit, indulgentias plenas dans omnibus, eam assumentibus. Concilium quoque indixit Romæ, sed Cæsar omnes aditus ad illud intercludit. Mortuo Gregorio IX successor ejus Innocentius IV, initio quidem æquior aliquanto erga Cæsarem inventus, sed paulò post advocato Lugduni concilio, eum excommunicavit, & imperio privavit. Mox Hassiæ & Turingiæ Landgravius Henricus ab aliquibus imperii ordinibus rex Romanorum designatur. Sed contra eum Conradus Cæsaris filius exercitum ducit, & copias illius fundit. Ex quo contemni Henricus à plerisque cœpit, & pontificius rex appellatus est. Hoc extincto anno 1247 pontificis jussu eligitur contra Fridericum Guilelmus Hollandiæ comes, qui annis novem regnat. Fridericus verò tot incommodis affectus in Apuliam ducit exercitum, ubi in morbum incidit, eoque vel, ut alii putant, veneno, vel certè nothi Manfredi, quem Tarentinum

ſcripto queſtus eſt, & mox Venetos bello aggreſſus, tum Papam ipſum manu valida adortus, Ravennam expugnavit, Senas, aliaſque civitates Italiæ ſibi devinxit. Romam denique ipſam invaſit, Papamque in tantas anguſtias adduxit, ut crucem prædicari contra Cæſarem ubique juſſerit, indulgentias plenas dans omnibus, eam aſſumentibus. Concilium quoque indixit Romę, ſed Cæſar omnes aditus ad illud intercluſit. Mortuo Gregorio IX ſucceſſor ejus Innocentius IV, initio quidem æquior aliquanto erga Cæſarem fuit: ſed paulò poſt advocato Lugduni concilio, eum excommunicavit, & imperio privavit. Mox Haſſię & Turingię Landgravius Henricus ab aliquibus imperii ordinibus rex Romanorum deſignatur: Sed contra eum Cunradus Cæſaris filius exercitum ducit, & copias illius fundit. Ex quo contemni Henricus à pleriſq; cœpit, & pontificius rex appellatus eſt. Hoc extincto anno 1247 pontificis juſſu eligitur contra Fridericum Guilelmus Hollandiæ comes, qui annis novem regnat. Fridericus verò tot incommodis affectus in Apuliam ducit exercitum, ubi in morbum incidit, eoque vel, ut alii putant, veneno, vel certè nothi Manfredi, quem Taren-

tinum principem instituerat, insidiis extinctus est, anno Ch. 1250. Versus sepulcro ejus inscripti sunt Panormi:

Si probitas, sensus virtutis, gratia, census,
Nobilitas orti possent obsistere morti:
Non foret extinctus Fridericus, qui jacet intus.

Mortuo Friderico II. filius ejus CVNRADVS IV, anno Christi 1250. Romanorũ rex electus, imperavit annis tribus, mensib. 5, diebus 10. Hic adiutus à Tancredo civitates Italiæ, quæ ad pontificem defecerant, recuperavit, Neapolim expugnavit, murosq; ejus & ędes quasdam publicas & privatas solo æquavit, Capuæ muros demolitus est, Aquinum exussit. Mortuus est anno Christi 1253, vocatis in suspicionem dati veneni medicis, quos Manfredus frater pecunia corruperat. Filius ejus Cunradinus postremus ex Friderici Barbarossæ familia, anno Chr. 1267. decertavit prœlio cum Carolo Siciliæ rege, Ludovici regis Gallorum fratre. Et primum quidem victoriam reportavit. Deinde verò Germano milite ad rapinas converso, hoste verò ad præliandum reverso, victoria è manibus excidit. Captus itaque Cunradinus una cum socio belli Friderico Austriaco in hostis potestatem venit. Is statim ad ponti-

pontificem scribit, & quid fieri de captivis velit, percontatur. Respondet pontifex: Vita Cunradini mors Caroli: Mors Cunradini vita Caroli. Obsecutus huic consilio Carolus, utrumque Neapoli in publico securi percussit. Hæc clades exitum finemque familiæ utrique Sueviæ & Austriacæ primæ attulit, anno Christi 1268.

Anno Christi 1247. GVILELMVS Holandiæ comes impulsu pontificis contra Fridericum II, electus Rom. rex, imperavit annis novem, nempe ad annum 1256. quo Frisiis bellum intulit, & ab iis occisus est. Ipsi verò VII. viri imperii in deliberando in partes contrarias distracti duos reges elegerunt, alii Richardum Ioannis Anglorum regis fratrem, qui etiam Aquisgrani coronatus est, & annis quindecim regnavit: alii verò Alphonsum Castellę regem, qui annos totidem regnavit, & insuper sex menses & aliquot dies: tamen in tanta dissensione anarchia vel interregnum verius, quam imperium, totis annis septendecim fuit.

Anno Chr. 1273. RVDOLPHVS Suevus, comes Habspurgensis, Landgravius Alsatiæ, una mente & consentientib⁹ omnium electorum suffragiis Romanorum imperator creatus, à ponti-

fice

pontificem scribit, & quid fieri de captivis velit, percontatur. Respondet pontifex: Vita Cunradini mors Caroli: Mors Cunradini vita Caroli. Obsecutus huic consilio Carolus, utrumque Neapoli in publico securi percussit. Hæc clades exitum finemque familiæ utrique Suevicæ & Austriacæ primæ attulit, anno Christi 1268.

Anno Christi 1247. GVILELMVS Holandiæ comes impulsu pontificis contra Fridericum II, electus Rom. rex, imperavit annis novem, nempe ad annum 1256. quo Frisiis bellum intulit, & ab iis occisus est. Etsi verò VII-viri imperii in deliberando in partes contrarias distracti duos reges elegerunt, alii Richardum Ioannis Anglorum regis fratrem, qui etiam Aquisgrani coronatus est, & annis quindecim regnavit: alii verò Alphonsum Castellę regem, qui annos totidem regnavit, & insuper sex menses & aliquot dies: tamen in tanta dissensione anarchia vel interregnum verius, quam imperium, totis annis septendecim fuit.

Anno Chr. 1273. RVDOLPHVS Suevus, comes Habspurgensis, Landgravius Alsatiæ, una mente & consentientib⁹ omnium electorum suffragiis Romanorum imperator creatus, à ponti-

fice confirmatus, & Aquiſgrani inauguratus eſt anno ætatis ſuæ 25, & imperavit annis 17, menſib. 9, dieb. 16. Qui tametſi opes & vires magnas non habuit, animi tamen magnitudinem, prudentiam, fidem, authoritatem, & felicitatem ad tantum gubernationis munus attulit. Authoritas equidé tanta in eo fuit, ut cum adoleſcens adhuc ad imperator. Fridericum accederet, ordines militares ad honorandũ eum conſurgerent. In primis verò ab aſtrologo imperatoris cultus eſt, à quo cum quæreret imperator Fridericus, cur tantopere comitem pauperem veneraretur, reſpondit, quod videam illum imperatoré fore, deficiente tua prole.

Induſtria ejus domi in conſtituendo, honeſtando, & augendo imperio eluxit. Foras enim in Italiam præſertim egredi noluit, illud Horatii recitans:

—— me veſtigia terrent,
Omnia te verſum ſpectantia, nulla retrorſum.

Sed miſſis tamen legatis, pacem utcunque in omnibus imperii partibus retinuit.

Anno 1274. conventum Norimbergæ habuit, ad quem citatus Othocarus Bojemiæ rex venire recuſavit, contumaciæque documenta ſatis manifeſta dedit.

dedit. Marchio item Badensis, & Bavariæ dux rebellionem fecerunt. Itaq; armis eos adortus Cæsar facere imperata coëgit. Viennam deinde obsedit adjutus ab Vngariæ rege, Othocarumq; defendere eam conantẽ, profligavit. Sed cum eo tamen sic tandem pactus est, ut is sibi Bojemiam & Moraviam beneficii loco à Cæsare & imperio haberet. Austriam verò, Stiriam, & Carinthiam imperio concederet. Ab his pactis cum denuò recessisset Othocarus, rursus anno 1278. cum eo conflixit, vicit, & occidit. Regnum verò Bojemiæ VVenceslao ejus filio traditum est, cui Cæsar filiam Iuttam collocavit. Austriæ porro ducatum Alberto filio suo Cæsar dedit, Bavariam verò alteri filio Ioanni. Hoc modo ducatus Austriæ ad comites Habspurgicos translatus est, unde archiduces Austriæ descendunt.

Vnum est, quod non satis ex imperii commodo & dignitate commisit. Romandiolam enim, & Ravennam cum Exarchatu Papæ concessit: ea tamen conditione & lege, ut inde nervos belli adversus communes Christianorum hostes colligeret. Sed quid pontifex? misit ad eum legatos Cæsar ex conventu VVurceburgico, per quos subsidia ad bellum sacrum petiit, videlicet

quartam partem omnium ecclesiasticorum redituum in Germania, sed nihil impetravit. De Siciliæ principatu variè certatum est, qui cum ad Gallos devenisset, insolenter illi & asperè multa fecerunt, quæ cum ferre Siculi diutius non possent: tandem conspiratione facta ad unum tollere omnes qui in præsidiis collocati erant, constituerunt. Sunt autem usi ad eam rem auxilio Petri Aragoniæ regis, cum quo sic pacti sunt, ut conjunctis viribus ad 30 diem Martii, cum signum campanæ daretur ad preces vespertinas, imperũ in Gallos facerent. Ad eam igitur horam illos adorti promiscuè mares & fœminas, non habita ulla ætatis ratione, occiderunt. Quin etiam evisceratis mulierib⁹ gravidis, fœtus exsecuerunt, & saxis illisos interemerunt, ne ullæ Gallici sanguinis reliquiæ superessent. Perierunt in hac laniena octo millia Gallorum duarum horarum spatio, anno Christi 1282. Hinc Vesperæ Siculæ in historiis nominantur. Deinceps Siciliam non Galli, sed Petrus Aragoniæ rex cui Manfredi regis Siciliæ filia nupta erat, gubernavit. Comitia etiam Erfurdiæ habuit, anno Christi 1290. quibus ante omnia, dissentientes cives & senatum ejus urbis reconciliavit, Dissen-

Dissensionis vero authores capite condemnatos morte mulctavit in foro. Cum etiam Erfurdenses de eruptionibus & expilationibus crebris ex Isenenau factis quererentur, Cæsar illis partem præsidii sui militaris attribuit, & prædones 39. illinc extractos, Erfurdiamque adductos, supplicio affecit. Tum 60 arces prædonum in Turingia Erfurdensium ope & adminiculo destruxit. Albertum vero Turingiæ Landgravium, & filios ejus Fridericum, ac Tiemannum vehementer inter se dissidentes in gratiam redire jussit, in hunc modum, ut pater vim omnem à filiis abstineret: filii vero Misnia, Lusatia, & Authrasia contenti, reliqua patris potestati permitterent. Id quod à parte utraque fide data promissum est. Mortuus est, & sepultus Spiræ, anno 1291, ætatis vero 73. Ab hoc numerantur propagati imperatores Romani laudatissimi, dotibus tamen dissimilibus præditi, hoc modo: Rudolphus I mitis, Albertus I fortis, Albertus II gravis, Fridericus III pacificus, Maximilianus prudens, Rudolphus II clemens. Scribunt aliqui hunc Rudolphum primum extitisse, qui instrumenta lingua Germanica ordinarie scribenda: ante illum vero omnia fuisse

Dissensionis verò authores capite condemnatos morte mulctavit in foro. Cum etiam Erfurdenses de eruptionibus & expilationibus crebris ex Ilmenau factis quererentur, Cæsar illis partem præsidii sui militaris adjunxit, & prædones 99. illinc extractos, Erfurdiamque adductos supplicio affecit. Tum 60 arces prædonum in Turingia Erfurdensium ope & adminiculo destruxit. Albertum verò Turingiæ Landgravium, & filios ejus Fridericum, ac Ticemannum vehementer inter se dissidentes in gratiam redire jussit, in hunc modum, ut pater vim omnem à filiis abstineret: filii verò Mysnia, Lusatia, & Austrasia contenti, reliqua patris potestati permitterent. Id quod à parte utraque fide data promissum est. Mortuus est, & sepultus Spiræ, anno 1291, ætatis verò 73. Ab hoc numerantur propagati imperatores Romani laudatissimi, donis tamen dissimilibus præditi, hoc modo: Rudolphus I mitis, Albertus I fortis, Albertus II gravis, Fridericus III pacificus, Maximilianus prudens, Rudolphus II clemens. Scribunt aliqui hunc Rudolphum primum extitisse, qui instrumenta lingua Germanica ordinarit scribenda: ante illum verò omnia fuisse

fuisse scripta Latinè. In ore habuit sententiam hanc, severum & immitem fuisse me aliquando pœnituit: lenem & placabilem nunquam.

Anno Christi 1292. ADOLPHUS comes Nassaviensis ad imperium evectus, annis sex, & aliquot mensibus regnavit. Conductus est stipendio centum millium aureorum ab Eduardo Angliæ rege, qui id temporis bellum cum Gallis gerebat: quod cum minuere imperii authoritatem plerisq;omnibus videretur, cœpit in odio ille esse, & contemni à multis. Ipse verò pecuniam illam ad emendam Thuringiam contulit, quam Albertus Landgravius consilio improbo duodecim millibus marcarum auri, sive 94000 florenis ei vendebat. At cum occupare eam Imperator vellet, ordines regionis fidei, quam hæreditariis dominis Friderico & Ticemanno debebant, memores, consensu summo, Dominum illum recipere recusarunt. Quod cum iniquo animo ferret Adolphus, armis & ferro regionem adortus expilavit, diripuit, vastavit, immanitate & crudelitate Turcos ipsos superans, ut in rebus Turingicis & Mysnicis dicitur. Cum autem diu hoc bellum privati tantum commodi caussà gessisset, imperii verò

curam

curam nullam haberet, indignaque adeo & nefaria multa in se admitteret: idem archiepiscopus Moguntinus, qui ante autor principibus ad eum eligendum extiterat, ut ab iisdem dejiceretur imperio, effecit. Itaque congregatis principibus Moguntiæ, anno Christi 1298. imperio exutus est, & in locum ejus Albertus Austriacus Rodolphi filius surrogatus. Hinc vindictæ cupiditate incensus Adolphus, Alberto bellum intulit, & cum eo prælium atrox commisit, in quo etiam occubuit, manu Alberti confossus. Cadaver humatum est in monasterio Rosenthal: sed postea ab Henrico Lucelburgico Spiram translatum, & honorifice conditum. Quamquam autem desiderari multa in Adolpho potuerunt: tamen quia unctus fuit Domini, mortem tetram obierunt plerique omnes, qui illi sese opposuerant, aut in necem, sive interitum ejus conspirarant, comites simul, episcopi & archiepiscopi, quos Nauclerus enumerat. Immò Albertus ille, qui illum confoderat, vicissim à fratris filio interfectus est.

Anno Christi 1298. ALBERTUS dux Austriæ, Rudolphi Imperatoris filius à cunctis Electoribus Francofurti designatus Romanorum Rex, im-

peravit

curam nullam haberet, indignaque adeo & nefaria multa in se admitteret: idem archiepiscopus Moguntinus, qui ante author principibus ad eum eligendum extiterat, ut ab iisdem dejiceretur imperio, effecit. Itaque congregatis principibus Moguntiæ, anno Christi 1298. imperio exutus est, & in locum ejus Albertus Austriacus Rudolphi filius surrogatus. Hinc vindictæ cupiditate incensus Adolphus, Alberto bellum intulit, & cum eo prœlium atrox commisit, in quo etiam occubuit, manu Alberti confossus. Cadâver humatum est in monasterio Rosenthal: sed postea ab Henrico Lucelburgico Spiram translatum, & honorificè conditum. Quamquam autem desiderari multa in Adolpho potuerunt: tamen quia unctus fuit Domini, mortem tetram obierunt plerique omnes, qui illi sese opposuerant, aut in necem, sive interitum ejus conspirarant, comites simul, episcopi & archiepiscopi, quos Nauclerus enumerat. Immò Albertus ille, qui illum confoderat, vicissim à fratris filio interfectus est.

Anno Christi 1298. ALBERTUS dux Austriæ, Rudolphi Imperatoris filius à cunctis Electoribus Francofurti designatus Romanorum Rex, imperavit

peravit annis 9, mensibus totidem, & diebus quinque. Consecratus Aquisgrani coronam à pontifice Bonifacio VIII per oratores petiit; sed is primum simpliciter recusavit, quod & electio illius irrita esset, & Dominum suum Adolphum regem occidisset: vel potius, quod ipse sibi summam potestatem in ecclesiasticis & politicis rebus vendicaret, ut habet appendix Martini Poloni. Deinde verò concessit, postquam Cancellarius Cęsaris assentatione sua illum placaverat. Is enim verba pontificis industria singulari subsecutus dixit: in omni re caussa antecedit effectum, effectus verò finem. Quemadmodum Deus antecedit cœlum, cœlum verò inferiores mundi partes. Ergo tu beatissime pater, cum caussa movens sis, Imperator verò exequens, pax tandem finis universi: leva manum tuam, & aquila elevabitur, exequeturque motus tuos.

Bella quidem multa gessit, quibus duodecies prœlio decertavit, sed privata magis, quam publica. Regnum Vngariæ frustra affectavit. Bojemiam verò filio suo Rudolpho acquisivit, Friderico & Ticemanno Mysniæ ducibus amicitiam, fidem, & defensionem promiserat. Sed incensus cupiditate invadendi

dendi Mysniæ ducatum, eumque Bojemiæ regno adjungendi, bellum eis fecit, & modis variis oppugnavit. Venenum quidem hausit propinatum Saltsburgensis episcopi arbitrio, sed medicorum ope evomuit, alterum tamen oculum amisit, unde monoculus etiam fuit dictus. Ingressurus postea Bojemiam exercitum trium millium equitum, & quinquaginta millium peditum addixit. Sed cum Rhenum traiicere vellet, conjuratores quatuor, quibus vitam suam credebat, inter eundum confoderunt illum: Ioannes quidem fratris ipsius filius, pugionem primum in collum adegit, reliqui deinde in faciem, caput, & totum corpus enses defixerunt, anno Christi 1308. Parricidæ profugi partim perpetui carceris pœna, partim suppliciis gravissimis mulctati sunt. Sepultus est Spiræ.

Anno Christi 1308. HENRICVS Lucelburgensis VII. Imperator electus est Francofurti, insignitus verò Aquisgrani corona Caroli Magni ab archiepiscopo Coloniense. Imperavit annis quatuor, mensib. 9. Initio imperii sui conventum egit Spirę, in quo Adolphi & Alberti Cæsarum corpora honorificè humanda curavit. Postea bellum Mysnicum diuturnum & exitiale sic

compo-

dendi Mysniæ ducatum, eumque Bojemiæ regno adjungendi, bellum eis fecit, & modis variis oppugnavit. Venenum quidem hausit propinatum Salisburgensis episcopi artibus: sed medicorum ope evomuit, alterum tamen oculũ amisit, unde monoculus rex fuit dictus. Ingressurus postea Bojemiam exercitum trium millium equitum, & quinquaginta millium peditum adduxit. Sed cum Rhenum traiicere vellet, conjuratores quatuor, quibus vitam suam credebat, inter eundum confoderunt illum: Ioannes quidem fratris ipsius filius, pugionem primum in collum adegit, reliqui deinde in faciem, caput, & totum corpus enses defixerunt, anno Christi 1308. Parricidę profugi partim perpetui carceris pœna, partim suppliciis gravissimis mulctati sunt. Sepultus est Spiræ.

Anno Christi 1308. HENRICVS Lucelburgensis VII. Imperator electus est Francofurti, insignitus verò Aquisgrani corona Caroli Magni ab archiepiscopo Coloniensẽ. Imperavit annis quatuor, mensib. 9. Initio imperii sui conventum egit Spirę, in quo Adolphi & Alberti Cæsarum corpora honorificè humanda curavit. Postea bellum Mysnicum diuturnum & exitiale sic

compo-

composuit, ut Fridericus dux Thuringiam & Mysniam, Bojemi verò inferiorem Lusatiam retinerent. In Italiam profectus, Mediolani coronam ferream accepit, cum conjuge. Deinde rebelles passim oppugnavit & vicit. Tum Genuam etiam ingressus pacavit. Inde Romam venit, & in Laterano coronatus, Augustusque appellatus est. Roma Tyburtum progressus, tumultum ibi sedavit. Mox Florentinos oppugnavit, & cum Siciliæ rege Friderico fœdus fecit. Apuliç verò regem Robertum proscripsit, qui cũ armis sese defensurus esset, Cæsar cum exercitu ei obviam ivit. Sed casus horrendus consilium ejus prævenit. Conductus enim fuit à Senensibus quidam ordinis prædicatorum monachus, qui porrecto pane in Eucharistia, eum necavit in Tuscia, apud Bonconventum anno 1313. sepultus est Pisis.

Anno 1314. iterum contentione ancipiti distracti septemviri, duos reges elegerunt. Moguntinus quidem & Trevirens. archiepiscopi, Ioannes item Bojemiæ rex, & VVoldemarus elector Brandeburgicus LVDOVICVM V BAVARVM crearunt, & Aquisgrani coronarunt. Coloniensis verò archiepiscopus, Saxo, & Palatinus ad Rhenum

Electores designarunt Fridericum pulchrum Austriæ ducem, Alberti Cæsaris filium, Ludovici consobrinum, eumque Bonnæ consecrarunt. Horum ille annis 33, hic verò annis 15 imperavit. Ludovicus legatum ad Papam misit de confirmatione electionis suæ, sed nihil impetravit.

Fatale hoc dissidium principum imperii fuisse videtur ad turbandam & convellendam Germaniæ pacem atque dignitatem. Inde enim civile bellum funestum extitit, quod annis octo fortuna varia, eventuque ancipiti gestum est, & vix præliis quinque tandem sopitum. Erat tunc Germaniæ populus & opibus affluentior, quod & Belgiæ urbes, & Helveticæ imperio Germanorum parebant. Hæ ergo, ut & in dissensione civili, ita divellebantur, ut aliæ Ludovicum, aliæ Fridericum sequerentur. Accedebant etiam Pontificis Romani consilia nimis callida & ambitiosa, quibus dominatum sibi per totum imperium quærebat.

Fridericus quidem anno 1316. Esslingam Sueviæ urbem cum sociis suis obsidebat: sed repellebat eum Ludovicus, commisso victoriæ incertę prœlio. Inde tumultuatum est in Germania, usque ad annum 1323. quo Fride-

Electores designarunt Fridericum Pulcrum Austriæ ducem, Alberti Cæsaris filium, Ludovici consobrinum, eumque Bonnæ consecrarunt. Horum ille annis 33, hic verò annis 15 imperavit. Ludovicus legatum ad Papam misit de confirmatione electionis suæ, sed nihil impetravit.

Fatale hoc dissidium principum imperii fuisse videtur ad turbandam & convellendam Germaniæ pacem atque dignitatem. Inde enim civile bellum funestum extitit, quod annis octo fortuna varia, eventuque ancipiti gestum est, & vix prœliis quinque tandem sopitum. Erat tunc Germania populis & opibus affluentior, quod & Belgicę urbes, & Helveticæ imperio Germanorum parebant. Hæ ergo, ut fit in dissensione civili, ita divellebantur, ut aliæ Ludovicum, aliæ Fridericum sequerentur. Accedebant etiam Pontificis Romani consilia nimis callida & ambitiosa, quibus dominatum sibi per totum imperium quærebat.

Fridericus quidem anno 1316. Esslingam Sueviæ urbem cum sociis suis obsidebat: sed repellebat eum Ludovicus, commisso victoriæ incertę prœlio. Inde tumultuatum est in Germania, usque ad annum 1323. quo Fride-

ricus exercitum decem millium Vngarorum, & viginti millium Austriacorum in Bavariam duxit, eamque graviter afflixit, diripuit, exussit, & in turbam inermem virorum & mulierum horrendum in modum sæviit. Huic ergo occurrit Ludovicus, & cum eo ad oppidum Multorff & Otingam prœlio atroci decertavit: in quo copias illius fudit, ipsum verò cepit, cũ fratre Henrico, & triennio in custodia retinuit. Postea dimisit ea conditione, ut nomen quidem & titulum, sed neque jus, neque potestatem Imperatoris usurparet. Nec ita multo post captivitatem mortuus est ille, anno 1330. Ludovicus verò sublato ad hunc modum imperii æmulo, pacataq; Germania ad sedandos etiam Italię tumultus animum appulit. Erat autem Italiæ tumultus omnis ex factione Gibelinorum & Guelphorum exortus. Itaque copias aliquas misit Ludovicus Galeaciis, Mediolani comitibus, qui Gibelinorũ duces erant, subsidio adversus Guelphos. Tum vicarios passim & præfectos in Italiæ urbibus collocavit. Qua re offensus Papa Ioannes XXII excommunicatione dignum Cæsarem judicavit, quod & hostes suos Gibelinos armaret, & imperatoris munus sibi ante pontificiam confirma-

firmationem arrogaret. Itaque Avinionem ad dicendam caussam citavit, & non comparentem, sed ad concilium generale provocantem cum omnibus fœderatis, anno Christi millesimo trecentesimo vigesimo quarto excommunicavit. Ex quo disceptatio ingens nata est, quibusdam Theologis & Iureconsultis Papam, nonnullis verò Cæsarem defendentibus.

Anno Christi 1327. in Italiam ipse cum exercitu ivit, ibiq; acceptus & habitus honestissime primum coronatus est Mediolani, inde rebus per Italiæ civitates compositis, Romam eundo, unde legatis ad Papam in Galliam missis, inaugurari se ab eo petiit. Quod ubi is facere recusavit, cardinalis Stephanus Columna, consentiente senatu, clericis, populoq; Romano, reclamante verò pontifice, insignivit illum diademate, & una etiam imperatricem ipsam, quæ id temporis filium ibi peperit, qui ab urbe Roma Ludovicus Romanus est dictus. Cæsar injuriæ pontificis memor, adhibet in consilium Cardinales & episcopos, factoque decreto, Papam Ioannem XXII abdicat, & ejus loco Nicolaum V collocat. Idque scripto publico defendit.

Postquam verò in Germaniam rediit,

firmationem arrogaret. Itaque Avinionem ad dicendam caussam citavit, & non comparentem, sed ad concilium generale provocantem cum omnibus fœderatis, anno Christi millesimo trecentesimo vigesimo quarto excommunicavit. Ex quo disceptatio ingens nata est, quibusdam Theologis & Iureconsultis Papam, nonnullis verò Cæsarem defendentibus.

Anno Christi 1327. in Italiam ipse cum exercitu ivit, ibiq; acceptus & habitus honestissimè primum coronatus est Mediolani, inde rebus per Italiæ civitates compositis, Romam cōtendit, unde legatis ad Papam in Galliam missis, inaugurari se ab eo petiit. Quod ubi is facere recusavit, cardinalis Stephanus Columna, consentiente senatu, clericis, populoq; Romano, reclamante verò pontifice, insignivit illum diademate, & una etiam imperatricem ipsam, quæ id temporis filium ibi peperit, qui ab urbe Roma Ludovicus Romanus est dictus. Cęsar injurię pontificis memor, adhibet in consilium Cardinales & episcopos, factoque decreto, Papam Ioannem XXII abdicat, & ejus loco Nicolaum V collocat. Idque scripto publico defendit.

Postquam verò in Germaniam rediit,

Italiæ urbes, inter quas Pisæ primas tenuerunt, iterum defecerunt, & Nicolaum V captum ad Ioannem XXII miserunt. Quamobrem jussu Cæsaris in Italiam profectus cū exercitu Ioannes Bojemię rex, vi belloq; civitates multas in potestatem suam redegit. Sublato è vivis Ioanne XXII, ad successorem ejus Benedictum XII legationem misit Cæsar, & absolutionem petiit. Is initio quidem nō gravatè eam impertire voluit: sed à Philippo Galliarum, & à Roberto Siciliæ regibus prohibitus est. Cum hac via ad id quod volebat, pervenire non possèt, alia via rem aggreditur, & conventum Spiræ habuit, indeque comitem Nassaviensem Gerlacum, & episcopum Curiensem legatos de eadem re ad pontificem misit. Qui paratum se quidem ad gratificandum Cæsari esse iterum ostendit, sed per regem Galliæ sibi non licere confirmavit.

Interim de Galliæ regno contendentes Eduardum Angliæ, & Philippum Galliæ reges Cęsar componit eo pacto, ut Eduardus regnum Galliæ hæreditario jure propter matrem Caroli sororem obtineat. At cum Philippus Gallus veniam à Cæsare peteret, receptus est ab eo in gratiam, & una cum ipso legationem ad Papam misit, quæ absolutionem

tionem peteret. Sed iterum recusavit pontifex, ne quid Galliæ regis gratia facere videretur. His tot & tam diuturnis injuriis permotus Cæsar, conventum imperialem Francofurti ad Mœnum celebravit, in quo acta Ioannis XXII contra illum reprobata sunt, decretumq; est, Papam nihil prorsus habere juris aut potestatis in Romanum imperatorem, nec convenire illi partem ullam jurisdictionis civilis. Sed majorem esse concilii authoritatem, quam pontificis. In his comitiis Guilelmus Iuliæ comes, dux Iuliacensis & Bergensis à Cæsare creatus est.

Anno 1343. alium conventum egit Francofurti, in quo ad principes atque ordines imperii postulata Pontificis Romani retulit. Cum enim per legatos absolutioné à novo pontifice, Clemente VI petiisset, postulavit is, ut Cæsar primum confiteretur omnes errores & hęreses objectas: deinde ut fasces imperii deponeret, nec nisi ex pōtificis gratia reciperet: tum, ut se, suos liberos, ac bona potestati Papę subjiceret. Adjecit nonnulla alia, quæ ad imperii statum pertinebāt. De his igitur principum ac ordinum imperii cōsilia exquisivit, qui iniquissima illa esse judicarunt, & pro nihilo duxerunt. Papa ergo an. 1346.

cum in ipso cœnę Dominicę die execratus est, schismaticum & hæreticū pronuncians, omniaq; acta & decreta contra illum renovans: tum Electores etiam ad creandum alium imperatorem intra tempus præfinitum hortatus est. Quod nisi facerent, se officio suo non esse defuturum, minatus est. His minis compulsus archiepiscop. Moguntinus principes imperii convocavit, in oppidum Rens, diœcesis Trevirensis, qui abdicato Ludovico, elegerunt Carolum Ioannis Bojemiæ regis filium. Sed ea electio à principibus quibusdam reprobata est, à pontifice verò confirmata. Sequente anno è vita discessit Ludovicus ex equo delapsus, cum ex venatione rediisset, anno Chr. 1347. Hostes ejus ex parte majori in cōflictu ad Cressiacum inter Anglos & Gallos perierunt. In quo etiam ipse rex Bojemiæ, imperatoris electi pater cęcus inter cōfertissimas hostes pugnans interiit.

Anno Chr. 1346. CAROLVS IV. Ioannis Bojemiæ regis filius à principibus quibusdam pecunia corruptis, ut Nauclerus ait, imperator creatus annis imperavit 32, mensib. 7, dieb. 14. Initio ejus imperii Romę novus tumultus est exortus, cum quidam Nicolaus scriba publicus, occupato Capitolio, plebem sibi

sibi devinxit, restitutionemque reipub. Romanæ in pristinum statum dignitatis & libertatis pollicitus est. Hic in eam opinionem & admirationem adduxit hominum animos, ut omnes Itali-lici nominis per legatos pacem, amicitiamq; ab eo peterent. Sed exiguo temporis momento inclinatio magna facta est. Nondum enim biennium abierat, cum urbe pulsus, in potestatem pontificis venit, vinculis constrictus, ut Nauclerus scribit.

Mortuo autem Ludovico VII, cuncti ordines electionem Caroli IV irritam habuerunt. Iccirco principes nonnulli, archiepiscop. Moguntinus, Saxo, Brandeburgicus, & Palatinus ad Rhenum designarunt Eduardum Angliç regem. Qui cum suscipere ad se delatum imperium recusaret, Fridericum Gravem Mysniæ marchioné, & Turingiç Landgravium elegerunt. Sed is quoq; renuit pacis caussa, accepto à Carolo honorario munere 10. mill. marcarum auri. Tandem ventũ est ad Guntherum comitem Schvvarceburgicum, virũ strenuum & bellicosum, qui quoq; acceptare noluit, priusquam vacare illud liquido constaret. Quod cum ita esse confirmarent principes, annuit, & Francofurto obsesso, post duos penè menses,

regio more in urbē receptus est. Postea vero ægrotare cœpit, & à medico Fridanco venenum in potione sibi propinatum hausit, unde & ipse, & medicus, quē prægustare oportuit, extincti sunt. Remoto hoc imperii æmulo, Carolus IV principes, qui adversati fuerant, placatiores reddidit, & imperium, nemine repugnante, obtinuit. Acta ejus memorabilia maximè sunt. I. non quidē augeri, sed diminui passus est imperium, cum Huniberto Galliæ Delphino concessit, ut Delphinatum, qui pars erat imperii, Galliæ regi venderet, eo tamen pacto, ut maximus natu Galliæ regis filius eum teneret, & feudum à Cæsare atque imperio acciperet. Henetorum verò principes ad littus Balticum, Ioannem, & Albertum sic honestavit, ut duces imperii efficeret, qui ante Domini Vandalorum dicebantur.

Rursum privati commodi studium in eo adhibuit, quod marchiam Brandeburgensem, ducatumque Bavariæ, emtionibus, aut dotalitiis pactis ex parte ad se, & ad regnum Bojemiæ traduxit. Silesiam verò & Lusatiam hæreditario jure acceptas evexit, & Vratislaviam in primis claram ampliavit, & templo novo S. Dorotheæ auxit. Norimbergæ verò senatum & cives dissen-

dissentientes in concordiam pristinam reduxit, abdicatis tribunis, qui cum fabris & reliqua plebe Cæsari erant adversati: honestatis vero laniis, qui cùm senatu à Cæsare steterant, sic, ut liceret illis bacchanalium diebus ludos anniversarios celebrare.

In Italiam venit cum conjuge anno 1354. & primum Mediolani corona ferrea, deinde Romæ alia insignitus est. Pisis vero male acceptus est, tumultuantibus scilicet contra eum civibus. Ac nisi à Germanis defensus fuisset, periculum ei maximum à furiosa multitudine allatum esset. Imperatrix ipsa, nisi impetum declinasset, in ganeum abducta esset. Anno autem 1360. iterum in Italiam vocatus à Pontifice Vrbano V. ad reprimendũ illius hostem Bernabovem, obtemperavit quidem, sed pace facta cum hoste, tertio mense in Germaniam rediit.

Nihil vero fecit præclarius & ad firmandam tuendamque imperii authoritatem utilius, quam quod Auream Bullam, suffragantibus imperii ordinibus, publicavit. Ea enim firmamentum est, & propugnaculum, murusque tranquillitatis & pacis in imperio. Hæc alio nomine lex Carolina appellatur, & constitutionem continet, quæ do-

docet, quo pacto eligi Imperatorem oporteat, & quomodo cujusque ordinis dignitas in imperio conservanda sit. Memorat Vrspergensis appendix Carolum eodem anno, quo edita est Bulla, festum nativitatis Christi Moguntiæ celebrasse, & apparato splendidissimo epulo unumquemq; Electorum imperii munere suo functum esse.

Non minus laude dignum est, quod Academiam Pragæ constituit, quam Papa Innocentius VI. confirmavit anno 1361. Maxime vero prædicandus est amor mirificus erga literas, earumque professores in Carolo IV. quippe qui non solum eruditis viris familiariter usus est, eosque disputantes libenter audivit, sed literas & linguas ipse etiam insigniter tenuit. Interfuit aliquando disputationi in Academia Pragensi, qua ita incensus & delectatus est, ut cum in quartam usque horam auscultasset, & à purpuratis ad cœnam vocaretur, magis se disputatione, quam cibo aut potu lætari ostenderit: Hæc mea, inquiens, cœna est.

Ambitioné etiam & fastum clericorum vehementer odit. Aliquando collocuturus Moguntiæ cum archiepiscopis, Muguntino, Coloniense, & Trevirense, vidit Canonicum Cunonem à

Falckenſtein cum capitio precioſo, ex auro, & aureis ſericiſque ligaturis conſuto. Id ſibi porrigi juſſit, & ſuo capiti, ſuum verò vilius capiti Cunonis impoſuit: ad principes converſus, inquiens, an non in capitio Cunonis militi, quam clerico ſimilior ſum? deinde reddito Cunoni capitio, archiepiſcopum hortatus eſt, Domine archiepiſcope, inquiens, præcipimus vobis, ut pro ea fidelitate, qua nobis aſtringimini, reformetis clerum veſtrum, & abuſum in veſtibus, calceis, capillis, ac reliquo vitæ uſu tollatis. Quod ſi non feceritis, nos, aſſentiente pontifice, beneficia in alios uſus honeſtos convertemus. Papæ quoque legato reſpondit eodem tempore & loco: Domine legate, Papa miſit vos in Germaniam, ut magnam exigatis pecuniam, ſed in clero nihil reformatis. Mortuus eſt Pragæ anno 1378.

Anno 1376. VVENCESLAVS Caroli IV. filius, vivente patre, deſignatus Romanorum Imperator, regnavit annis 22. Hujus præter cæteros nobilitata eſt inertia, ignavia, deſidia, luxuria, libido, crudelitas Quorum quidem vitiorum documenta non obſcura dedit primum in partu, cũ matrem extinxit, deinde in Baptiſmo, cum

aquam

aquam polluit, tum in ipsa etiam inauguratione, cum aram cœno suo contaminavit. Quamobrem Sardanapalus, Margites, Thersites appellatur in historiis. Eo ergo imperante, privatis & publicis incommodis imperium affici necesse fuit. In Bojemia quidem, religione mutata, tumultuari cœptum est.

In imperio verò civitatibus multum damni à vicinis principibus datum est. Ex quo distractio principum & civitatum horribilis secuta est: destitutæq; civitates omni ope atque præsidio imperii, fœderibus sese munire cœperunt, Helveticæ contra Suevicas, Suevicæ contra Helveticas. Cum autem tolerari diutius tanta in figura Imperatoris feritas & immanitas belluæ non posset, captus est ab ordinibus Bojemici regni, & in custodiam datus, anno 1393. Sed post hebdomadas 17. opera Ioannis Lusatiæ, & Procopii Moraviæ ducum dimissus est. Tandem vero anno 1400. cum sæpius frustra esset admonitus, principes Electores imperium ei abrogarunt, & in munere alium substituerunt, Fridericum ducem Brunsuigæ & Lunæburgi, prudentia & bellica laude excellentem: qui statim insidiis & fraude archiepiscopi Mogun-

Moguntini ad Frislariam interfectus est. Ex quo motus & tumultus magni in imperio orti sunt, & pervulgari etiam illud cœpit, quod Moguntiæ in limine basilicæ cathedralis inventum est lapidi cuidam incisum: Moguntia ab antiquo nequam. VVenceslaus vero, anno Christi 1419. apoplexia extinctus est Pragæ. Inventa sunt hoc Imperatore, nempe anno 1380. bombardæ à Bertholdo Nigro, monacho, & Chymista Germano: vel certe hoc anno primum à Venetis in bello contra Genuenses usurpatæ, ut Polydorus scribit. Historia autem de China affirmat pervetustum esse usum tormentorum bellicorum in eo regno, monstratum primò regi à quodam spiritu ex terræ claustris erumpente.

Anno Christi 1400. rex Romanorum electus est RVPERTVS Bavariæ dux & Rheni Palatinus, annis regnavit 9. mensibus 10. Hoc imperante in Italia Galeacius Mediolani dux tumultuatus est, & regnum affectavit. Romam verò Ladislaus Neapolitanus rex oppugnavit, Papam expulit, capitolium occupavit, castellum sancti Angeli expugnavit, & oppida multa Pontifici detraxit. Rupertus igitur in Italiam à Pontifice & Florentinis vocatus,

Moguntini ad Frislariam interfectus est. Ex quo motus & tumultus magni in imperio orti sunt, & pervulgari etiam illud cœpit, quod Moguntiæ in limine basilicæ cathedralis inventum est lapidi cuidam incisum: Moguntia ab antiquo nequam. VVencessaus vero, anno Christi 1419. apoplexia extinctus est Pragæ. Inventæ sunt hoc Imperatore, nempe anno 1380. bombardæ à Bertholdo Nigro, monacho, & Chymista Germano: vel certe hoc anno primum à Venetis in bello contra Genuenses usurpatæ, ut Polydorus scribit. Historia autem de China affirmat pervetustum esse usum tormentorum bellicorum in eo regno, monstratum primò regi à quodam spiritu ex terræ claustris erumpente.

Anno Christi 1400. rex Romanorum electus est RVPERTVS Bavariæ dux & Rheni Palatinus, annis regnavit 9. mensibus 10. Hoc imperante in Italia Galeacius Mediolani dux tumultuatus est, & regnum affectavit. Romam verò Ladislaus Neapolitanus rex oppugnavit, Papam expulit, capitolium occupavit, castellum sancti Angeli expugnavit, & oppida multa Pontifici detraxit. Rupertus igitur in Italiam à Pontifice & Florentinis vocatus,

tus, comprimere quidem conatus nefarios Galeacii ope summa nitebatur; sed obsistebat ei præsul Moguntinus, ut navare & efficere nihil posset. Etsi enim Papa concesserat, ut decimas à sacerdotibus ad eam expeditionem exigeret: tamen Moguntinus non solum exactionem impediebat, sed Leopoldum etiam *Austriæ* ducem, & Colonienſem præsulem ab eo abalienabat. Itque congressus contra Galeacium armatus, in prælio ab eo victus est, & in fugam conjectus. Hac clade affectus, cum deseri se & negligi à Papa & Florentinis sentiret, re infecta in Germaniam rediit, & abjecta Italiæ cura, domi rempublicam bene feliciterque gessit, & anno Christi 1410 in urbe Oppenheim è vita exiit, Spiræque sepultus est, ubi elogium præclarum justitiæ, pacis, & pietatis ei impertitum est. In locum ejus successit Iodocus Moraviæ Marchio à principibus nonnullis electus, sed sex tantum mensibus regnavit. Alii verò Sigismundum Vngariæ regem crearunt.

Anno Christi 1411. SIGISMVNDVS Vngariæ rex, Caroli IV. filius, una mente, unaque voce Septemvirûm designatus Romanorum rex, annis 26. mensibus 8, regnavit. Sapientia, eruditio-

ditione, probitate, & multarum rerum peritia excelluit: In toga tamen, quam in armis felicior. Curas & cogitationes omnes in ecclesiam & politiam contulit. Cum enim religionis Hussiticæ dissidium indies pene cresceret: præcavere, quantum conniti animo, quantumque contendere labore poterat, studebat, ne longius serperet, aut progrederetur. Itaque triennio bonam Europæ partem peragravit, cogendi concilii caussa, in quo controversia cognosci & dirimi posset. Erat autem multo plus turbarum inter ipsos pontifices adulterinos, quam inter Hussitas ipsos, qui pro hæreticis à plerisque habebantur. Ante igitur pontifices reformari oportuit. Quod magno animo Imperator fecit, & assentiente concilio, tres Papas sede, in quam vi & fraude invaserant, dejecit, aliumque effecit. Pontificum furore compresso ad Hussi caussam aggressus est. Postquam igitur de adventu ejus cognovit, completiam Constantiam venit, in profesto natalis Christi, ac mox ingressus templum, ubi missam pontifex celebrabat, Euangelium Euangelistæ habitum gerens, cecinit. Etsi autem præclara multa in hoc concilio egit, unum tamen in se admisit, quod plerique

omnes

ditione, probitate, & multarum rerum peritia excelluit: In toga tamen, quam in armis felicior. Curas & cogitationes omnes in ecclesiam & politiam contulit. Cum enim religionis Hussiticæ dissidium indies pene cresceret: præcavere, quantum conniti animo, quantumque contendere labore poterat, studebat, ne longius serperet, aut progrederetur. Itaque triennio bonam Europæ partem peragravit, cogendi concilii caussa, in quo controversia cognosci & dirimi posset. Erat autem multo plus turbarum inter ipsos pontifices adulterinos, quam inter Hussitas ipsos, qui pro hæreticis à plerisque habebantur. Ante igitur pontifices reformari oportuit. Quod magno animo Imperator fecit, & assentiente concilio, tres Papas sede, in quam vi & fraude invaserant, dejecit, aliumque suffecit. Pontificum furore compresso ad Hussi caussam aggressus est. Postquam igitur de adventu ejus cognovit, ipse etiam Constantiam venit, in pro- festo natalis Christi, ac mox ingressus templum, ubi missam pontifex celebrabat, Euangelium Euangelistæ habitum gerens, cecinit. Etsi autem præclara multa in hoc concilio egit, unum tamen in se admisit, quod plerique

omnes

omnes improbare solent. Lenitate enim sua abuti pontificios passus est, & decreta eorum rata habuit. Quam ob caussàm successum & felicitatem omnem ab eo abfuisse animadversum est.

In bellis adversa fortuna plerunque usus est. Primum cum Bajazete Turco conflixit ad Nicopolim, anno Christi 1395. sed viribus longe inferior. Turca enim sexaginta millia equitum, ducenta vero & quadraginta millia peditum habuit: ipse verò circiter 20000 equitum, sexaginta vero millia peditum. In conflictu ad sexaginta millia Turcorum, viginti vero millia Christianorum occubuerunt, duces multi sunt capti, & Sigismundus in fuga præsidium sibi posuit. Cladis Christianorum alia caussa non fuit, quam discordia ex ambitione orta, dum modo Galli, modo Vngari primas sibi vendicarunt. Inventi tamen sunt Vngari, qui culpam omnem in regem conferrent, & propterea fastidire illum inciperent. In hos ergo cū animadvertisset rex, & securi aliquos propter conspirationem percussisset, captus est & in carcerem contrusus. Vnde tamen evasit, eorum beneficio, quibus cura carceris commissà erat. Recuperata

libertate, sine mora omni exercitum comparavit, & regnum Vngaræ recuperavit, anno 1401.

In Bojemia verò bellum diuturnum & grave contra Hussitas gessit, quod sanguine multo constitit, & vastitatem templis, oppidis, clero, & populo attulit. Caussa autem belli tam funesti alia non fuit, quam damnatio doctrinæ Christianæ, & professorum ejus Ioannis Hussi, ac Hieronymi Pragensis in Constantiensi concilio. Multa enim concurrebant, quæ iniqua prorsus videbantur Bojemis. Primum quidem contra fidem ab imperatore datam Ioannes Hussus ex manibus Baronum Ioannis Sclavatæ Chlumensis, & VVenceslai Dubensis, qui illum Constantiam adduxerant, ereptus, satellitibus pontificiis traditus est. Deinde in consessum productus non quidem probare, sed revocare & abjicere dogmata sua jussus est. Quod cum facere neque posset, neque vellet, exustus est. Qua re offensi Bojemi ferro religionem suam tueri, & injuriam vindicare aggressi sunt. Quanquam autem extra modum cædibus, rapinis, incendiis prodierunt: tamen cum frustra magistratus opem implorassent, parendum esse justo dolori, & serviendum ira-

libertate, sine mora omni exercitum comparavit, & regnum Vngariæ recuperavit, anno 1401.

In Bojemia verò bellum diuturnum & grave contra Hussitas gessit, quod sanguine multo constitit, & vastitatem templis, oppidis, clero, & populo attulit. Caussa autem belli tam funesti alia non fuit, quam damnatio doctrinæ Christianæ, & professorum ejus Ioannis Hussi, ac Hieronymi Pragensis in Constantiensi concilio. Multa enim concurrebant, quæ iniqua prorsus videbantur Bojemis. Primum quidem contra fidem ab imperatore datam Ioannes Hussus ex manibus Baronum Ioannis Sclavatæ Chlumensis, & VVenceslaiDubensis,qui illum Constantiam adduxerant, ereptus, satellitibus pontificiis traditus est. Deinde in consessum productus non quidem probare, sed revocare & abiicere dogmata sua jussus est. Quod cum facere neque posset, neque vellet, exustus est. Qua re offensi Bojemi ferro religionem suam tueri, & injuriam vindicare aggressi sunt. Quanquam autem extra modum cædibus, rapinis, incendiis prodierunt: tamen cum frustra magistratus opem implorassent, parendum esse justo dolori, & serviendum ira-

 cundiæ

cundiæ putarunt. Tenebatur enim Sigismundus pontificiis decretis adeo, ut contra ea omnino hiscere non auderet. Quamobrem arma justa se induere crediderunt Bojemi, & ut fieri solet, theologicum bellum facile exarsit, tarde vero deflagravit.

Anno Christi 1417. ferro primum invadunt põtificios, templa diripiunt, in monasteria irruunt, sacerdotum monachorumque agmina eiiciunt, & quæcunq; occurrunt, cædunt, ut idololatriæ nervos incidant. Non multo post Pragam adoriuntur, curiam occupant, senatores septem primarios de fenestris præcipitant, quos hastis suis turba furens excipit.

Oritur id temporis Vratislaviæ etiam tumultus, ad quem sedandum accedit Sigismundus anno Christi 1420. Ac primum quidem cives distractos in pristinam concordiam reducit, deinde supplicio authores tumultus 22. afficit. Interim deligunt sibi Hussitæ du- cem Ioannem Ziscam, virum strenuum, & rei militaris peritum, nobili loco ortum, & in aula regia educatum. Hic incredibili quodam animi robore septus, etiam amisso in pugnis utroque oculo, ducis invicti munus exequitur, & ut mortuus etiam hosti-

bus noceat: ex cute sua tympanum fieri jubet, quo terrori illis esse queat. Conditor est urbis Thabor, quæ arx & propugnaculum Hussitarum extitit, ex qua etiam Thaboritæ dicuntur. Huic ergo, relicta Vratislavia, cum exercitu obviam it Sigismundus, & Pragam quidem obsidet, sed dum potiri ea non potest, arcem VVenceslai ingreditur, & coronam regiam illic ab archiepiscopo Conrado accipit. Inde in Vngariam proficiscens copiis majoribus sese adversus rebelles munit. Zisca vero intra & extra urbem templa diruit, statuas deiicit, monasteria evertit. Memorabile est ejus stratagema, quo tunc usus est, cum ab adversariis pene oppressus esset. Dimicandum ei erat cum equitibus, ipse vero pedestres copias habebat. Allicit igitur hostem in loca aspera, rubis sentibusq; plena, ubi non nisi pedestre prœlium poterat iniri. Quare de equis desilire hostes oportet. Qui cum calcaria pedibus aptata habeant, jubet Zisca mulieres, quæ exercitum sequebantur, pepla sua de capitibus in terram proiicere. Quo facto, impliciti hostes peplis per calcaria, cæduntur priusquam se expedire possint.

Sequente anno redit in Bojemiam

bus noceat, ex cute sua tympanum fieri jubet, quo terrori illis esse queat. Conditor est urbis Thabor, quæ arx & propugnaculum Hussitarum extitit, ex qua etiam Thaboritæ dicuntur. Huic ergo, relicta Vratislavia, cum exercitu obviam it Sigismundus, & Pragam quidem obsidet, sed dum potiri ea non potest, arcem VVencesslai ingreditur, & coronam regiam illic ab archiepiscopo Cunrado accipit. Inde in Vngariam proficiscens copiis majoribus sese adversus rebelles munit. Zisca vero intra & extra urbem templa diruit, statuas deiicit, monasteria evertit. Memorabile est ejus stratagema, quo tunc usus est, cum ab adversariis pene oppressus esset. Dimicandum ei erat cum equitibus, ipse vero pedestres copias habebat. Allicit igitur hostem in loca aspera, rubis sentibusq; plena, ubi non nisi pedestre prœlium poterat iniri. Quare de equis desilire hostes oportet. Qui cum calcaria pedibus aptata habeant, jubet Zisca mulieres, quæ exercitum sequebantur, pepla sua de capitibus in terram proiicere. Quo facto, impliciti hostes peplis per calcaria, cæduntur priusquam se expedire possint.

Sequente anno redit in Bojemiam

Sigismundus, & cum Zisca confligens vincitur atq; fugatur. Secedens igitur novis copiis ex Vngaris, Moravis, & Austriacis sese firmat. Polonorũ verò rex Hussitis subsidio mittit fratrem Coributum, Lituaniæ ducem, cum bis mille equitibus, ut rex à Bojemis creetur. Sed repugnante Zisca, Pragenses, qui regem illum optabant, nihil obtinere possunt. Reversus in Bojemiam Sigismundus, oppida nonnulla partim vi, partim deditione capit. Sed à Zisca repellitur & in fugam vertitur, amissis nobilibus multis. Fugiens Cuthnam antichristi crumenam propter argentifodinas appellatam, exurit. Sed insequens eum Zisca unius diei itinere, spolia ampla reportat. Imperator verò cum suis, Vngaris præsertim, in glacie multitudinis pondere dissoluta cladem magnam accipit. Hussitæ contra elatis animis irruptiones in Silesiam faciunt, multaque ferro & igne diripiunt, & vastant, & quod miserabile est, alicubi sacerdotes puerosque ad aras obtruncant.

Pontifex ut labenti inclinatæque parti subsidium ferat, principes Electores imperii hortari non desistit, ut opes, viresque ad oppugnandum hæreticos conferant. Hi ergo adjuti etiam

ab

ab Anglis, exercitum tantum in Bojemiam adducunt, quantum satis esse ad frangendum hostes putant. Sed mirum est, quod exercitus tantus rumore solo adventantium hostium tanquam Panico terrore objecto prius recedit & fugit, quam hostem conspicit. Hussitæ ergo, præda in hostium castris inventa, locupletati, & divinitus adjuti, consilium propositumque suum exequi pergunt. Interim conjungunt vires & opes adversus eos Vratislavienses & Suidnicenses, multos cædunt, & oppida nonnulla capiunt. Verum Hussitæ mortuo Zisca, ducem novum sibi asciscunt, Procopium, in Mysniam irrumpunt, eamque populantur, & in Voitlandiam etiam, tum in Franconiam usque procedunt, ubi tamen Bambergensibus & Norimbergensibus, pecunia placati, parcunt. Quin etiam in Marchiam irruunt, & damni plurimum edunt.

Territo in hunc modum & conturbato imperio, conventum indicit imperator Norimbergæ, ad quem venit etiam Cardinalis Iulianus, pontificius legatus, qui plenas indulgentias pollicetur omnibus, qui arma adversus Hussitas induant. Hic principibus imperii author est, ad suscipiendam ex-

X 3 pedi.

ab Anglis, exercitum tantum in Bojemiam adducunt, quantum satis esse ad frangendum hostes putant. Sed mirum est, quod exercitus tantus rumore solo adventantium hostium tanquam Panico terrore objecto prius recedit & fugit, quam hostem conspicit. Hussitæ ergo, præda in hostium castris inventa, locupletati, & divinitus adjuti, consilium propositumque suum exequi pergunt. Interim conjungunt vires & opes adversus eos Vratislavienses & Suidnicenses, multos cædunt, & oppida nonnulla capiunt. Verum Hussitæ mortuo Zisca, ducem novum sibi asscissunt, Procopium, in Mysniam irrumpunt, eamque populantur, & in Voitlandiam etiam, tum in Franconiam usque procedunt, ubi tamen Bambergensibus & Norimbergensibus, pecunia placati, parcunt. Quin etiam in Marchiam irruunt, & damni plurimum eidant.

Territo in hunc modum & conturbato imperio, conventum indicit imperator Norimbergæ, ad quem venit etiam Cardinalis Iulianus, pontificis legatus, qui plenas indulgentias pollicetur omnibus, qui arma adversus Hussitas induant. Hic principibus imperii author est, ad suscipiendam ex-

peditionem novam contra Hussitas: ac ipse exercitum 40000 equitum, sed pauciorum aliquanto peditum, ex omni robore & flore Germaniæ collectum præcedit, Bojemiam spe & animo inflatus ingreditur, hæreticorum villas incendit, & oppida diripit. Sed audito hostium adventu ita terretur, ut abjecta omni pugnandi cupiditate in fugam fœdissimam sese coniiciat, antequam hostem ullum videat. Hussitæ verò in impedimenta fugientis exercitus irruentes, præda magna potiuntur. Ac Iulianus quidem re tam male gesta ad concilium Basiliense se recipit, Sigismundus verò in Italiam se confert, & coronam à pontifice accipit, anno 1432.

Ad concilium verò Basiliense vocati Hussitæ legatos suos, Guilelmum Costam, Procopium, Ioannem Rochezanam inter trecentos equites Basileam mittunt, qui rationem fidei suæ reddant. Prius tamen diligenter sibi de commeatu libero seu potestate accedendi & recedendi caverant: tum, ut ex scriptura sancta omnis controversia in religione dijudicaretur, nec concilia aut interpretationes patrum aliter admitterentur, quam quatenus cum scriptura consentiunt, impetrarant.

rant. Postremò, ut libertas dicendi sententias concederetur, & usus sacrorum privatorum minime impediretur, obtinuerant. Disputatum est in synodo diebus 50. nec aliud Hussitis, quam communio permissa est, ut supra in synodo Basiliensi dictum est. Vt autem Synodus ipsa pontificis arte distracta est; ita etiam religionis, & rituum discrepantia non modo non sublata, sed etiam aucta est. Itaque nec tumultuari desitum est in Bojemia, sed inter pontificios & Hussitas bellum tantisper continuatum, donec Hussitæ ipsi diffidere à nobilibus in Bojemia cœperunt. Ab his enim in pugna victi una cum ducibus suis Procopiis, etiam vires amittunt. Sic ad Sigismundum conversa Bojemia manus dat, & fidem obedientiamq; pollicetur, tum à legato Pontificio Basileæ in concilio absolutionem impetrat, anno Christi 1435.

Ornatur summis laudibus Imperatoris amor erga literas, & earum professores, quippe quos tanti fecit, ut nobili loco natis etiam anteposuerit. Interrogatus enim aliquando à principibus doctrinæ literarum ignaris, cur tantopere eos coleret, qui nullam caussam celebritatis & nominis à pa-

rentibus acceptam haberent, sed sola literarum scientia præstarent: respondit, merito & optimo jure se eos venerari, quos Deus singularibus donis ornasset. Se quidem dignitatem equestrem, nobilitatem, aliosque honorum titulos conferre posse, doctos verò à Deo solo creari. Quocirca Georgio Fiscellino I. C. jure succensebat, qui paulo ante in equestrem ordinem ab ipso cooptatus erat, & in quadam consultatione, relicto doctorum ordine, ad equestrem sese aggregabat, quod superiorem illum esse arbitraretur. Hunc igitur cum ira affatus increpavit: nonne vides, inquiens, me uno die equites multos creare posse, sed ne unum quidem doctorem?

Liberalitatis etiam exemplum præclarum præbuit, cum aliquando sub noctem afferrentur ad eum ex Vngaria Basileam 4000 numûm aureorum. Hanc pecuniam quomodo collocaturus esset, nocte tota solicite cogitavit. Mane verò convocatis consiliariis & militum ducibus, hi numi, inquit, hostes & carnifices sunt, qui mihi somnum hac nocte eripuerunt. Vos igitur eos accipite, & inter vos dividite. Liberatus ab hac pecuniæ cura, nunc recessit à me, inquit, tortor ille, qui

me flagellàvit: melius deinceps quiescam. Mortuus est anno 1437. ætatis verò 70.

Anno 1438. ALBERTVS II. Austriæ dux, gener Sigismundi Imperatoris Francofurti ab Electoribus designatus est Romanorum Imperator 20 Martii: qui paulo ante, nempe Calendis Ianuarii Vngariæ, 6 autem Maii post eodem anno Bojemiæ rex factus erat. Imperavit biennio non integro. Princeps eximia animi magnitudine, liberalitate, & religionis amore ardens fuit: ut ob sacrorum cultum monacho, quam principi similior à malevolis diceretur. Postquam domi, ut tuta tranquillaque pax esset, effecerat, in Vngariam ad propulsandum Amurathem Turcam festinavit. Sed in itinere æstu compulsus, immodice pepones comedit, unde in dysenteriam incidit,& mortuus in Alba regali ad latus Sigismundi sepultus est.

Anno 1440. FRIDERICVS III. Austriæ dux, Imperator Romanorum eligitur, & imperat annis 53. Fabio quam Scipioni similior, propter cunctationem, qua multo plura, quam celeritate confecit.

Anno 1452. in Italiam profectus cum Ladislao Alberti Imperatoris

posthumo filio, à Nicolao pontifice una cum Leonora imperatrice, Eduardi regis Lusitaniæ filia, diademate regio ornatus est, & Longobardiæ rex Imperatorque Romanorum & Augustus salutatus. Inde Venetias transiens honestissime ibi acceptus & honoratissime habitus est. In Austriam verò reversus turbas atque seditiones multas invenit. Cum enim in præsidio & tutela sua diutius retineret Ladislaum Vngariæ, Bojemiæ, & Austriæ hæredem, Huniades Vngariæ exarchus cum exercitu duodecim millium equitum in Austriam invasit, cunctaque intra Viennam, & Styriæ montes incendiis & direptionibus vastavit. Tum ipsi etiam Austriaci, authore Vlrico Ciliæ comite, & Eyzingero armis Cæsarem aggressi, eo compulerunt, ut pupillum Ciliæ comiti avunculo traderet. Quod tamen ea lege fecit Imperator, ut principum consilio atque arbitrio controversia de tutela, aliisque rebus Viennæ dirimeretur.

Anno 1463. Viennæ senatores sex vinculis multavit. Quod indigne ferentes cives, eum in arce cum filio Maximiliano obsederunt mensibus duobus. Ipse vero auxilium à Georgio

gio Podiebracio Bojemiæ rege petit, qui statim subsidio venit, & illum liberavit. Pro quo beneficio Cæsar filios ipsius Munsterbergenses duces creavit. Puer tunc erat Maximilianus, & ferendæ egestati nondum assuetus. Cum igitur hordeo diebus compluribus pastus esset, perdicem aliquando sibi dari à matre petiit. Cui illa profusis lacrymis respondit: Mi fili, utinam panis nos non deficiat. Inventus est id temporis scholasticus quidam Transylvanus, qui misertus Maximiliani, perdices, volucres, capos ac carnes ferinas duobus tributve aureis nummis emit, easque veste sua longiore texit, ac per cuniculum ex fossa arcis ad eum attulit. Quam ob caussam carus, quoad vixit, Maximiliano fuit.

Sequente anno Vngaris coronam restituit Cæsar, postquam jam annis 24. eam retinuisset. Hæc Matthiæ Corvino imposita est. Tandem anno 1485. Matthias Vngariæ rex Viennam obsedit, fameque & egestate compressam dedere se coëgit. In tantas enim angustias adduxit, ut modius farinæ unus 107 florenis venderetur. Factum id esse scribit Cranzius libro undecimo Saxoniæ, capite 32.

per-

gio Podiebracio Bojemiæ rege petiit, qui statim subsidio venit, & illum liberavit. Pro quo beneficio Cæsar filios ipsius Munsterbergenses duces creavit. Puer tunc erat Maximilianus, & ferendæ egestati nondum assuetus. Cum igitur hordeo diebus compluribus pastus esset, perdicem aliquando sibi dari à matre petiit. Cui illa profusis lacrymis respondit: Mi fili, utinam panis nos non deficiat. Inventus est id temporis scholasticus quidam Transylvanus, qui misertus Maximiliani, perdices, volucres, capos ac carnes ferinas duobus tribúsve aureis numis emit, easque veste sua longiore texit, ac per cuniculum ex fossa arcis ad eum attulit. Quam ob caussam carus, quoad vixit, Maximiliano fuit.

Sequente anno Vngaris coronam restituit Cæsar, postquam jam annis 24. eam retinuisset. Hæc Matthiæ Corvino imposita est. Tandem anno 1485. Matthias Vngariæ rex Viennam obsedit, fameque & egestate compressam dedere se coëgit. In tantas enim angustias adduxit, ut modius farinæ unus 107 florenis venderetur. Factum id esse scribit Cranzius libro undecimo Saxoniæ, capite 32.

permittente Friderico Imperatore, ut quos ipse coërcere non posset, eos per alium domaret.

Anno 1444. Ludovicus Galliæ Delphinus Armeniacorum exercitum 60000 ad Rheni ripam duxit, & Alsatiam Helvetiamque graviter afflixit. Argentorati quidem mœnia pulsavit, oppidum vero montis Belligradi, quod comites VVirtebergenses feudi loco ab imperio habent, in deditionem accepit. Deinde Suitenses sive Helvetios adortus est, & Basileam usque progressus, prœlium atrox ibi commisit, in quo Armeniaci strage miserabili cæsi sunt. Imperator verò mira patientia, ut Cranzio videtur, vel potius prudentia toleravit in imperii visceribus hostem externum, sed consentaneum est, maluisse eum externis armis, quam suis castigari eos, qui imperio minus obedientes erant.

Anno 1449. bellum grave exarsit inter Albertum marchionem Brandeburgicum, qui Achilles fuit cognominatus à Pontifice Pio II. & Norimbergenses. Caussa fuit jus quoddam, quod Marchio sibi à Norimbergensibus denegari querebatur. Ac Alberto quidem socios & adjutores præbuerunt

runt 17. Germaniæ principes, Norimbergensibus verò civitates opem ferebant. Certatum est biennio prœliis novem, quibus octies Albertus, semel vero Norimbergenses vicerunt. Damni plurimum utrinque datum & acceptum est, exusti agri, eversæ villæ, cæsi agricolæ, abacta pecora tantisper donec exhausta utraque parte egestas pacem extorsit, ut scribit Æneas Sylvius. Quid hic Imperator? quæ partes ejus fuerunt? quievit, & id quoque vulnus imperii haud scio cum dolore ne, an patientia dissimulavit. Dissidium vero sive schisma, quod Romæ extiterat inter Felicem IV & Nicolaum V pontifices, sic compositum fuit, ut Felix pontificatu se abdicaret, Nicolaus vero decreta Basiliensis synodi rata haberet, anno 1449.

Anno 1462. extitit bellum magnum & periculosum, quod pontifex Pius II. in Germania accenderat. Diterico enim Isenburgico archiepiscopatum Moguntinum abrogarat, & in locum ejus Adolphum Nassaniensem suffecerat. Uterque adjutores invenit, Ditericus quidem Fridericum Palatinum Rheni septemvirum victoriosum, & Ludovicum Bavariæ ducem, cognomento divitem: Adolphus

runt sese 17 Germaniæ principes, Norimbergensibus verò civitates opem ferebant. Certatum est biennio prœliis novem, quibus octies Albertus, semel verò Norimbergenses vicerunt. Damni plurimum utrinque datum & acceptum est, exusti agri, eversæ villæ, cæsi agricolæ, abacta pecora tantisper donec exhausta utraque parte egestas pacem extorsit, ut scribit Æneas Sylvius. Quid hic Imperator? quæ partes ejus fuerunt? quievit, & id quoque vulnus imperii haud scio cum dolore ne, an patientia dissimulavit. Dissidium vero sive schisma, quod Romę extiterat inter Felicem IV & Nicolaum V pontifices, sic compofuit, ut Felix pontificatu se abdicaret, Nicolaus verò decreta Basiliensis synodi rata haberet, anno 1449.

Anno 1462. extitit bellum magnum & periculosum, quod pontifex Pius II. in Germania accenderat. Diterico enim Iseburgico archiepiscopatum Moguntinum abrogarat, & in locum ejus Adolphum Nassauiensem suffecerat. Vterque adjutores invenit, Ditericus quidem Fridericum Palatinum Rheni septemvirum victoriosum, & Ludovicum Bavariæ ducem, cognomento divitem: Adolphus verò

verò Ludovicum Bavariæ ducem, cognomento nigrum, Albertum marchionem Brandeburgicum, Carolum marchionem Badensem, Ioannem episcopum Metensem, & Vldaricũ comitem VVirtebergicum. Hi infestis animis congrediuntur. Ac Adolphi quidem partibus favet Cæsar & pontifex, Ditericum verò uterque odit. Committitur prœlium inter Rhenum & Neccarum non procul ab Heidelberga, victorque evadit Fridericus Palatinus, victor vero adversarios Adolphi & pontificis defensores capit, & in arcem deducit, ubi convivium apparat illis splendidum quidem, sed sine pane. Quem cum desiderarent & poscerent convivæ, renunciari illis jubet Palatinus, non æquum esse panem iis præbere, qui contra belli jura, segetes perdidissent, agricolas innocentes fame necassent, & frumentum in horreis passim combusissent. Postea eos, exacta grandi pecunia, dimisit. Etsi autem Imperatoris authoritate bellum hoc compressum est: Fridericum tamen Palatinum in gratiam ille nunquam recipere voluit.

Avulsa est hoc Imperatore Borussia ab imperio, Poloniæque regno conjuncta. Cum enim bellum annis 150. gessissent Cruciferi cum Polonis, sopitum est illud tandem anno 1466. hoc pacto, ut Cruciferi Polonis cederent Culmensem ditionem, & Michaloviensem, & Pomerellam cum quibusdam arcibus ac territoriis, ipsique in fide & clientela Polonorum perpetuo sese mansuros jurarent, Borussiam verò inferiorem velut Poloniæ feudum sibi retinerent. Sed ab hac fide non multo post, pontificis & Cæsaris authoritate recessum est, & rursum varia fortuna dimicatum usque ad annum 1525. quo Albertus marchio Brandeburgicus magister ordinis supremus, ab imperio desertus, conditiones pacis denuo accepit & comprobavit.

Anno 1469. nescio, qua nova religione incensus Fridericus Romam media hyeme sese contulit, acceptusque est prima vigilia noctis ejus, quæ natalem domini præcedit, facibus fulgorem instar diei præbentibus. Interim domi Matthias Vngariæ rex Bojemiam & Moraviam populatus est.

Anno 1474. Caroli duci Burgundiæ bellum fecit. Caussa belli verissima fuit principatus cupiditas, & amor dominandi in Carolo Burgundo. Erat enim altissimo animo, & gloriæ cupidissi-

gessissent Cruciferi cum Polonis, sedatum est illud tandem anno 1466. hoc pacto, ut Cruciferi Polonis cederent Culmensem ditionem, & Michaloviensem, & Pomerellam cum quibusdam arcibus ac territoriis, ipsique in fide & clientela Polonorum perpetuo sese mansuros jurarent, Borussiam verò inferiorem velut Poloniæ feudum sibi retinerent. Sed ab hac fide non multo post, pontificis & Cæsaris authoritate recessum est, & rursum varia fortuna dimicatum usque ad annum 1525. quo Albertus marchio Brandeburgicus magister ordinis supremus, ab imperio desertus, conditiones pacis denuo accepit & comprobavit.

Anno 1469. nescio, qua nova religione incensus Fridericus Romam media hyeme sese contulit, acceptusque est prima vigilia noctis ejus, quæ natalem domini præcedit, facibus fulgorem instar diei prębentibus. Interim domi Matthias Vngarię rex Bojemiam & Moraviam populatus est.

Anno 1474. Caroli duci Burgundiæ bellum fecit. Caussa belli verissima fuit principatus cupiditas, & amor dominandi in Carolo Burgundo. Erat enim altissimo animo, & gloriæ cupidissi-

dissimo. Iccirco in congressu Trevirensi periit à Cæsare, ut regem se Romanorum & vicarium imperatorium crearet. Irritatrix vero caussa erat obsidio Novesii urbis infra Coloniam. Quæ cum esset imperii præfectura, sive advocatia, defensionem ejus Cæsar suscepit. Carolus verò oppugnationis sive obsidionis caussam opponebat, Ruperti archiepiscopi Colonienfis patrocinium. Huic enim Hermannus Hassię Landgravius armis eripere dignitatem conabatur. Revera autem archiepiscopatum ab imperio ad se traducere Carolus cupiebat. Cæsaris copiarum dux erat Albertus marchio Brandeburgicus, signifer verò Albertus Saxoniæ dux: socii & adjutores Adolphus præsul Moguntinus, Ioannes præsul Trevirensis, Guilelmus episcopus Eistetensis, & alii episcopi ac duces imperii multi. Mittebant sua etiam auxilia cuncti ordines imperii ac civitates Saxonicæ, Turingicæ, & aliæ. Bellum erat annuum, quod utrinque jam instructa ad pugnandum acie, subito per imperatoris cum Carolo colloquium diremtum est. Carolus verò tandem post varios conflictus, cum Helvetiis in Lotharingia ad Nansciuṁ oppidum in

in acie cæsus, postridie mortuus in glacie inventus est, anno 1477.

Est etiam hoc imperatore inventa ars typographica à Ioanne Gutenbergio Argentinensi, qui primum Argentinæ, postea Moguntiæ eam excoluit, primusque Ioannes Mentel Argentinæ libros magnos expressit, & ante hac locupletatus est. Inde Romam per Ioannem Han, sive Gallinaceum allata est. Historia recens ait, in insula China, quæ à Scythis, vel Massagetis incolitur, libros reperiri annis quingentis impressos, ante usurpatam in Germania Typographiam. Itaque ex China in Germaniam esse importatam illam autumat.

Mortuus est Fridericus III. ex melonum esu immoderato, tibia prius ferro amputata propter gangrænam, anno 1493. Lincii. Optavit hic imperator, ut aulici consiliarii de rebus propositis judicaturi duas res ante palatium in vestibulo deponerent, simulationem & dissimulationem.

Anno Christi 1486. electus est Romanorum imperator MAXIMILIANUS I. Friderici III. filius, & Aquisgrani corona Caroli magni decoratus, vivente, inspectante & lacrymante patre. Regnavit annis 25. mensibus

Y quin-

in acie cæsus, postridie mortuus in glacie inventus est, anno 1477.

Est etiam hoc imperatore inventa ars typographica à Ioanne Gutenbergio Argentinensi, qui primum Argentinæ, postea Moguntiæ eam excoluit, primusque Ioannes Mentel Argentinæ libros magnos expressit, & arte hac locupletatus est. Inde Romam per Ioannem Han, sive Gallinaceum allata est. Historia recens ait, in insula China, quæ à Scythis, vel Massagetis incolitur, libros reperiri annis quingentis impressos, ante usurpatam in Germania Typographiam. Itaque ex China in Germaniam esse importatam illam autumat.

Mortuus est Fridericus III. ex melonum esu immoderato, tibia prius ferro amputata propter gangrænam, anno 1493. Lincii. Optavit hic imperator, ut aulici consiliarii de rebus propositis judicaturi duas res ante palatium in vestibulo deponerent, simulationem & dissimulationem.

Anno Christi 1486. electus est Romanorum imperator MAXIMILIANUS I. Friderici III. filius, & Aquisgrani corona Caroli magni decoratus, vivente, inspectante & lacrymante patre. Regnavit annis 25. mensibus

quinque. In infantia elinguis usque ad annum ætatis pene 9. mansit, ut mutus plerisq; existimaretur. Ex quo pater cum Francofurti ab electoribus Romanorum rex crearetur, & principes plerique expeditam promtamq; loquendi facultatem in eo laudarent, respondit, quam bene loquatur nescio, ego certe, cum annum ætatis 12. ingressus esset, subverebar, eum aut stultum, aut mutum esse futurum. Sed tarditatem linguæ in infantia abunde pensavit ætatis maturitas. Tantam enim assecutus est facundiam, ut exteris etiam admirationi esset, & Latine, Gallice, Italiceque loqueretur eleganter. Queri solitus est de præceptore suo Petro indocto, si hodie, inquiens, præceptor meus viveret, quanquam multa præceptoribus dequamus, efficerem, ut ipsum institutionis suæ pœniteret. Vxorem duxit Mariam Caroli Burgundi filiam, per eamque ducatu Burgundiæ potitus est.

Industria ejus in pace simul & bello eluxit. In pace quidem studium literarum & historiarum excoluit, accendit & auxit. Non enim ipse solum literas, earumque cultores amavit, sed aliis etiam principibus Saxoniæ

niæ & Marchiæ author ad instituendas academias in suis ditionibus extitit. Historias vero non ab aliis solum scribendas curavit, sed ipse etiam succisivæ aliquid operæ in tali scriptione posuit. Tum ut minus esset litium in imperio, judicium cameræ in comitiis VVormatiæ anno 1495. ordinavit, & pacem publicam sancivit: ut certa quasi officina esset, ad quam velut ad oraculum, aut Amphyctionicum judicium omnes caussæ graviores, majoresque in imperio deferrentur. In iisdem comitiis etiam Eberhardum comitem VVirtebergensem ducem creavit.

Bella gessit multa, primum cum Flandris sive Morinis rebellibus, à quibus etiam captus est primum, & menses novem in custodia asservatus, sed postea à patre liberatus, cum jurejurando confirmasset, se illatam injuriam nunquam esse vindicaturum. Conflictatus est cum illis octo annis, consilio & ductu Alberti Saxoniæ ducis usus, tandemque Belgarum ferociam, insolentiam & contumaciam ita repressit & comminuit, ut sub imperium ipsius facile reciderent.

Anno 1489. Britanniæ dux Franciscus, unicam suam filiam Annam

niæ & Marchiæ author ad instituendas academias in suis ditionibus extitit. Historias vero non ab aliis solum scribendas curavit, sed ipse etiam succisivæ aliquid operæ in tali scriptione posuit. Tum ut minus esset litium in imperio, judicium cameræ in comitiis VVormatiæ anno 1495. ordinavit, & pacem publicam sancivit: ut certa quasi officina esset, ad quam velut ad oraculum, aut Amphyctionicum judicium omnes caussæ graviores, majoresque in imperio deferrentur. In iisdem comitiis etiam Eberhardum comitem VVirtebergensem ducem creavit.

Bella gessit multa, primum cum Flandris sive Morinis rebellibus, à quibus etiam captus est primum, & menses novem in custodia asservatus, sed postea à patre liberatus, cum jurejurando confirmasset, se illatam injuriam nunquam esse vindicaturum. Conflictatus est cum illis octo annis, consilio & ductu Alberti Saxoniæ ducis usus, tandemque Belgarum ferociam, insolentiam & contumaciam ita repressit & comminuit, ut sub imperium ipsius facile reciderent.

Anno 1489. Britanniæ dux Franciscus, unicam suam filiam Annam

una cum ducatu Maximiliano desponderat. Hanc cum proceres per Galliam ad eum adducerent, Galliæ rex Carolus VIII. qui ducatum illum sibi deberi putabat, sponsam contra fidem datam intercepit, & sibi copulavit. Margaretam verò Maximiliani filiam, quam diu pro sponsa habuerat, patri remisit. Maximilianus hanc injuriam ita contemsit, ut nunquam vindicare illam animum induxisse visus sit, ut scribit Crantzius lib. 13. cap. 16.

Anno 1499. cum in Geldria bellum gereret Imperator, Suitenses, sive Helvetii seu confœderati, bellum Austriæ inferunt. Etsi autem Suevorum primores rogati ab Austriis, ut absente Imperatore auxilio contra Helvetios sint, omnes vias pacis persequuntur: efficere tamen nihil possunt. Imperator ergo totum imperium contra Helvetios evocat. Inde principes & civitates auxilia mittunt, unaque Helvetia totius imperii impetum sustinet. Quanquam autem non totis copiis pugnatum est, cæsa tamen sunt diversis in locis ac pugnis 20000 homines, antequam pax fieri potuit, ut scribit Nauclerus generatione 50.

Imperante Maximiliano navigatio nova in Indiam ad Calecutum inventa

est. Nam anno 1492. Christophorus Columbus Genuensis diu & votis multis expeditam navigationem suscepit, ac navibus tribus, viris vero ducentis à Gadibus ad Occidentem iter aperuit. Anno vero 1497. Americus Vespucius navibus quatuor à Gadibus solvit, & orbem novum peragrare, quem Americam de suo nomine appellavit. Cujus latitudo 515. longitudo vero 750. miliaria Germanica complectitur. Rursum anno 1502. auspiciis Immanueiis Lusitaniæ regis Americus Vespucius omnes portus & insulas præcipuas in Africa & India occupavit, reges multos vectigales fecit, & usq; ad extremum Orientem progressus, Calecuti portus attigit, adeoque aditum iterq; novum ad Indias navigantibus patefecit. Tandem an. 1520. Ferdinandus Magellanus Caroli V. auspiciis navigationem novam per fretum meridionale in America, non in Orientem solum, sed etiam per totum terrarum orbem, sive per superius & inferius hæmisphærium invenit. Navis qua vectus est, Victoria fuit dicta, cujus effigies in funere Caroli V. inter alia insignia fuit ducta. Navarchæ nomen fuit Ioanni Sebastiano de Cano, qui orbis terræ effigiem in in-

est. Nam anno 1492. Christophorus Columbus Genuensis diu & votis multis expeditam navigationem suscepit, ac navibus tribus, viris vero ducentis à Gadibus ad Occidentem iter aperuit. Anno vero 1497. Americus Vesputius navibus quatuor à Gadibus solvit, & orbem novum peragravit, quem Americam de suo nomine appellavit. Cujus latitudo 515. longitudo vero 750. miliaria Germanica complectitur. Rursum anno 1502. auspiciis Immanuelis Lusitaniæ regis Americus Vesputius omnes portus & insulas præcipuas in Africa & India occupavit, reges multos vectigales fecit, & usq; ad extremum Orientem progressus, Calecuti portus attigit, adeoque aditum iterq; novum ad Indias navigantibus patefecit. Tandem an. 1520. Ferdinandus Magellanus Caroli V. auspiciis navigationem novam per fretum meridionale in America, non in Orientem solum, sed etiam per totum terrarum orbem, sive per superius & inferius hæmisphærium invenit. Navis qua vectus est, Victoria fuit dicta, cujus effigies in funere Caroli V. inter alia insignia fuit ducta. Navarchæ nomen fuit Ioanni Sebastiano de Cano, qui orbis terræ effigiem in in-

signi suo sculpsit, cum inscriptione,
Primus circumdedisti me.

Anno 1502. liga rusticorum, quæ vocatur Sotularia, Germanice *Bundtschuch*, in Spirensi diœcesi exorta est: quæ nihil aliud fuit, quam conspiratio & rebellio agricolarum contra episcopos & Canonicos. Capita præcipua erant, ut jugum servitutis omne excuterent, & Helvetiorum more armis libertatem sibi pararent. Deinde ut magistratum omnem abolerent, pro eoq; propugnantes interficerent. Pro symbolo usurpabant virginem Mariam & Ioannem Euangelistam, quinquies in die orationem Dominicam & salutationem virginis recitabant. Toties etiam flexis genibus pro victoria orabant. Altero interrogante, *Was ist nu für ein wesen?* respondebat alter, *Wir mögen für den Pfaffen vnd Adel nicht genesen*, ut habent Vrspergensis paralipomena.

Anno 1504. Bellum pro Bavariæ ducibus, Guilelmo, Ludovico, & Ernesto, ex sorore nepotibus, contra Rupertum Palatinum Rheni gessit. Cum enim is ad bellum sese à Gallis incitari passus esset, aqua & igni Cæsar ei interdixit, patrique Philippo, ne opem ferret filio interdixit. Ille vero potio-
rem

rem rationem filii, quam Cæsaris habendam duxit, & pro filio propugnavit. Vtrumque igitur bello adortus Cæsar, principes ad auxilium ferendum evocavit, qui jussu ipsius multa in Palatinatu ferro & igni vastarunt. Ipse verò manu sua Bojemos prope Ratisbonam stravit & fugavit: tum oppida & arces multas ab imperio Palatinatui oppignoratas, sine cæde & sanguine recuperavit. Sequente anno precibus Christophori marchionis Badensis placatus, Palatinum in gratiam recepit Coloniæ in comitiis, ubi maxime enituit peritia linguarum Iacobi marchionis Badensis, ac episcopi Trevirensis, qui pontificiis legatis Latine, Gallicis Gallice, Venetis Italice, Germanis Germanice respondit.

Anno 1507. bellum contra Venetos de consilio & sententia imperii in Constantiensi conventu decretum atque susceptum est, quod duravit decennium. Veneti enim Cæsari Romam coronationis caussa ituro cum exercitu salvum conductum denegarant, tum oppida quædam illius in Foro Iulii occuparant. Primum autem cum Cæsare contra Venetos Pontifex, Rex Galliæ Ludovicus XII. & Hispanus Cameraci anno 1508. sese conjunxerunt.

Sequente anno Galliæ rex eos ad Carvaglium adortus, prœlio superavit, & urbes eorum Brixiam, Bergomum, Cremam, Cremonam, & reliqua ducatus Mediolanensis oppida in ditionem potestatemque suam redegit. Papa verò & Hispanus similiter quæ suæ ditionis fuerunt, oppida & urbes recuperarunt. Cæsar denique Veronam, Patavium, Tervisium, & alia oppida recepit. Hac calamitate fracti debilitatique Veneti, legatum ad Imperatorem miserunt Antonium Iustinianum, qui orationem Latinam habuit, quam recitat Guicciardinus lib. 8. Ejus capita sunt: Nulla est, invictissime Cæsar, victoria præclarior, quam sui ipsius. Hæc enim Scipionem nobilitavit, Alexandrum Magnum celebrem reddidit, Iulio Cæsari, à quo cognomentum habes, decus immortale peperit, eadem populi Romani imperium auxit. Quare & tu, Cæsar, nihil facere potes præclarius, quam si Venetos etiam, quos jam in potestate tua habes, in gratiam recipias. Vides quanta sit rerum humanarum instabilitas. Paulo ante respubl. Veneta opibus & victoriis florebat, nunc verò accepta clade corruit. Nec est, quod Galli victoriam hanc suæ virtuti tribuant, cum nostra

etiam virtus & felicitas in bellis contra Turcos & alios conspicua sit, & nota omnibus. Qua quidem nunc etiam consideremus, nisi majestatis tuæ tremendo numine animi nostri concidissent. Quocirca abjectis armis in tua clementia omnem spem nostram fixam atque locatam habemus. Te Princeps, senatus, populusque Venetus nunc humili devotione supplices oramus, obtestamur, atque obsecramus, ut clementiæ tuæ oculis res nostras afflictas respicias. Non recusamus ullam pacis legem, quamcunq; tu nobis imposueris, amplecti: sed tibi omnia, quæ majores nostri sacro Imperio, & Austriæ ademerunt, reddemus, ac tributi nomine quotannis 50. auri pondo in perpetuum pendemus. Tum beneficii tui memoriam in omne tempus conservabimus. Primus utique es, ad cujus pedes abjecta respublica Veneta supplex se humi prosternit. Quod si majores nostri ab alienis abstinuissent, nunc gloriæ plus respubl. nostra haberet. Sed tu ignosce & condona Cæsar. Quod si feceris, laudem maximam adipisceris, & nos quod vivimus, tibi uni acceptum referemus

Responsi autem, quod Maximilianus ex tempore dedit, summa fuit:

Mens humana sic affecta est, ut præsentia & præterita consideret, futurorum verò rationem nullam habeat. Ad eundem modum respubl. Veneta parum solicita, quid de se futurum esset, quæcunque potuit, ad se rapuit, atque traduxit, aliorumq; incommodis sua commoda auxit. Quod superiore etiam anno satis ostendit, cum nos Romam profecturos transire non est passa. Idque non solum, sed oppida etiam & castella quædam ademit. Etsi autem fragilitatis humanæ memores sumus, & misericordiæ, lenitatisque partes libenter sequimur: tamen cum alieno tempore misericordiam nostram imploretis, neque integrum nobis sit à fide, socio & fœderato data, recedere, consulere rebus vestris non possumus. Quare à nobis pacati nihil, sed hostilia omnia & adversa sperate.

Quæ autem fortuna Venetorum animos fregerat, eadem paulo post ad spem erexit. Nam eodem anno Patavium receperunt, & in ea obsidenda frustra laboravit Maximilianus. Deinde cum Iulio pontifice in gratiam reducti, contra Gallum fœdus inierunt. Pontifex enim Gallum excommunicavit, propterea quod Iulii ducis Ferrariensis, quem ipse oppugnabat, patro-

cinium

cinium susceperat. Ita ergo conjuncti fœdere, pontifex, Hispanus, & Veneti arma in Gallum converterunt. Ille vero pontificem & Hispanum à Bononiæ obsidione repulit, Venetorum copias cæcidit, ac Bergomum, Brixiamque, quæ defecerant, recuperavit. Mox pontificem in ipso die paschatis ad Ravennam prœlio superavit, & ad sexaginta millia in exercitu ejus trucidavit. Pontifex contra Parmam & Placentiam eripuit, fœdus cum Cæsare renovavit, & Galliæ regem denuo proscripsit. Accesserunt ad hoc fœdus rex Angliæ, & Helvetii excitati à pontifice. Hi Mediolano Gallos profligarunt, Cæsariani verò Venetias obsederunt, littus vicinum ex omni parte incendiis vastarunt, & exercitum Venetum ad Vincentiam cæciderunt, à Mediolani vero obsidione pulsi sunt. Tandem Verona Venetis reddita est, & cæsi sunt Helvetii à Galliæ rege Francisco Valesio ad Marignanum, qui rex etiam Mediolanum recuperavit.

Anno 1518. Maximilianus Cæsar Comitia Augustæ celebravit præsentibus cunctis Electoribus, quibus ante omnia de bello Turcis inferendo, & de Lutheri negotio actum est. Tum Carolum nepotem suum Septemviris com-

commendavit. Scripsit quoq; ad pontificem, ut nascenti malo in ecclesia remedium mature quæreret, priusquam longius serperet: se quidẽ comprobaturum quicquid statueret, idque per imperii provincias executurum, pollicens. Reversus ex comitiis Augustanis ubi orationem de bello Turcico habuit, & jam ad expeditionem sese parans, in febriculam & lubricitatem alvi incidit, & mortuus est in oppido VVelsa, anno 1519. ætatis verò 63. memorabile est de hoc Imperatore, quod loca ad supplicia sontium destinata præteriens, venerabundus dixit: Salve justitia.

Anno Christi 1519. CAROLUS V. Maximiliani Imp. ex filio Philippo nepos, archidux Austriæ, regnorum 28 rex, anno ætatis suæ 20 Imperator creatus est. Ante illum principes Electores detulerant imperium ad Fridericum Saxoniæ ducem Electorem, cognomento sapientem. Sed is animo magno recusavit, Carolumq; omnibus prætulit. Ob quod præclarũ judicium obtulerunt ei legati Caroli triginta millia florenorum, quos cum animo celso repudiaret, postulatum est, ut decem millia pateretur famulis suis dari. Ad quod ille, accipiant sane mei,

in-

iquit, si velint, sed hoc interim sciant, quicunque aureum unum acceperit, locum in aula mea non habebit. Coronatus est Aquisgrani anno 1520. Bononiæ vero Longobardorum rex, & Imperator Augustus appellatus est anno 1430. imperavit annos 37.

Valuit prudentia, authoritate, rei militaris scientia, felicitate, & potentia. Literas tamen Latinas non admodum tenuit, quarum inscitiam cum aliàs, tum Genuæ deploravit, cum orationẽ Latinam rerum & verborum floribus respersam undique audiret. Nunc demum, inquiens, reperio, veram esse prædictionẽ præceptoris mei Hadriani, daturum me aliquando pœnas puerilis incuriæ. Doleo enim me vim & elegantiam hujus orationis satis assequi non posse. Citius scilicet, quam decuit, à studiis literarum ad rem equestrem ab aulicis traductus est.

Res gestæ illius late patent, & in varietate multa versatæ sunt. Nos in Ecclesiasticas, bellicas, & togatas dividemus. In Ecclesia in primis res graves salutaresque actæ sunt hoc imperatore, utpote in quem mutatio & reformatio ecclesiæ & religionis tanta incidit, quanta inde usque ab Apostolorum, & Constantini Magni tempore

non

inquit, si velint, sed hoc interim sciant, quicunque aureum unum acceperit, locum in aula mea non habebit. Coronatus est Aquisgrani anno 1520. Bononiæ verò Longobardorum rex, & Imperator Augustus appellatus est anno 1430. imperavit annos 37.

Valuit prudentia, authoritate, rei militaris scientia, felicitate, & potentia. Literas tamen Latinas non admodum tenuit, quarum inscitiam cum aliàs, tum Genuæ deploravit, cum orationẽ Latinam rerum & verborum floribus resperſam undique audiret. Nunc demum, inquiens, reperio, veram esse prædictionẽ præceptoris mei Hadriani, daturum me aliquando pœnas puerilis incuriæ. Doleo enim me vim & elegantiam hujus orationis satis assequi non posse. Citius scilicet, quam decuit, à studiis literarum ad rem equestrem ab aulicis traductus est.

Res gestæ illius late patent, & in varietate multa versatæ sunt. Nos in Ecclesiasticas, bellicas, & togatas dividemus. In Ecclesia in primis res graves salutaresque actæ sunt hoc imperatore, utpote in quem mutatio & reformatio ecclesiæ & religionis tanta incidit, quanta inde usque ab Apostolorum, & Constantini Magni tempore non

non fuit. Opus igitur fuit consultationibus plurimis in conventibus & colloquiis passim in imperio susceptis. Primum quidem anno 1521. VVormatiæ in comitiis Lutherum ipsum sua dogmata defendentem audivit. Et quanquam tutum illum accedentem & recedentem reclamantibus multis præstitit, statim tamen post proscripsit, cum omnibus qui quocunque modo illum foverent, vel operam cum eo communicarent. Hoc VVormatiense edictum stabile & ratum esse voluit usque ad concilium. Iccirco sæpe illud repetivit, & sicubi recessum esse ab eo existimavit, eodem Euangelicos revocavit. Executio vero illius propter dissensiones & tumultus Hispanorum, bellaque Italica fuit impedita. Interim etiam ipsi imperii ordines in conventibus quibusdam, vitandorum tumultuum caussa edicti ejusdem executionem retardarunt, & ut doctrina Euangelii impunita ac libera esset, laborarunt. In primis verò Fridericus Saxoniæ elector de incōmodis edicti multa apud Cæsarem questus est. Hinc anno 1523. Norimbergæ convenerunt, & cum pontifex Adrianus emendationē ecclesiæ & curiæ Romanę per legatum suum Franciscum Cheregatum pollicc-

ceretur: capita sive articulos ferme octoginta, vel, ut alii scribunt, centum gravamina nationis Germanicæ per eundem ad pontificē miserunt, quibus & jugi pontificii difficultatem comprehenderunt, & concilium universale ac liberum in Germania flagitarunt. Decreverunt etiam, ut ne libri novi interea à Theologis ederentur, sed secundum probatas atque receptas ab Ecclesia interpretationes Euangelium doceretur. Ita enim decretum illud Lutherus in literis ad principes Germaniæ interpretatus est.

Iterum anno 26. Spiræ conventum est, decretoque cautum, ut utraq; pars vitam atque doctrinam suam ad eum modum institueret, qui probari Deo & Cæsari possit, usq; ad concilii tempus. Quod decretum tametsi reprehendit Cæsar, commodi tamē multum imperio attulit. Fuit alius conventus Spiræ anno 29. ubi protestationem exhibuerunt Euangelici in religionis negotio, contra eam scilicet partē, quæ contra superioris conventus decretum, libertatem religionis adusq; concilium adimere videbatur, ex quo Protestantes appellari cœperunt, quę res Smalcaldici fœderis occasionē caussamq; dedit.

Cum autem Carolus pace facta cum

pon-

ceretur: capita sive articulos ferme octoginta, vel,ut alii scribunt,centum gravamina nationis Germanicæ per eundem ad pontificē miserunt, quibus & jugi pontificii difficultatem comprehenderunt,& concilium universale ac liberum in Germania flagitarunt. Decreverunt etiam, ut ne libri novi interea à Theologis ederentur, sed secundum probatas atque receptas ab Ecclesia interpretationes Euangelium doceretur. Ita enim decretum illud Lutherus in literis ad principes Germaniæ interpretatus est.

Iterum anno 26. Spiræ conventum est, decretoque cautum, ut utraq; pars vitam atque doctrinam suam ad eum modum institueret,qui probari Deo & Cæsari possit, usq; ad concilii tempus. Quod decretum tametsi reprehendit Cæsar, commodi tamē multum imperio attulit. Fuit alius conventus Spiræ anno 29. ubi protestationem exhibuerunt Euangelici in religionis negotio, contra eam scilicet partē, quæ contra superioris conventus decretum, libertatem religionis adusq; concilium adimere videbatur, ex quo Protestantes appellari cœperunt,quę res Smalcaldico fœderi occasionē caussamq; dedit.

Cum autem Carolus pace facta cum pon-

pontifice & Gallo, omnem operam curamque ad componenda religionis dissidia in imperio converteret: cum pontifice ipso Clemente VII. Bononiæ de re tota collocutus est. Ante vero complurium doctorum & sapientum consilia exquisiverat, quorum aliqui non concilio, sed bello comprimendam esse religionem Ecclesiæ Romanę contrariam judicarunt: Alii vero legitimo concilio, veroque judicio dirimendam esse religionis cōtroversiam censuerunt: quod manifestum esset abusus multos horrendaque vitia in Ecclesiam Romanam invasisse, nec tot piis principibus concilium efflagitantibus tyrannice aliquid agendum in Ecclesia videretur. His obsecutus Carolus per Mercurinum Cancellarium suam de concilio indicendo sentētiam exposuit. Pontifex verò alienus ab omni concilio, primum jus suum potestatemque indicendi concilii inde usq; à Nicena synodo repetivit, deinde palam concilium dissuasit, contumeliose multa adversus repurgatam Euangelii doctrinam locutus. Cui cum respondere jussu Caroli Mercurinus cœpisset, pontifex interpellavit, quid tu, inquiens, audes te mihi opponere, & dominum tuum in me concitare? Hac

aspe-

asperitate pontificis permotus Cæsar, ipse orationem habuit, plenam sapientiæ & moderationis. Initio suam mentem excusavit, & ex diligenti cum multis prudentibus viris collatione cognovisse se ostendit, summopere necessarium esse ecclesiæ concilium. Idcirco se in proposito susceptoq; consilio permanere, nec adduci posse, ut sine cognitione bona pariter & mala in religione exterminanda ducat. Hac oratione in admirationē traductus pontifex omnesque, qui cum eo erant, remissius ac lenius, quam solitus erat, respondit, se cum Cardinalibus suis velle accuratius deliberare. Nihilominus tamen id obtinuit, ut Carolus promitteret, se omnes vias persecuturū esse, quibus ad Romanæ ecclesiæ obedientiam revocarentur Lutherani, ac si minus procederet eventus, vi ipsos deleturum esse.

Mox conventum Augustæ indixit, in quo omnis de religione controversia placide componeretur. Princeps verò Saxoniæ Elector Ioannes, & fœderati ejus, metuentes vim fœderis inter Cæsarem & pontificem, de reducendis Euangelicis ad sedis Romanæ obedientiam, vel vi belloque delendis: fœdus & ipsi faciendum sibi putaverunt, ut illatam vim, si opus sit, à

Z suis

asperitate pontificis permotus Cæsar, ipse orationem habuit, plenam sapientiæ & moderationis. Initio suam ætatem excusavit, & ex diligenti cum multis prudentibus viris collatione cognovisse se ostendit, summopere necessarium esse ecclesiæ concilium. Idcirco se in proposito susceptoq; concilio permanere, nec adduci posse, ut sine cognitione bona pariter & mala in religione exterminanda ducat. Hac oratione in admirationẽ traductus pontifex omnesque, qui cum eo erant, remissius ac lenius, quam solitus erat respondit, se cum Cardinalibus suis velle accuratius deliberare. Nihilominus tamen id obtinuit, ut Carolus promitteret, se omnes vias persecuturũ esse, quibus ad Romanæ ecclesiæ obedientiam revocarentur Lutherani, ac si minus procederet eventus, vi ipsos deleturum esse.

Mox conventum Augustæ indixit, in quo omnis de religione controversia placide componeretur. Princeps verò Saxoniæ Elector Ioannes, & fœderati ejus, metuentes vim fœderis inter Cæsarem & pontificem, de reducendis Euangelicis ad sedis Romanæ obedientiam, vel vi belloque delendis: fœdus & ipsi faciendum sibi putaverunt, ut illatam vim, si opus sit, à

suis cervicibus repellere possent. Verum interposuit sese Lutherus, Euangelium nec fœderibus nec armis, sed Dei præsidio, & nostra fide ac precatione defendi demonstrans.

Incidit in id tempus epitasis certaminũ ecclesiæ in hac postrema mundi senecta. Vt enim ex nubium conflictu ardor exprimitur, qui fulmen appellatur: ita ex pontificiæ & Euangelicæ religionis contentione lux emicuit, & veritatis facies clarissima longe lateq; diffusa est. Primus omnium Augustam venit Ioannes Saxoniæ Elector, secundo Maij, cũ Georgio Marchione Brandeburgico, Ioanne Friderico Saxoniæ duce, Ernesto Brunsuicensi duce, Philippo Hassiæ Landgravio, Francisco Lunæburgensi duce, VVolfgango Anhaltino principe, cum quibus sese conjunxerant imperii quædam civitates, Norimberga primum, & Reutlinga deinde aliæ complures. Adduxit eo secum Saxoniæ Elector Philippum Melanchthonem, Iustum Ionam, & alios, Lutherum verò Coburgi reliquit, ut ad eum referri, quæ res caussaque postularet, possent. Scripserat autem jam ante Lutherus articulos septendecim, quib⁹ summam doctrinæ, fidei, & cõfessionis reformatæ ecclesiæ complexus erat. Ex

his jussus est Melanchthon confessionis formulam justam componere. Quod fecit etiam, & scriptum totum Lutheri judicio subjectum est, ab eoq; sic comprobatum, ut nec mutare, nec corrigere quicquam voluerit. Quod missæ ultro citroque epistolæ satis declarant.

Advenit eodem Carolus Cæsar 15 Iunii, & primum omnium à principibus Euangelicis, ut comitiorũ tempore conciones intermitterent, postulavit. Cui illi per Georgium marchionem, cur id facere minus possent, rationem reddiderunt. Is vero his postulationem suam, hi contra excusationem iterarunt. Cumque Cæsar se desistere à proposito nolle indicaret: respondit marchio, caput hoc meum amittere malo, quam Deum & Euangelium negare. Ad quod Cæsar, minime verò, inquit, caussa capitis agitur, minime: atq; ita die illo postulatio conquievit. Postridie verò, ut scripto excusationẽ suam comprehensam principes Euangelici exhiberent flagitavit. Mature ergo hi caussas consilii sui exposuerũt. Primùm, inquiunt, doctrinam profitemur Propheticis & Apostolicis scriptis, atque adeo fidei nostræ Christianæ consonam. Deinde publica ejus professio Norimbergensi decreto ab

his jussus est Melanchthon confessionis formulam justam componere. Quod fecit etiam, & scriptum totum Lutheri judicio subjectum est, ab eoq; sic comprobatum, ut nec mutare, nec corrigere quicquam voluerit. Quod missæ ultro citroque epistolæ satis declarant.

Advenit eodem Carolus Cæsar 15 Iunii, & primum omnium à principibus Euangelicis, ut comitiorũ tempore conciones intermitterent, postulavit. Cui illi per Georgium marchionem, cur id facere minus possent, rationem reddiderunt. Is vero his postulationem suam, hi contra excusationem iterarunt. Cumque Cæsar se desistere à proposito nolle indicaret: respondit marchio, caput hoc meum amittere malo, quam Deum & Euangelium negare. Ad quod Cæsar, minime verò, inquit, caussa capitis agitur, minime: atq; ita die illo postulatio conquievit. Postridie verò, ut scripto excusationẽ suam comprehensam principes Euangelici exhiberent flagitavit. Mature ergo hi caussas consilii sui exposuerũt. Primùm, inquiunt, doctrinam profitemur Propheticis & Apostolicis scriptis, atque adeo fidei nostræ Christianæ consonam. Deinde publica ejus professio Norimbergensi decreto ab

ipſo Imperatore & Ferdinando permiſſa eſt. Tum miſeris nobis concione verbi divini non minus, immò verò etiam magis, quam aliis reb⁹ ullis opus eſt. Præter hæc, quid aliud eſt concionũ intermiſſio, quam doctrinæ ipſius abjectio & damnatio? Cum autem eam ob cauſſam indictus ſit conventus iſte, ut de doctrina utriuſque partis judicium fiat: profectò noſtrum non eſt, ante ſuſceptam cognitionem à publica ejus profeſſione aut concione deſiſtere. Id quod ne fieri quidem abſque inſigni offenſione proximi poteſt. Quamobrem qua par eſt ſubmiſſione petimus, ut conſcientiæ noſtræ parcat Cæſarea majeſtas, nec aliter nobiſcum agat, quam egit Spiræ, ubi nullo prohibente, conciones à noſtris habitæ ſunt. In aliis omnibus obedientiam ſubditis dignam pollicemur. Cæſar, ut quod volebat, obtinere poſſet, re cum principibus deliberata, voce præconis per omnes vicos civitatis, conſtituta pœna, edixit, ne quis concionem Auguſtæ haberet, niſi à Cæſare ad id ordinatus. Cui edicto etiam Euangelici principes obtemperarunt, idque Lutherus comprobavit. Sic utrinq; conciones conquieverunt.

Attulit eo tempore capitulum Augusta-

guſtanæ eccleſiæ honorarium munus ad Cæſarem, quod accepit ille quidem coram, ſed reſpondere epiſcopum Hildesheimenſem juſſit, voce ſatis flebili, gratum quidem ſibi eſſe munus oblatum, ſed petere ſe una cum fratre ſuo, preces Deo pro ſe peccatore miſero adhibeant, ut luce Spiritus ſancti illuſtratus in negotio tam arduo id ſpectet & efficiat, quod Deo inprimis gratum ſit, & eccleſiæ ſalutare. Hæc verba tanto animi ardore protulit, ut lacrymas non teneret. Antequam etiam conventus initium fecit, miſſam adiit, & legatum pontificium Latinè Germaniceque orantem audivit. Tum ad ſacrificium præferente enſem Saxoniæ Electore, acceſſit.

In conventu duo ad deliberandum propoſuit: primum de Turcorum impetu propulſando, alterum de religionis diſſidio componendo. Cum autem inter principes conveniſſet, ut inprimis de religione ageretur, juſſus eſt Saxoniæ Elector & ſocii ejus fidei ſuæ confeſſionem exhibere. Quod factum eſt quarto die poſt, quo Campegius Cardinalis oratione quadam ordines ad conſenſum in religione, & ad bellum Turcis inferendum hortatus eſt. Oblatam confeſſionem accipere

gustanæ ecclesiæ honorarium munus ad Cæsarem, quod accepit ille quidem coram, sed respondere episcopum Hildesheimensem jussit, voce satis flebili, gratum quidem sibi esse munus oblatum, sed petere se una cum fratre suo, preces Deo pro se peccatore misero adhibeant, ut luce Spiritus sancti illustratus in negotio tam arduo id spectet & efficiat, quod Deo inprimis gratum sit, & ecclesiæ salutare. Hæc verba tanto animi ardore protulit, ut lacrymas non teneret. Antequam etiam conventus initium fecit, missam adiit, & legatum pontificium Latine Germaniceque orantem audivit. Tum ad sacrificium præferente ensem Saxoniæ Electore, accessit.

In conventu duo ad deliberandum proposuit; primum de Turcorum impetu propulsando, alterum de religionis dissidio componendo. Cum autem inter principes convenisset, ut in primis de religione ageretur, jussus est Saxoniæ Elector & socii ejus fidei suæ confessionem exhibere. Quod factum est quarto die post, quo Campegius Cardinalis oratione quadam ordines ad consensum in religione, & ad bellum Turcis inferendum hortatus est. Oblatam confessionem accipere

quidem paratus fuit Cæsar, sed Euangelici principes, ut publice ea recitaretur & audiretur, ab eo petiverunt. Quod cum eo die fieri minus posset, sequente, qui erat 25. Iunii, à meridie, frequente senatu imperii coram Carolo & Ferdinando, in palatio Cæsaris, Germanice per duas integras horas pronunciata est, voce clara & expressa per Georgium Pontanum, Saxoniæ Electoris Cancellarium. Latine verò & Germanice simul Cæsari per eundem Cancellarium tradita est. Acceptam ille mox cunctis pene principibus in orbe Christiano ad judicandum suggessit, nec defuerunt legati, qui eandem in linguam gentis suæ conversam ad suos miserunt: ut nulla pene aula, nullum regnum, nulla civitas in Europa esset, ad quem non fama & notitiâ ejus penetraret. Verè igitur hæc ultima tuba Euangelii fuit, cujus vocibus personare Deus orbem Christianum ante extremum diem voluit.

De ipsa vero confessione sententiæ diversæ in senatu imperii dictæ sunt. Alii enim edicti VVormatiensis executionem urserunt. Alii doctorum & piorũ censuræ subiiciendam esse confessionem existimarunt, judiciumque Cæsari permittendum. Nonnulli confuta-

futationis formulam perscribendam, ac recitandam esse Euangelicis judicarunt, efficiendamque ut omnia in integrum ad usque concilium restituerentur. Et his cum maxima pars postremam probaret, datum est negocium Ioanni Fabro, Eccio, Conrado VVimpinæ, Conrado Collino, Ioanni Cochleo, Medardo Minoritæ, Augustino Mario, & aliis, ut confutationẽ articulorũ confessionis conscriberent. Interim per Fridericum Palatinum, Hoierum Mansfeldiacum, & comitem Helfensteinium percontatus est Cæsar, num plures articulos exhibere vellent Euangelici? responderunt illi, satis se habere, in confessione comprehendisse summa doctrinæ suæ capita ad salutem animæ necessaria; abusus vero in Ecclesiam invectos lenitatis caussa sese præteriisse: præsertim cum amicam & placidam actionem de iis in conventu Cæsar polliceretur.

Cum etiam eodem tempore Ioannes Saxoniæ Elector feuda sive insignia provinciarum suarum, ceremonia usitata sibi tribui, tum conjugii etiam Ioannis Friderici filii cum Sybilla ducis Iuliacensis filia confirmationem peteret: utrumque ei denegavit Cæsar, nisi ad ecclesiæ catholicæ consen-

futationis formulam perſcribendam, ac recitandam eſſe Euangelicis judicarunt, efficiendumque ut omnia in integrum ad uſque concilium reſtituerentur. Ex his cum maxima pars poſtremam probaret, datum eſt negocium Ioanni Fabro, Eccio, Cunrado VVimpinæ, Cunrado Collino, Ioanni Cochleo, Medardo Minoritæ, Auguſtino Mario, & aliis, ut confutationé articulorũ confeſſionis conſcriberent. Interim per Fridericum Palatinum, Hoierum Mansfeldiacum, & comitem Helfenſteinium percontatus eſt Cæſar, num plures articulos exhibere vellent Euangelici? reſponderunt illi, ſat ſe habere, in confeſſione comprehendiſſe ſumma doctrinę ſuæ capita ad ſalutem animæ neceſſaria; abuſus vero in Eccleſiam invectos lenitatis cauſſa ſeſe præteriiſſe: præſertim cum amicam & placidam actionem de iis in conventu Cæſar pollicaretur.

Cum etiam eodem tempore Ioannes Saxoniæ Elector feuda ſive inſignia provinciarum ſuarum, ceremonia uſitata ſibi tribui, tum conjugii etiam Ioannis Friderici filii cum Sybilla ducis Iuliacenſis filia confirmationem peteret: utrumque ei denegavit Cæſar, niſi ad eccleſiæ catholicæ conſen-

sum rediret. Quod se facturum is summa constantia negavit, submisse nihilominus quę petierat, & æqua erant, concedi sibi postulans. In caussa verò fidei omnia se facturum promittit, quę sinat conscientia, & ad concilium liberum provocat.

Cum ex his & aliis satis appareret, quo animo Cæsar & Pontificii in religionem reformatam essent, Lutherus summis votis pacem expetit, eoque nomine ad Moguntinum archiepiscopum Albertum literas dat, quibus contendit, ut si forte conciliari religionis controversia non possit, operam det, pro sua authoritate, ne armis altera pars oppugnetur.

Tandem die Augusti tertio confecta à pontificiis Theologis confutatio, in frequenti Senatu imperii recitata est: cum quidem Cæsar prius per Fridericum Palatinum paucis indicasset, se bono studio à viris doctis & usu peritis eam conscribendam curasse. Erat autem confutationis ea ratio, ut aliqua in confessione Euangelicorum probaret, quædam vero reiiceret. Absoluta recitatione Cæsar iterum per Palatinum indicat, quoniam confutatio piè, & ita composita sit, ut refelli non possit, cupere se, ut Saxoniæ Elector,

cæte-

cæterique principes & civitates cum suis concionatorib⁹ in ea acquiescant. Adquod respondent illi, cum in confutatione scripturæ testimonia & patrum dicta adversus confessioné prius à se exhibitam allegentur: postulare rem, ut ea cujusmodi sint, accuraté expendatur. Idcirco exemplum sibi ejus impertiri petunt. Quod tandem vix, sed ea tamen conditione impetratum est, ut neque evulgaretur, neque typis excuderetur. Euangelici ergò, cum omnem disceptationem uberiorem abnueret Cæsar, nec exemplũ sibi sub tali conditione accipiendum putarunt.

Hic archiepiscopus Moguntinus, Henricus Brunsuicensis dux, & alii, Cæsarem rogant, ut ineundæ concordiæ caussà agi cum protestantibus patiatur. Quod ubi concedit ille, conditiones à delectis feruntur, quibus conciliari religionis discrepantia posse videatur. At cum hæ eo directæ omnes essent, ut à confessione sua desisterent Euangelici, & spes concilii omnis præcideretur: contra literas Cæsaris agi responderunt Euangelici, quibus literis collatio opinionum placida promittatur, ex qua quid in utraque parte verum sit aut falsum, eluceat: Tum quia confutationis copia ea impetrari non

possit, quæ ad tam ardui negotii tractationem necessaria sit, non injuria se ad concilium provocare. Si tamen via aliqua commodior inveniri possit, ut ab utraque parte pauciores deligantur, pietatis & concordiæ amantes, qui de cōtroversis articulis colloquantur, non respuere se eam conciliandæ religionis rationem velle. Quod cōsilium cum archiepiscopo Moguntino probaretur, Eccio author fuit, ut de singulis articulis confessionis suam sententiam explicaret. Is ergo cum ordine singulos examinasset, sex ex iis notavit, quos minimè ferri posse judicavit: de meritis sanctorum, de communione sub utraq; specie, de conjugio sacerdotum, de votis monasticis, de sacrificio Missę, de traditionibus humanis. De cæteris verò convenire posse, si utrinque principes duo & theologi totidem colloquerentur, arbitratus est.

Ab Euangelicorum parte Melanchthon & Theologi cæteri suos principes ad transactionem amicam, & constituendam concordiam, quoad ejus facere potuerunt, hortati sunt, propositis hisce conditionibus: primum, ut salva sit inprimis doctrina de fide, de operibus, de libertate Christiana, & aliis partib⁹ juxta confessionis formulam.

lam. Secundò, ut usus cœnæ dominicæ sit integer. Tertiò, ne importetur necessitas restituendi privatas Missas, & invehendi sacrificium pro vivis & mortuis. Quartò, ut sacerdotibus & Ecclesiasticis conjugium permittatur. Quintò, ut libertas sit in traditionibus humanis, in ciborum discrimine, & similibus. In cæteris concedant omnia, quæ Deo & conscientiæ non repugnent.

Hinc amica tractatio de articulis controversis suscepta est, utrinque septem delectis. Et quanquam pontificii in quindecim articulis sibi cum Euangelicis convenire dixerunt: tamen hi, ne quid concessisse viderentur contra sanctum Dei verbum confessionisque exhibitæ formulam, mox sententiam suam perspicuè magis declararunt, & quatenus ea cum pontificiis congrueret, ostenderunt. De hoc conciliationis negotio Lutherus etiam quid sentiret in epistola ad Melanchthonem demõstravit, in qua inter cætera ait: minimè verò mihi placet de conciliatione doctrinæ agi, cum talis fieri nequaquam possit, nisi pontifex aliquid de papatu suo remittat. Satis fuerit, caussam fidei nostræ exposuisse, & pacem flagitasse, cogere verò pontificios ad amplectendam

dam veritatem quî possumus? Cum ergo ad istum modum effici nihil posset, placuit à paucioribus conciliationem tentari,& delecti sunt ab utraque parte trini,à pontificiis quidem Eccius, Cancellarius Coloniensis, & Badensis; ab Euangelicis verò Melanchthon, D. Pontanus, & Hellerus. Hi de utraque specie in cœna sancta, de Missa, de sacerdotum conjugio, de monasteriis, de jurisdictione episcoporum denuo collocuti sunt.

Interim ab Electore Saxoniæ consilium Lutheri exquiritur, qui respondit, sibi minimè placere pontificiorum postulationē, ut usus sacræ cœnæ sub una specie indifferens sit & liber, quod Christi verbum, comedite, bibite, item facite, nequaquam indifferens sit, sed præceptum contineat, cui obedire sine omni excusatione oporteat. Idem existimandum esse de Missa privata scribit, quæ cum sit inventum hominum, sine verbo Dei introductum, admitti eam sine impietate non posse affirmat. Neque canonem etiam ferri posse demonstrat, cum pontificiorū interpretatione, quod contumeliosus sit adversus filium Dei. Acta verò hujus colloquii ad Cæsaris consilium relata sunt, in quo cum nulla alia conciliationis con-

conditio ferretur, quam quæ erat in superiori colloquio lata, idem Euangelicorum fuit responsum.

In primis vero argumenta quædam Melanchthonis contra Missam in hoc responso elucent, quorum primum est: Omne donum eam habet conditionem, ut prosit accipienti. Sacramentum cœnæ est donum Christi. Prosit ergo accipienti, nempe ad confirmationem fidei, necesse est, & per consequens, non tantum gratiarum actionis caussa institutum est. Alterum: Corpus & sanguis Christi in cruce non tantum gratiarum actionis, sed remissionis etiam peccatorum caussa fuim est. Panis in cœna est corpus Christi, vinum sanguis ejus. Non igitur hæc in cœna sancta tantum sumuntur, ut signa sint gratiarum actionis, sed ut certa etiam monumenta sint remissionis peccatorum.

Quibus & aliis compluribus argumentis liquido demonstravit, aliud esse finem Sacramenti cœnæ, nempe ut fides excitetur in nobis, aliud id quod finem sequitur, quę est gratiarum actio. Quod verò cœna Domini sacrificium non sit, itidem confirmatum est evidenti argumento a discrimine Sacramenti & sacrificii, in hunc modum:

In

conditio ferretur, quam quæ erat in superiori colloquio lata, idem Euangelicorum fuit responsum.

In primis verò argumenta quædam Melanchthonis contra Missam in hoc responso elucent, quorum primum est: Omne donum eam habet conditionem, ut prosit accipienti. Sacramentum cœnæ est donum Christi. Prosit ergo accipienti, nempe ad confirmationem fidei, necesse est, & per consequens, non tantum gratiarum actionis caussa institutum est. Alterum: Corpus & sanguis Christi in cruce non tantum gratiarum actionis, sed remissionis etiam peccatorum caussa fusus est. Panis in cœna est corpus Christi, vinum sanguis ejus. Non igitur hæc in cœna sancta tantum sumuntur, ut signa sint gratiarum actionis, sed ut certa etiam monumenta sint remissionis peccatorum.

Quibus & aliis compluribus argumentis liquidò demonstravit, aliud esse finem Sacramenti cœnæ, nempe ut fides excitetur in nobis, aliud id quod finem sequitur, quę est gratiarum actio. Quod verò cœna Domini sacrificium non sit, itidem confirmatum est evidenti argumento à discrimine Sacramenti & sacrificii, in hunc modum:

In

In ſacrificio nos aliquid reddimus ſive tribuimus Deo: In Sacramento cœnæ nihil reddimus Deo, ſed Chriſtus nobis exhibet corpus ſuum. Sequitur ergo Sacramentum non eſſe ſacrificium.

Scripſit de eadem actione Lutherus ad Melanchthonem, & Iuſtum Ionam, nullo modo ferri hoſce adverſariorũ conatus, quippe qui à ſua ſententia de canone, de Miſſa, de una ſpecie Sacramenti cœnæ, de cœlibatu, de juriſdictione tranſverſum unguem diſcedere nolint, & inſuper etiam glorientur, ſe redargui nullo modo poſſe, à nobis verò concedi ſibi in omnibus cupiant. Cum itaq; ne hoc quidem modo conciliari aliquid poſſet, advocavit Cæſar catholicos principes, & ordines cunctos, die Septemb. ſeptimo, & duabus horis pòſt etiam Saxoniæ Electorem, & ſocios, eiſque per Fridericum Palatinum ſignificavit, permoleſtum ſibi accidere, quod poſt tot ſuſceptas & tentatas actiones abduci à novitate doctrinæ, & reduci ad uſum Eccleſiæ veterem, & receptum nequeant. Concilium verò ut quam primum indiceretur, ſe curaturum quidem, ſed ea conditione, ſi interea ad religionem, quam ipſe aliique principes profiteantur, ſeſe aggregent. Quod cum Euangelici ſe

facere

facere integra conscientia non posse, ostenderent, Cæsar neque concilio locum esse posse respondit, quod decretis conventus Spirensis sese opposuerint. Si verò uberiorem tractationem desiderent, nō se defugere ullum laborem, quo ad conciliationem perveniri possit. Ad hæc, non se dubitare, dixerunt Euangelici, quin concilium liberum ut indicatur, curaturus sit: protestationem verò in conventu Spirensi uni tantum parti decretorum oppositam fuisse, quæ scilicet contra doctrinam Euangelii facta esset: cæteris sese obtemperaturos esse. An verò æquum sit, ut, quod Cæsar objecerat, minor pars in hoc religionis certamine majori cedat, jam non posse disputari, tum frustra etiam uberiorem tractationem suscipi, cum Cæsar mirari se ostendat, pontificios tantum concessisse. Ex quo satis cognosci posse dixerunt, non velle ipsum amplius aliquid concedi à pontificiis. Tandem decretum in religionis negocio Septemb. die 22. pronunciatum est, quo primum repetita fuit caussa indicti conventus, actionumq; in eo religionis conciliandæ gratia susceptarum: tum confessionis Euangelicorum ex verbo Dei reiterata confutatio. Postea spatium deliberandi

berandi datum est Euangelicis ad 15. usque diem Aprilis, num vellent ad consensum doctrinæ catholicæ reverti: postulatum etiam ne quid interea excudi in suis ditionibus de religione paterentur, ne quid innovarent, ne quem ad amplectendam religionem suam impellerent, ne quem in veteris religionis cursu impedirent: ut cum aliis ordinibus consilium caperent de modo coërcendi Anabaptistas, & eos, qui secus de cœna Domini, quam ecclesia doceant. Postremò promissum est concilium intra semestre tempus indicendum, sequente verò anno inchoandum.

Ad quæ responderunt Euangelici, nullo modo sese concedere, quod confessio ipsorum ex verbo Dei refutata sit. Ac ne confutatio confessioni suæ opposita silentio prætermitteretur, Apologiam obtulerunt Cæsari, ex qua cognosci liquidò posset, exhibitam ante à se confessionem firmam esse. Hanc verò cum Pontanus Friderico Palatino traderet, accepit ille quidé, sed admonitus Cæsar à Ferdinando clanculum, reddi eam suis authoribus jussit. In cætera, quæ postulata essent, nihil hactenus à se commissum esse dicebant, neque commissum iri in posterum: Anabaptistas

baptistas verò & Sacramenti altaris contemtores in suis ditionibus nequaquam se tolerasse, nec toleraturos esse deinceps ullo tempore. Vt hæc omnia ad suos referre possent, decreti exemplum sibi impertiri petiverunt. Sed respondit Cæsar, se satis mirari non posse, quod tanta pertinacia doctrinam suam tueantur, quæ tamen testimoniis scripturæ satis confutata sit, & jam dudum à conciliis damnata. Iccirco postulare se seriò, ut decretis conventus pareant. Quod nisi faciant, necessitatem ipsam postulare, ut eas ineat vias, quas officii munus exigat.

Euangelici contra, se inviolata conscientia decretum conventus recipere non posse ostendunt, sed copiam ejus demisse iterum petunt. Et cum Cæsar restitutionem monasteriorum & bonorum ecclesiasticorum flagitaret, sæpius à se responsum esse aiunt, usque ad concilium sese ista omnia sic moderaturos esse, ut satis appareat, non se sui commodi caussà quicquam fecisse. Ad quod Cæsar, nisi, inquit, decretum conventus amplectamini, alias persecuturus sum vias, quibus nova secta funditus deleatur, & pax fidesque catholica in Germania conservetur. Postremò, restitutionem Mona-

chorum, Abbatum, & aliorum Clericorum iterum flagitavit. Cui Euangelici nihil aliud, nisi hoc respondendum esse duxerunt: cum neque exemplum decreti, neque tempus deliberandi diligentius de re tota impetrari posset, non esse caussam, quare diutius laborent. Iccirco se Deo totam caussam commendare.

XXIII Septembris Elector Saxoniæ, & duo principes Lunæburgici cum suis Theologis discedunt, relictis post se consiliariis, & legatis usque ad finem conventus. Exhibuerunt per id temporis peculiarem fidei suæ confessionem quatuor civitates, Argentoranum, Constantia, Meminga, & Lindavium: sed ea publicè prælecta non est.

Cum autem subsidia ad depellendum Turcam Cæsar peteret, responderunt nomine principum suorum legati, si religioni induciæ aut pax usque ad concilium promittatur & permittatur, velle se, non minus quam alios ordines, pecunias & homines in Turcas mittere. Cum etiam Cæsar indicasset Euangelicis, propterea quod cõventus decretum amplecti nollent, in pace religioni data ipsos non comprehendi, flagitarunt legati declarationẽ, quæ data est in hunc modum: quic-

quid de defensione doctrinæ catholicæ dictum esset, id offensionis nihil in se continere. De fisci autem processu contra eos Cæsarem statuere velle. Erat etiam comprehensum in decreto, ne quis in Cameræ judicium reciperetur, nisi factum de religione decretum approbaret. Quod ipsum quoque neque probare, neque recipere se posse legati demonstrarunt. Iccirco exhibitis literis supplicibus, alii decimo tertio, alii decimo nono Novembris discesserunt.

Eodem anno 30. principes & civitates protestantes Schmalcaldiæ convenerunt, & fœdus inter se fecerunt, quo id potissimum comprehendebatur, ut si armis propter Euangelii professionem invaderentur, viribus conjunctis, vim injustam à se propulsarent. Socii hujus fœderis fuerunt etiam urbes nonnullæ, ex quibus Magdeburga & Brema statim subscripserunt: reliquæ verò Argentina, Vlma, Constantia, Lindavia, Meminga, Campodunum, Heilbrunna interjecto aliquo intervallo se responsuras esse promiserunt. Fœdus etiam icerunt eadem de caussa Argentinenses, Bernates, Tigurini, & Basilienses.

Quod autem in conventu Augustano

quid de defensione doctrinæ catholicæ dictum esset, id offensionis nihil in se continere. De fisci autem processu contra eos Cæsarem statuere velle. Erat etiam comprehensum in decreto, ne quis in Cameræ judicium reciperetur, nisi factum de religione decretum approbaret. Quod ipsum quoque neque probare, neque recipere se posse legati demonstrarunt. Iccirco exhibitis literis supplicibus, alii decimo tertio, alii decimo nono Novembris discesserunt.

Eodem anno 30. principes & civitates protestantes Schmalcaldiæ convenerunt, & fœdus inter se fecerunt, quo id potissimum comprehendebatur, ut si armis propter Euangelii professionem invaderentur, viribus conjunctis, vim injustam à se propulsarent. Socii hujus fœderis fuerunt etiam urbes nonnullæ, ex quibus Magdeburga & Brema statim subscripserunt: reliquæ verò Argentina, Vlma, Constantia, Lindavia, Meminga, Campodunum, Heilbrunna interjecto aliquo intervallo se responsuras esse promiserunt. Fœdus etiam icerunt eadem de caussa Argentinenses, Bernates, Tigurini, & Basilienses.

Quod autem in conventu Augustano

impetrari nullo modo potuit, id paulo post intercedentibus Alberto Moguntino, & Ludovico Palatino, obtentum est, ut pax tam diu flagitata ac desiderata inter Cæsarem & Protestantes fieret. Præbuerat caussam nonnullã huic paci periculum ingens, quod à Turcis impendebat Austriæ. Ad quod propulsandum vires ab omni Germania conferri necesse erat. Formula autem pacis sic erat composita, ut communis & publica pax in Germania esset usque ad generale, liberum, & Christianum concilium, nec religionis caussa cuiquam bellum inferretur, negotium exhiberetur, aut molestia ulla crearetur: donec vel per concilium, vel alia quacunq; ratione per imperii ordines controversia omnis tolleretur. Factum est hoc decretum die Iulii XXIII Norimbergæ, anno 1532. Memorabile est Caroli responsum, quod id temporis dedit Heldo vicecancellario, cum dixisset, Cæsarem decretum in comitiis Augustanis factum exequi velle, etiamsi vastanda esset Germania. Id enim sic interpellans Cæsar refutavit: non hoc jussi te dicere, absit, absit, ut vastare velim Germaniam, quæ & patria est mihi charissima, & imperii ornamentum ac decus summum mihi tribuit.

Bella gessit Carolus imperator complura, maxima, difficillima, & quædam contentione magna, sed fortuna dispari. Primum omnium anno Christi millesimo quingentesimo & vigesimo motus populi in Hispania contra ministros regios suæ magistratus, Belgas præsertim, concitatos compressit. Querebantur enim Hispani, hos præter æquum duros esse & rempubl. quæstui habere. Idcircò conspiratione facta, quam communitatem sanctam appellabant, dejicere à cervicibus suis jugum ipsorum constituerant, certoisque factionis duces delegerant. At eorum conatibus obviam iverunt quidam duces Hispanici, cœtumque seditiosorum oppresserunt captis multis, in quos reversus in Hispaniam Carolus graviter animadvertit.

Anno 1521. exarsit bellum inter Carolum & regem Galliæ, cum aliis ex caussis, tum quod ægrè ferret Galliæ rex Carolum sibi prælatum esse in Imperatoris Romani electione. Inde enim opes ejus valde auctas esse facilè perspiciebat. Ac initio quidem à Pontifice etiam adjuvabatur, qui enixè laborarat, ut ad imperii majestatem Galliæ rex eveheretur. Sed hoc anno 21 fœdus faciunt pontifex & Carolus contra

Bella gessit Carolus imperator complura, maxima, difficillima, & quippem contentione magna, sed fortuna dispari. Primum omnium anno Christi millesimo quingentesimo & vigesimo motus populi in Hispania contra ministros regios sive magistratus, Belgas præsertim, concitatos compressit. Querebantur enim Hispani, hos præter æquum duros esse & rempubl. quæstui habere. Iccircò conspiratione facta, quam communitatem sanctam appellabant, dejicere à cervicibus suis jugum ipsorum constituerant, certosque factionis duces delegerant. At eorum conatibus obviam iverunt quidam duces Hispanici, cœtumque seditiosorum oppresserunt captis multis, in quos reversus in Hispaniam Carolus graviter animadvertit.

Anno 1521. exarsit bellum inter Carolum & regem Galliæ, cum aliis ex caussis, tum quod ægrè ferret Galliç rex Carolum sibi prælatum esse in Imperatoris Romani electione. Inde enim opes ejus valde auctas esse facilè perspiciebat. Ac initio quidem à Pontifice etiam adjuvabatur, qui enixè laborarat, ut ad imperii majestatem Galliæ rex eveheretur. Sed hoc anno 21 fœdus faciunt pontifex & Carolus contra

Gallum, ejusque præsidium ex omni Italia pellunt, & amplissimum Insubrium principatum Mediolanensem Francisco Sfortiæ restituunt. Duravit autem bellum Gallicum annis propemodum 38. pactis quandoque induciis, sed dubiis, parumque constantibus.

Anno 25. Franciscus Galliæ rex Mediolanum in potestatem suam redegit, sed non multo post à Cæsarianis ad Papiam victus ad Carolum captivus in Hispaniam abductus est. Carolus verò adeo non est elatus hac victoria, ut acceptis captivi regis supplicibus literis omnia lætitiæ signa publica omiserit, & ad templum concesserit, gratias illic Deo acturus, & hanc felicitatem omnem acceptam illi relaturus. Tum deliberationem in senatu de captivo instituit, in qua sententiæ tres propositæ sunt. I. ut captivus perpetuò teneretur. II. ut fraterné nulla alia interposita pactione dimitteretur, nisi ut ad perpetuam amicitiam & pacem, tum ad Christianæ etiam reipub. morbos sanandos obligaretur. III. ut emolumento quam maximo libertas ei restitueretur. Rex ipse ut in Cæsaris conspectum duceretur summis votis expetivit, sperans vel benignitate ejus,

vel conditionibus, quas proponere ei in animo habebat, facile libertatem sese consecuturum esse. At Cæsar nisi concordia jam firmata, aut in spem certam adducta admittere eum recusavit. Quod adeo iniquo animo captivus tulit, ut in morbum incideret, unde convalescere de medicorum judicio non potuit, nisi Cæsar ad illum consolandum veniret, & spem libertatis faceret. Itaque invisit eum Cæsar, & spe liberationis ostensa, morbi vim ita mitigavit, ut ad pristinam valetudinem quamvis serius redierit.

Interea rex Angliæ cum matre regis captivi fœdus facit, & verò Papa, Venetique consilia capiunt, quomodo Cesaris copias ex Italia expellant. Quin Sfortiam etiam ipsum Cæsariani duces propter suspicionem conjurationis cum Papa & Venetis arctius premunt. Quamobrem redit in gratiam cum captivo Carolus his conditionibus: ut Neapolitanum regnum renunciet, comitatu Flandriæ cedat, ducatum Burgundiæ tradat, & ad coronationem Cæsaream peditum sex millia, equites verò sexcentos cum sumptib⁹ ad menses sex mittat. Hæc interposito jurejurando confirmat Gallus, datis obsidibus duobus filiis natu majoribus, ac-

vel conditionibus, quas proponere ei in animo habebat, facile libertatem ſeſe conſecuturum eſſe. At Cæſar niſi concordia jam firmata, aut in ſpem certam adducta admittere eum recuſavit. Quod adeo iniquo animo captivus tulit, ut in morbum incideret, unde convaleſcere de medicorum judicio non potuit, niſi Cæſar ad illum conſolandum veniret, & ſpem libertatis faceret. Itaque inviſit eum Cæſar, & ſpe liberationis oſtenſa, morbi vim ita mitigavit, ut ad priſtinam valetudinem quamvis ſerius redierit.

Interea rex Angliæ cum matre regis captivi fœdus facit, & verò Papa, Venetique conſilia capiunt, quomodo Cęſaris copias ex Italia expellant. Quin Sfortiam etiam ipſum Cæſariani duces propter ſuſpicionem conjurationis cum Papa & Venetis arctius premunt. Quamobrem redit in gratiam cum captivo Carolus his conditionibus: ut Neapolitanum regnum renunciet, comitatu Flandriæ cedat, ducatum Burgundiæ tradat, & ad coronationem Cæſaream peditum ſex millia, equites verò ſexcentos cum ſumptib⁹ ad menſes ſex mittat. Hæc interpoſito jurejurando confirmat Gallus, datis obſidibus duobus filiis natu majoribus, ac-

cepta verò Leonora Cæsaris sorore Germana in uxorem. Redeuntem Gallum Cæsar honorificè deducit, concesso ei inter equitandum latere dextro. Digna est omnium memoria vox Caroli, de hoc æmulo virtutis suæ Francisco Gallorum rege: si omnem, inquit, Galliam expugnassem, tamen redderem ei, modo mihi exiguum illud, quod meum est, relinquat. Hoc modo Mediolanensem ducatum recuperavit Carolus, quem anno 1529. Francisco Sfortiæ, intercedentibus pro eo pontifice & Cardinale Mercurino, restituit, ubi novies centena millia coronatorum se persoluturum esse promisit. Hunc, mortuo sine hærede Francisco Sfortia, anno 1535. Gallus suo quodam jure sibi vindicare conatus est: sed ab Antonio de Leva Cæsaris nomine occupatus & fortiter defensus est.

Franciscus verò Gallorum rex à Carolo dimissus, contra eum fœdus novum cum pontifice & Venetis icit. Vnde novum etiam bellum est ortum, & de Mediolanensi ducatu fortuna varia dimicatum. Cum autem diuturnis bellis totus tandem esset exhaustus, & jam commeatus pariter & stipendium exercitum Cæsarianum deficeret, con-

silium

silium ceperunt duces, quo pacto sublevare egestatem suam possent, & nervos belli acquirere. Placuit primū Placentiam invadere, quæ pontifici parebat, ex ejusque direptione prædam captare. Verum cum ita illa esset munita, ut capi facile non posset, mutarunt cōsilium, & relicto Mediolani Antonio de Leva, Borbonius dux, & Fronsbergius exercitum ex Germanis & Hispanis cōparatum, cui forte etiam Itali fuerunt admixti, in agrum Florentinum duxerunt. Cum autem Florentia potiri minus possent, recta via Romam contenderunt, potestatem transeundi in regnum Neapolitanū sibi dari petentes. Quod ubi pontifex recusavit, nihil hostile propter recentes cum Cæsare factas inducias metuens: hi postero die matutino tempore urbem invaserunt, & etiamsi Borbonius in oppugnatione ictus globo interiit, nihilominus priusquam expugnassent, non quieverunt. Capta urbe, cædibus, direptionibus, & omnis generis injuriis in obvia quæque sævitum est, & pontifex ipse cum Cardinalibus in Adriani mole, vel in S. Angeli castello obsessus, unde non nisi post septimum mensem Cæsaris mandato liberatus est. Prædam ingentem inde reportassent Cæsariani,

nisi partim morbo lethali fuissent extincti, partim ludo, quæ rapuerant, perdidissent, partim etiam in itinere Neapolitano suffocati essent. Hæc ann. 1527. acta sunt, de quibus graves quidem querelas ad Cæsarem detulit pontifex Clemens VII, sed excusavit Cæsar, se neque sciente, neque comprobante ea esse facta. Itaque pax anno 1529. inter Cæsarem & Papam facta est, & secuta coronatio Cæsaris Bononiæ, anno 30 mense Februario. Gallus verò anno 1528. duce Odetto Fuxio Lautrechio Neapolitanum regnum bello adortus, Neapolim obsedit, & duces Cæsarianos cepit, omnemque maris usum intercepit. Sed divinitus ita repressus est, ut lue pestilente exercitus ejus deletus sit. Itaq; pacem cum Carolo anno 1529 iniit.

Anno 1529. Solymannus à Ioanne de Zapolia, Transylvaniæ VVaivvoda attractus venit in Vngariam, & redacta in ditionem Buda, Viennam 22, die Septemb. obsidet, tormentis oppugnat, jaculis muros trajicit, & ad eam evertendam omnes machinas adhibet. Exercitum habuit centum quadraginta, vel, ut alii scribunt, trecentorum millium. Vrbem verò strenuè defendebant præsidiarii milites Germani,

mani, duce Philippo Palatino principe. Duravit obsidio usque ad Idus Octobr. quo tempore interjecto prædas maximas ex vicinis locis facit & accumulat, multa hominum millia abducit, matronas & virgines nudas projicit, palis pueros affigit. Sed cum navare & efficere in oppugnatione nihil posset: diffidens & desperans rebus suis, fugæ sese mandabat, amissis circiter octoginta millibus hominum, qui partim in oppugnatione, partim in fuga frigore & inedia interierunt.

Anno 1532. rediit cum ducentis armatorum millibus, & Vngariæ oppidulum Gunsium ter decies oppugnavit, defendente illud Nicolao Iurizio, fortissimo viro. Quod cum deditione tandem cepisset, ducem quendam Cosonum cum equitib. ad 15000 rapiendi ac prædandi caussa Lincium usque emisit. Quæ res metum Germaniæ magnum incussit. Contra eum ducebat exercitum Carolus ex omni Germania, Italia, & Hispania comparatum ad ducenta millia peditum, & triginta millia fere galeatorum equitum, Solymannum ad Viennam præstolaturus. At is cognito Cæsaris consilio, per Noricorum montana fugiens prædam ingentem deportavit. Metuit enim

mani, duce Philippo Palatino principe. Duravit obsidio usque ad Idus Octobr. quo tempore interjecto prædas maximas ex vicinis locis facit & accumulat, multa hominum millia abducit, matronas & virgines nudas projicit, palis pueros affigit. Sed cum navare & efficere in oppugnatione nihil posset: diffidens & desperans rebus suis, fugæ sese mandabat, amissis circiter octoginta millibus hominum, qui partim in oppugnatione, partim in fuga frigore & inedia interierunt.

Anno 1532. rediit cum ducentis armatorum millibus, & Vngariæ oppidulum Gunsium ter decies oppugnavit, defendente illud Nicolao Iurizio, fortissimo viro. Quod cum deditione tandem cepisset, ducem quendam Cosonum cum equitib. ad 15000 rapiendi ac prædandi caussa Lincium usque emisit. Quæ res metum Germaniæ magnum incussit. Contra eum ducebat exercitum Carolus ex omni Germania, Italia, & Hispania comparatum ad ducenta millia peditum, & triginta millia fere galeatorum equitum, Solymannum ad Viennam præstolaturus. At is cognito Cæsaris consilio, per Noricorum montana fugiens prædam ingentem deportavit. Metuit enim

enim virtutem ac felicitatem Caroli: & verò Carolus nunquam cum eo decertavit prœlio.

Anno Christi 1532. Monasterium VVestphaliæ urbs Euangelium amplectitur, cedentibus non absq; indignatione pontificiis. At sequente anno veniunt eò anabaptistæ Ioannes Leidensis Holandus, Bernardus Cnipperdollingus & alii, quibus sese etiam aggregat Bernardus Rotmannus, qui Euangelium primus in ea urbe prædicarat. Hi magistratum in sese transferunt, Ioannem Leidensem regem creant, templa evertunt, omnesque à se dissentientes profligant, communionem rerum introducunt, πολυγαμίαν statuunt, & oppugnatis vicinis urbibus regnum novum parant, tum apostolos etiam ad divulgandam suam doctrinam in toto terrarum orbe emittere in animo habent. Hanc nefariam sectam non quidem ex Euangelio natam, sed à Satana ipso excitatam refutant Lutherus & alii pii doctores. Sed furor adeo exardescit, ut non nisi vi possit compesci. Itaque obsidetur urbs ab episcopo, & decernuntur ei ab ordinibus Rhenanæ provinciæ auxilia, prius tamen missis literis monentur fanatici ac furiosi homines, ut à proposito de-

sistant,

sistant, & sese dedant. Quod cum obtineri non posset, nocturno tempore, ducente quodam perfuga urbs invaditur & occupatur, nonnullis qui misericordiam implorant parcitur, factionis verò principes forcipibus candentibus in foro necantur, & caveis ferreis alligati de turri summa suspenduntur.

Anno 1535. in Africam cum exercitu trajecit Cæsar. Caussa expeditionis erat, quod Corradinus Barbarossa archipirata, classis Turcicæ præfectus incursionibus suis mare vexabat, & in Africa regnum Tunetanum, ejecto rege, occuparat. Hujus igitur ferociam compressurus Cæsar, & regem pulsum restituturus, classe ornata in Africam venit, urbem Tunetam cum arce Goleta cepit, Mulcassem ejectum regem Mahometanæ religioni addictum restituit, & vectigalem sibi fecit, Goletam verò sibi vendicavit, & Hispanico præsidio munivit. Deinde anno 41. ut Solymannum ex Vngaria aliò avocaret, iterum Algieram Africæ urbem appulit, adducto secum exercitu ultra 22000 peditum, equitum verò supra mille, quem ex Hispanis, Germanis, & Italis compararat. Tertio die post tempestate sæva obrutus est, classisque ventorum flatibus continuis

collisa,

sistant, & sese dedant. Quod cum obtineri non posset, nocturno tempore, ducente quodam perfuga urbs invaditur & occupatur, nonnullis qui misericordiam implorant parcitur, factionis verò principes forcipibus candentibus in foro necantur, & caveis ferreis alligati de turri summa suspenduntur.

Anno 1535. in Africam cum exercitu trajecit Cæsar. Caussa expeditionis erat, quod Corradinus Barbarossa archipirata, classis Turcicæ præfectus incursionibus suis mare vexabat, & in Africa regnum Tunetanum, ejecto rege, occuparat. Hujus igitur ferociam compressurus Cæsar, & regem pulsum restituturus, classe ornata in Africam venit, urbem Tunetam cum arce Goleta cepit, Mulcassem ejectum regem Mahometanæ religioni addictum restituit, & vectigalem sibi fecit, Goletam verò sibi vendicavit, & Hispanico præsidio munivit. Deinde anno 41. ut Solymannum ex Vngaria aliò avocaret, iterum Algieram Africæ urbem appulit, adducto secum exercitu ultra 22000 peditum, equitum verò supra mille, quem ex Hispanis, Germanis, & Italis comparatat. Tertio die post tempestate sæva obrutus est, classisque ventorum flatibus continuis

collisa,

collisa, fracta & submersa. Quæ res consilium ejus omne evertit. Itaque adversa omnia prospiciens, cum Deo in primis reconciliationem quæsivit, sacra cœna usus, & ut idem faceret exercitus, imperavit. Cœpit quidem concligere cum Mauris & Turcis loco acclivi & salebroso: sed cum ventorum impetus nihil remitteret, de reditu in Europam cogitavit, malo, inquiens, unum Christianum servare, quam mille Turcos aut Pœnos trucidare. Cum itaque partem bonam exercitus amisisset, & tormenta commeatusque penè omnis interiisset, re infecta, in Hispaniam reversus est.

Anno 1546. bellum contra Protestantes, fœderis Schmalcaldici socios suscepit, caussâ exequendi edicta in religionem Euangelicam duriora, quæ Pontificiorum impulsu proposuerat. Hanc enim executionem jam amplius viginti quinq; annis partim bellis impeditus, partim quod speraverat, per congressus & colloquia controversiam de religionis doctrina compositum iri, distulerat. Huic tamen bello non religionis caussam, sed coërcendi, & ad officium redigendi principes & fœderatas quasdam civitates cupiditatē prætexuit. De qua executione ita Melanchthon ait: Quod Carolus à moderatione discessit, & bellum Germanicum movit, deploremus calamitatem hujus ultimæ & deliræ senectæ mundi. Vrgebant enim fata Germaniam, de quibus toties prædixerat Lutherus, cum ad Georgium principem Anhaltinum & alios dixit: Dum ego vivo, periculi non multum erit ab hostibus & bellis. Id enim precibus meis à Deo me impetraturum esse sat scio. Vbi verò mortuus fuero, vos precamini ipsi. Tunc enim opus erit precibus. Id quod re utique experiemini. Etsi autem animum jam ante satis paratum ad id bellum habebat Cæsar, nō parum tamen irritabatur, cum in conventu Ratisbonensi, quem hoc ipso anno indixerat, Protestantium principum penè nemo adesset. Constituerat enim de componenda religionis controversia, de constituendo imperiali judicio, de repellendo Turca tractare. Quamobrem omissa alia cura omni, totus in bellum Germanicum incumbebat. Ad quod à pontifice mittebantur promissa peditum decem, vel, ut alii volunt, octo millia, & quingenti equites. Ex regno autem Neapolitano sex millia Hispanorum veniebant, Maximilianus item comes Burenius

lanchthon ait: Quod Carolus à moderatione discessit, & bellum Germanicum movit, deploremus calamitatem hujus ultimæ & deliræ senectæ mundi. Vrgebant enim fata Germaniam, de quibus toties prædixerat Lutherus, cum ad Georgium principem Anhaltinum & alios dixit: Dum ego vivo, periculi non multum erit ab hostibus & bellis. Id enim precibus meis à Deo me impetraturum esse sat scio. Vbi verò mortuus fuero, vos precamini ipsi. Tunc enim opus erit precibus. Id quod re utique experiemini. Etsi autem animum jam ante satis paratum ad id bellum habebat Cæsar, nõ parum tamen irritabatur, cum in conventu Ratisbonensi, quem hoc ipso anno indixerat, Protestantium principum penè nemo adesset. Constituerat enim de componenda religionis controversia, de constituendo imperiali judicio, de repellendo Turca tractare. Quamobrem omissa alia cura omni, totus in bellum Germanicum incumbebat. Ad quod à pontifice mittebantur promissa peditum decem, vel, ut alii volunt, octo millia, & quingenti equites. Ex regno autem Neapolitano sex millia Hispanorum veniebant. Maximilianus item comes Burenius

renius adducebat quater mille equites, pedites 10000. Adjutores ejus erant archidux Austriæ Maximilianus, Manuel Philibertus Sabaudiæ dux, Ericus & Philippus Brunsuicensium duces, Ioannes Albertus Megalopyrgeus, & comites nonnulli. Contra Schmalcaldici fœderis socii erant, dux Elector Saxoniç Ioannes Fridericus, Philippus Landgravius Hassiæ, Ernestus & Iohannes Fridericus Saxoniæ duces, aliique principes, comites & belli duces, Recrodus, Reiffenbergerus. Cæsarem quoq; juvabant quidam Augustanæ confessionis principes, Albertus & Ioann. marchiones, persuasi non religionis, sed rebellionis caussâ bellum geri. Copiæ protestantium erant circiter 80000 pedites, 10000. vel ut alii volunt, 15000 equites, tormenta centum omnis generis. Promiserat etiam pontifex Cæsari ad id bellum, præter decem millia peditum, & quingentos equites in menses sex, ducenta millia coronatorum, qui jam tum Venetiis erant depositi. Quinquies præterea centena millia florenorum ex monasteriis capere Cæsar debebat.

Dispositis ad hunc modum & instructis ad bellum rebus omnibus, Cæsar Saxonem & Landgravium proscribit, die

die Iulii 20. Hi contra bellum ei denunciant, Augusti die undecimo. Proscriptionis formulam Cæsar ad Mauritium Saxonem mittit, ipse exercitum ducit Ingolstadium, quo etiam cum copiis suis veniunt Protestantes, quorum castra longissimo spatio extenta cum videret Carolus, suntné isti omnes Germani, quærebat. Mox, bene est, inquit, cito eis deerit consilium & pecunia. Evocarat tunc ex urbe Carolus Apianum mathematicum in castra, ut in machina Astronomica planetarum motus proprios ab eo rectius cognosceret. Ibi cum ex hostium castris globi magno agmine emissi circumvolitarent, trepidavit Apianus, inclinato identidem capite, globos evitare studens. Carolus vero absque omni timoris significatione immotus perstitit. Hic levioribus quidem prœliis concursum est aliquoties, sed nihil effectum memorabile.

Etsi autem in periculo magno versabatur Caroli exercitus, ob eamq; caussam à Ioanne Alberto Megalopyrgensium duce rogabatur Cæsar, ut ne tot equites hostium ictibus objiceret: obtineri tamen ab eo non potuit, ut cum hoste cominus pugnare suos pateretur: partim quod imparem se esse ho-

 stium

die Iulii 20. Hi contra bellum ei denunciant, Augusti die undecimo. Proscriptionis formulam Cæsar ad Mauritium Saxonem mittit, ipse exercitum ducit Ingolstadium, quo etiam cum copiis suis veniunt Protestantes, quorum castra longissimo spatio extenta cum videret Carolus, suntne isti omnes Germani, quærebat. Mox, bene est, inquit, cito eis deerit consilium & pecunia. Evocarat tunc ex urbe Carolus Apianum mathematicum in castra, ut in machina Astronomica planetarum motus proprios ab eo certius cognosceret. Ibi cum ex hostium castris globi magno agmine emissi circumvolitarent, trepidavit Apianus, inclinato identidem capite, globos evitare studens. Carolus vero absque omni timoris significatione immotus perstitit. Hic levioribus quidem prœliis concursum est aliquoties, sed nihil effectum memorabile.

Etsi autem in periculo magno versabatur Caroli exercitus, ob eamq; caussam à Ioanne Alberto Megalopyrgensium duce rogabatur Cæsar, ut ne tot equites hostium ictibus objiceret: obtineri tamen ab eo non potuit, ut cum hoste cominus pugnare suos pateretur: partim quod imparem se esse ho-

ſtium multitudini cernebat: partim ne faſces ſui imperii, qui pendere à fortuna illius diei videbantur, in diſcrimen adduceret. Itaque conflictibus majoribus omiſſis, foſſis, & vallo ſua caſtra munivit, donec copiæ majores advenirent.

Tandem appetente hyeme de pace quidem actum eſt, ſed ob conditiones duriores à Cęſare propoſitas, re infecta diſceſſum. Redeunt igitur ad ſua Proteſtantes, Carolus vero diſcedentes lento gradu inſequitur.

Renunciarat ante ſuſceptum bellum IoannesFridericus VII-vir imperatori tutelæ jus, quam inveſtituram feudi vocant, ſcripto. Itaque in mandatis dedit Cęſar Mauritio Saxoni, agnato proximo, ut jure agnationis provinciam ſibi vendicaret. Idque niſi faceret, minatus eſt, ſe alii poteſtatem occupandi eſſe daturum. Mauritius vero, quanquam Cæſaris mandato parere in animo habet, properandum tamē minus cenſet. Interim Ferdinandus rex per Vngaros & Bojemos præſidium, quod in Sudetis montibus Septem-vir collocarat, non procul ab Adorfo fundit, & agrum Septem-viralem cędibus, incendiiſque, quantis poteſt maximis, vaſtat. Hac repētina vi ac tempeſtate perculſi

& territi locorum quorundam Principes ad Mauritium legatos mittunt, ſeque in fidem & clientelam illius conferunt, defendi ſe à calamitate impendente ſuppliciter petentes. Hic advocato provincialium cōcilio de re cum iis deliberat Mauritius, ad ſe confugientes in fidem recipit, & Ioanni Friderico Saxoni indicat, quicquid facturus ſit, id Cæſaris mandato ſe facere, atque adeo ſatius eſſe à ſe id fieri, quàm à peregrino, tum facilius etiam, pace aliquando facta, illum recuperare ſua poſſe, ſi modo impenſas in tutelam, & protectionem factas reſtituat. Mox in Myſnia & Zuiccaviam, Schnebergam, Altebergū occupat. Elector vero Ioannes Fridericus hanc velut injuriam ulturus, Lipſiam obſidet in Ianuario, anno 1547. & graviter oppugnat, tormentorum vi & multitudine diverberat laceratque, Albertum marchionē Mauritii ſocium & adiutorem Rochlicii capit, & Myſnam in fidem accipit. Cæſar Norlinga Norimbergam, inde Egram venit in paſchate, ubi Mauritius & Auguſtus Saxoniæ duces, ſuas copias cum illo conjungunt. Obviam quoq; it appropinquanti Cæſari Ioachimus Brandeburgi elector cū 400 equitibus, quibus filium ſuum Ioannem Georgium

& territi locorum quorundam municipes ad Mauritium legatos mittunt, seque in fidem & clientelam illius conferunt, defendi se à calamitate impendente suppliciter petentes. Hic àdvocato provincialium cõcilio de re cum iis deliberat Mauritius, ad se confugientes in fidem recipit, & Ioanni Friderico Saxoni indicat, quicquid facturus sit, id Cæsaris mandato se facere, atque adeo satius esse à se id fieri, quàm à peregrino, tum facilius etiam, pace aliquando facta, illum recuperare sua posse, si modo impensas in tutelam, & protectionem factas restituat. Mox in Mysnia & Zuiccaviam, Schnebergam, Alteburgũ occupat. Elector verò Ioannes Fridericus hanc velut injuriam ulturus, Lipsiam obsidet in Ianuario, an. 1547. & graviter oppugnat, tormentorum vi & multitudine diverberat laceratque, Albertum marchionẽ Mauritii socium & adiutorem Rochlicii capit, & Mysnam in fidem accipit. Cæsar Norlinga Norimbergam, inde Egram venit in paschate, ubi Mauritius & Augustus Saxoniæ duces, suas copias cum illo conjungunt. Obviam quoq; it appropinquanti Cæsari Ioachimus Brandeburgi elector cũ 400 equitibus, quibus filium suum Ioannem Georgium

præfecerat. Inde digressus Cæsar Saxoniæ fines attingit. Saxo appropinquante Cæsaris adventu, Albim transgressus in pontem sublicium, qui Mysnæ est, incendit, ne exercitum suum traducere Cæsar possit. Ipse vero VVitebergam contendit. In itinere ad Mulbergam prope Albim considet, flumenque ratibus jungit. Sed appropinquante Cæsaris adventu injectis flammis eas incendit. Hispanorum in adversa ripa insequentium unus & alter, ut flammas restinguant & rates servent, Albim tranant. Nec multo post invento vado ad Mulbergam, per quod rusticus quidam equos suos duxerat, transeunt. Fugerat jam Saxo cum suis fermè tribus milliaribus ad Lochanam sylvam, ubi assecuti eum Hispani adoriuntur, dispersum militē partim cędentes, partim capientes. Ipse vero Saxo in pugna vulneratus per sinistram maxillam, quamvis circumfusus undiq; hostibus, nulli tamen neque Hispanorum, neque Hussarorum sese dedere vult, nisi Germano nobili Tiloni à Trota. Captus nō statim ad Cæsarem, sed ad Albanum ducem prius ducitur, ubi voce miserabili, oculis in cœlum sublatis, ex animo Deum compellat, his verbis: Miserere mei Deus, nos sumus jam hîc. Ad Cæsarem

sarem vero adductus, clementissime Cęsar, inquit, statuo me tibi captivum, supplex orans, ut Cæsarea majestas tua mihi custodiam principe dignam tribuat. Cui respondet is, tractaberis pro tuo merito. Scio quid me deceat, statim Albano traditur in custodiam. Facta est hæc clades anno 1547. die Dominica, quæ vocatur Misericordias Domini. Prænunciarat hunc tristem eventum Sol, qui diebus aliquot ante conflictum totus sanguinolentus fuerat conspectus.

Cæsar verò pergit, & VVitebergam obsidet v Maji, positis in pago vicino castris, ubi capitis etiam condemnat Saxonem. Is verò nihil hac tristi sententia territus, id solum respondit, non se putare Cæsarem tam duriter secum acturum esse: veruntamen si aliter fieri non possit, petere se, ut antè dies mortis significetur, quò cum conjuge & filiis suis quæ velit, transigere queat. Hic intercedit pro eo Elector Brandeburgicus ad moderationem & clementiam exhortans Cæsarem, idque impetrat, ut cum à religione abduci Saxo non possit, Electoratu tamen cum filiis suis sese abdicet. Non multo post VVitteberga etiam jussu captivi Ioannis Friderici sese

tradit

ſarem vero adductus, clementiſſime Cęſar, inquit, ſtatuo me tibi captivum, ſupplex orans, ut Cæſarea majeſtas tua mihi cuſtodiam principe dignam tribuat. Cui reſpondet is, tractaberis pro tuo merito. Scio quid me dèceat, ſtatim Albano traditur in cuſtodiam. Facta eſt hæc clades anno 1547. die Dominica, quæ vocatur Miſericordias Domini. Prænunciarat hunc triſtem eventum Sol, qui diebus aliquot ante conflictum totus ſanguinolentus fuerat conſpectus.

Cæſar verò pergit, & VVitebergam obſidet v Maji, poſitis in pago vicino caſtris, ubi capitis etiam condemnat Saxonem. Is verò nihil hac triſti ſententia territus, id ſolum reſpondit, non ſe putare Cæſarem tam duriter ſecum acturum eſſe: veruntamen ſi aliter fieri non poſſit, petere ſe, ut antè dies mortis ſignificetur, quò cum conjuge & filiis ſuis quæ velit, tranſigere queat. Hic intercedit pro eo Elector Brandeburgicus ad moderationem & clementiam exhortans Cæſarem, idque impetrat, ut cum à religione abduci Saxo non poſſit, Electoratu tamen cum filiis ſuis ſeſe abdicet. Non multo poſt VViteberga etiam juſſu captivi Ioannis Friderici ſeſe

tradit, Cæsari, qui educto Saxonico præsidio, suorum militum cohortes tres intromittit. Ipse verò ingressus cum paucis comitibꝰ, simul ac perlustravit, in castra redit, ac Halam cum exercitu transit, ubi Landgravius Hassiæ, intercedentibus pro eo Mauritio Saxone, & Ioachimo Brandeburgico, supplex Cæsari fit, & præter opinionem ac spem captivus detinetur. Erant enim certæ conditiones ei latæ, inter quas etiam illa erat, ne vita ei eriperetur, neque carceris condemnaretur. Quod ipse cum suis de nullo, Cæsariani verò de perpetuo carcere intelligebant. Mauritio autem dignitas Electoralis ac ditio traditur, sequente verò anno Augustæ publico & solenni ritu confirmatur. Iccirco cives VVitebergenses fidem ei dant, & obedientiam sive homagium jurejurando firmant. Victor Cæsar Augustam contendit: in itinere multas frequentes civitatibus imperii indicit, & ad viginti septem tonnas auri ex Germania conquirit. Tanti redimere pacem civitates coactæ sunt. Tormenta insuper bellica 450 captis erepta, in suas provincias distribuit.

Augustæ comitia celebrat, sed armata magis, quam togata, anno 1548. postulatq; in primis, ut ordines cuncti

concilio Tridentino sese subjiciant. Euangelicam religionem ibi abolet, & pontificiam quasi postliminii jure restituit.

Etsi autem pleriq; opinabantur victis & debilitatis Euangelicis principibꝰ ac fœderatis civitatibus, actum esse de Ecclesia reformata: tamen Deus in ipsa acie defendit verbum suum, & eventum belli, qui officere videbatur Ecclesiæ Christi, sic moderatus est, ut fieret ad augendum cœtum Euangelicorum occasio. Quemadmodum olim quoq; capta fœderis arca à Philistæis, Deus gloriam suam illustribꝰ miraculis vindicavit: quin in ipso cursu victoriæ, quæ sua natura est insolens, cum jam in potestatem suam Cæsar redegisset VVitebergam, nihil asperè, nihilq; inclementer molitus est, contra quam plerique existimarant, qui VVitebergam omnium hæresium sentinam nominabant. Cum autem captivos principes, Landgravium præsertim diutius detineret Cæsar, quam tulerat Mauritii & Brandeburgici opinio: uxor Landgravii apud Mariam Cæsaris sororem, & principes; hi verò apud Cæsarem pro eo deprecabantur: sed frustra, perseverante in sua sententia Cæsare, ut in perpetua custodia maneret. Maximilianum quoque

concilio Tridentino sese subjiciant. Euangelicam religionem ibi abolet, & pontificiam quasi postliminii jure restituit.

Etsi autem pleriq; opinabantur victis & debilitatis Euangelicis principib⁹ ac fœderatis civitatibus, actum esse de Ecclesia reformata: tamen Deus in ipsa clade defendit verbum suum, & eventum belli, qui officere videbatur Ecclesiæ Christi, sic moderatus est, ut fieret ad augendum cœtum Euangelicorum occasio. Quemadmodum olim quoq; capta fœderis arca à Philistæis, Deus gloriam suam illustrib⁹ miraculis vindicavit; quin in ipso cursu victoriç, quç sua natura est insolẽs, cum jam in potestatem suam Cæsar redegisset VVitebergam, nihil asperè, nihilq; inclementer molitus est, contra quam plerique existimarãt, qui VVitebergam omnium hçresium sentinam nominabant. Cum autem captivos principes, Landgravium præsertim diutius detineret Cæsar, quam tulerat Mauritii & Brandeburgici opinio: uxor Landgravii apud Mariam Cçsaris sororem, & principes; hi verò apud Cçsarem pro eo deprecabantur, sed frustra, perseverante in sua sententia Cæsare, ut in perpetua custodia maneret. Maximilianum quoque

Ferdinandi filium, & Philippum Caroli natū rogabat Mauritius, ut pro Landgravio intercederent. Anno 1550. Landgravius ipse diuturnæ custodiæ pertæsus viam elabendi per ministros suos quæsivit Mechlinii. Sed patefacta re in ministros animadversum est, ipse verò accuratius custoditus. Tandem cum neque Mauritii, neque Brandeburgici precibus, neque Daniæ regis intercessione quicquam obtineri posset: arma induit Mauritius, & anno 1552. Oeniponte excubantem pro concilio Tridentino Cæsarem adoritur. Is verò non expectato Mauritii inopinato adventu, Oenipontem deserit. Ita uterque princeps post quinquennii captivitatem liberatur, Ioannes quidem Fridericus 19 Maji; Landgravius verò 1 v die Septemb. Icerant in hoc bello Germanico etiam Bojemi fœdus cum Ioanne Friderico Saxone. Itaq; victo eo graviter in illos animadvertitur.

Anno 1550 Octob. die 4. jussu Caroli obsessa est Magdeburga à Mauritio Saxone, & Ioachimo Brandeburgico, Henrico Brunsuicensi, Alberto Brandeburgensi. Caussæ obsidionis erant duæ, quæ publico scripto declarabantur; una, quod à Canonicis graviter apud

apud Cæsarem accusata erat de vi, rapinis, & injuriis atrocibus: quæ tamen crimina sic ab ea refutabantur, ut quicquid in eo genere fecisset, id caussa tuendæ libertatis ab Othone magno concessæ, factum esse diceret. Altera, quod parere Cæsaris edicto de recipienda religionis formula recusabat. Iccirco proscribebat eam Carolus anno 47. mense Iulio, & iterum anno 1549. novo edicto prædæ, direptioni, & injuriæ omnibus obiiciebat, vicinos principes atq; ordines ad bellum quoquo modo illi inferendum hortans. Compararat id temporis exercitum Georgius Megalburgicus dux ad recuperandum arces atque pagos Canonicorum, quos Magdeburgenses occuparant. Hunc ergo in agrum Magdeburgicum ducebat, & quæcunque poterat, populabatur. Exiit contra eum civium & militum manus: sed congressa infeliciter, in fugam versa est, & mille ducenti perierunt. Qua tamen clade nihil conterriti Magdeburgenses, edito scripto testati sunt, agnoscere se explorandæ fidei & constantiæ caussa hoc quicquid esset incommodi, sibi evenisse, ac paratos esse etiam mortem oppetere potius, quam mutationem ullam in religione admittere. Promiserunt in-

super reddituros sese arces, oppida, pagos, quos occuparant, modo ut tutam tranquillamq; pacem habere possent.

Initio obsidionis factis induciis de pace actum est, sed frustra. Deinde Canonici missis ad Cæsarem legatis, querelas graves de senatu & civibus habuerunt, peditumque octo millia cum mille ducentis equitibus imperii sumtibus sibi mitti subsidio petiverunt. Cæsar ex imperii fisco sedecim millia florenorum in menses singulos ad bellum Magdeburgicum decrevit, & conferri insuper centies mille jam tum insumtos jussit. Mauritio verò Saxoni administrationem belli commendavit, cui adjunctus est imperii nomine Lazarus Suendius. In urbe obsessa erant Albertus comes Mansfeldiacus, Ioannes Coloniensis legatus supremus, & alii milites præclari usuque periti: Orator consiliariusque præcipuus D. Levinus Emdius, cujus fides, industria, & prudentia maxime eminuit. Pedites obsidione soluta numerati sunt bis mille, equites verò 130. Nono Decembris eruptione facta, stragem hostium magnã ediderunt Magdeburgenses, multos nobiles, & inter hos etiam Georgium Megalpurgicum captum in urbem duxerunt.

Etsi

Etsi autem hostes urbem circumvallarant, nihilominus tamen cives ac milites navigiis Albim pervagabantur, quicquid commeatus obveniebat, intercipientes, tum pecora etiam sua extra urbem pascebant. Prœlia verò levia seu velitationes plurimę sunt commissæ, & uno die 416 globi, alio 320. rursum alio 356. in unam turrim S. Iacobi ab hoste conjecti sunt, donec tandem conciderit. Actum est de pace sæpius, sed conditiones propositæ nimis duræ visæ sunt semper Magdeburgensibus. Inciderunt, ut fit in diuturna obsidione, varia, tumultus militum, stipendia nimis rigide exigentium, penuria commeatus, ut de eiicienda inermi turba consilium capere necesse fuerit, inopia pecuniæ, quæ cives argentum suum commodare coëgit, & monetam tandem æneam cudere. Non defuerunt etiam proditionis consilia. Sed ex his tamen difficultatibus cunctis emerserunt tandem, & anno 1551. mense Octobri VVitebergæ transactis partibus initio Novembris pax consecuta est, his conditionibus, ut Magdeburgenses veniam à Cæsare supplices peterent, nihil hostile in familiam Burgundiacam & Austriacam molirentur, judicio imperiali sese

sub-

Etsi autem hostes urbem circumvallarant, nihilominus tamen cives ac milites navigiis Albim pervagabantur, quicquid commeatus obveniebat, intercipientes, tum pecora etiam sua extra urbem pascebant. Prœlia verò levia seu velitationes plurimę sunt commissæ, & uno die 416 globi, alio 320. rursum alio 356. in unam turrim S. Iacobi ab hoste conjecti sunt, donec tandem conciderit. Actum est de pace sæpius, sed conditiones propositæ nimis duræ visæ sunt semper Magdeburgensibus. Inciderunt, ut fit in diuturna obsidione, varia, tumultus militum, stipendia nimis rigide exigentium, penuria commeatus, ut de eiicienda inermi turba consilium capere necesse fuerit, inopia pecuniæ, quæ cives argentum suum commodare coëgit, & monetam tandem æneam cudere. Non defuerunt etiam proditionis consilia. Sed ex his tamen difficultatibus cunctis emerserunt tandem, & anno 1551. mense Octobri VVitebergæ transactis partibus initio Novembris pax consecuta est, his conditionibus, ut Magdeburgenses veniam à Cæsare supplices peterent, nihil hostile in familiam Burgundiacam & Austriacam molirentur, judicio imperiali sese

sub-

subjicerent, decretis Augustani conventus proximi starent, juri sese sisterent à quocunque conventi, munitiones de Cæsaris judicio demolirentur, Cæsari urbem quocunq; tempore aperirent, ejus præsidium reciperent, aureorum millia quinquaginta fisco dependerent, duodecim tormenta maxima ei traderent, ducem Megalburgicū impune dimitterent. His pactis utrinq; confirmatis, adhibitaq; de libertate ac religione cautione, Mauritius Elector Saxoniæ, cum cohortibus 12. & duabus equitum turmis urbem ingressus, in fidem imperii & suam cives adigit. Quo facto milites egressi in castra redierunt, relicto tantum præsidio.

Ita confectum est bellum Magdeburgicum, celebre illud inprimis, & posteritatis memoria dignum, quod nulla in Cæsarem contumacia, sed vera potius in Deum pietate, & in religionem amore atque constantia susceptum est, industria & fortitudine eximia gestum, & divina deniq; felicitate finitum. Excusavit autē sese Mauritius coram, soluta obsidione, non se Euangelii aut doctrinæ caussa oppugnasse hanc urbem, sed ut officium Cæsari debitum persolveret. Id quod eventus etiam comprobavit, qui secutus est,

Bella gessit Carolus multa & diffici... sed quæ ipsi profuerint, non impe... In Africana expeditione priore ... & gloriam adeptus est, sed in alte... detrimentum magnū accepit, Gal... cepit, Pontificem in potestatem ... redegit, sed utrique pepercit. Po... tuisset forte etiam Solymannum in Viennæ obsidione superare, si mature ... adortus esset.

Imperium verò eo imperante mul... amisit, Borussia, quæ ducalis hodie vocatur, seu, quæ duci paret, anno 1525 in Polonorum, Livonia in eorundem potestatem pervenit, bona magnaq; pars Vngariæ à Turcis erepta est, Metis ab imperio ad Gallos translata. Majora haud dubie effecisset, nisi à pontificiis odio religionis reformatæ ardentibus, incitari sese & armari adversus Euangelium profitentes passus esset, latasque de religione leges novas severius exequi cœpisset. Compertum est victoriam de Ioanne Friderico Saxone omnis felicitatis illius finem ac quasi terminum fuisse. Nec post oppugnationem Magdeburgicam ullum fortunæ prosperum flatum expertus est, sed omnia adversa. Statim enim secuta est infelix obsidio urbis Metensis, & recuperandi conatus irritus,

Bella gessit Carolus multa & difficilia, sed quæ ipsi profuerint, non imperio. In Africana expeditione priore rem & gloriam adeptus est, sed in altera detrimentum magnũ accepit, Gallum cepit, Pontificem in potestatem suam redegit, sed utrique pepercit. Potuisset forte etiam Solymannum in Viennæ obsidione superare, si mature eum adortus esset.

Imperium verò eo imperante multa amisit, Borussia, quæ ducalis hodie vocatur, seu, quæ duci paret, anno 1525 in Polonorum, Livonia in eorundem potestatem pervenit, bona magnaq; pars Vngariæ à Turcis erepta est, Metis ab imperio ad Gallos translata. Majora haud dubie effecisset, nisi à pontificiis odio religionis reformatæ ardentibus, incitari sese & armari adversus Euangelium profitentes passus esset, latasque de religione leges novas severius exequi cœpisset. Compertum est victoriam de Ioanne Friderico Saxone omnis felicitatis illius finem ac quasi terminum fuisse. Nec post oppugnationem Magdeburgicam ullum fortunæ prosperum flatum expertus est, sed omnia adversa. Statim enim secuta est infelix obsidio urbis Metensis, & recuperandi conatus irritus,

tum

tum fuga ex urbe Oeniponte propter bellum à Mauritio Electore illatum. Quare fractus & debilitatus tot laboribus, contentionibus, & rerum difficultatibus, tanquam exiturus è mundo & Deo vacaturus in Hispaniam navigavit, anno Christi 1556. Imperii verò gubernationem omnem fratri Ferdinando regi, anno 1558. commendavit, nec multo post in monasterio ordinis S. Hieronymi ad S. Iodocum vitam finivit, annos natus 59. Ante exitum è vita recitavit hæc verba, in sumtione cœnæ S. In me manes, dulcissime Servator: ego in te maneam.

Apophthegmata ejus multa recensentur. Cum imperii gubernationem depositurus esset, admonebatur, ut majestatem Imperatoriam retineret ad mortem usque, &, si præesse imperio ipse minus posset, per consiliarios illud administraret. Sed respondit graviter: Scio quam difficile mihi fuerit imperare, quanto difficilius futurum est consiliariis? Itaque ne titulum quidem Imperatoris usurpare amplius voluit. Solicitum eum habuit ecclesiæ status. Itaque pro concordia ejus sæpe vota fecit, & hanc vocem repetivit: In manus tuas, Domine, tradidi ecclesiam tuam. Errores suos lacrymis multis

tis deplorabat, & dolere sibi ajebat, ex tot annis, quibus vixisset, non unum diem sese Deo, ita ut par est, serviisse. Anno 1540. Parisiis exceptus est oratione, qua laudes ipsius copiose, ornateque commemorabantur. Ad quam nihil aliud respondit, nisi hoc: Gratam sibi esse benevolentiam regis & affinis erga se: laudes verò eo sibi videri pertinere, ut talis esse studeat, qualem oratio prædicarit. Cũ duces ipsius dicerent, non uti illum victoriis suis ad nominis sui celebrationem, & potentiæ amplificationem, quemadmodum olim fecerat Alexander Magnus, & Iulius Cæsar: respondit, inter Alexandrum, Iulium, & me, hoc interest; illi retulerunt sua bella ad eum finem, ut honorem & gloriam consequerentur; mihi verò præter honorem etiam animæ salus proposita est.

Cum moleste ferrent Hispani, Germanos ad aulica munera adhiberi, urgerentque aliquando ut dimitterentur illi, convocavit Germanos Cæsar, & quid petiissent Hispani, commemoravit: Ego, inquiens, etiam Germanus sum, venite, discedamus ex aula, ne amplius molesti simus Hispanis. Abit; sequuntur lætis animis Germani, quo viso Hispani territi ad pedes illius sese ab-

tis deplorabat, & dolere sibi ajebat, ex tot annis, quibus vixisset, non unum diem sese Deo, ita ut par est, serviisse. Anno 1540. Parisiis exceptus est oratione, qua laudes ipsius copiose, ornateque commemorabantur. Ad quam nihil aliud respondit, nisi hoc: Gratam sibi esse benevolentiam regis & affinis erga se: laudes verò eo sibi videri pertinere, ut talis esse studeat, qualem oratio prædicarit. Cũ duces ipsius dicerent, non uti illum victoriis suis ad nominis sui celebrationem, & potentiæ amplificationem, quemadmodum olim fecerat Alexander Magnus, & Iulius Cæsar: respondit, inter Alexandrum, Iulium, & me, hoc interest; illi retulerunt sua bella ad eum finem, ut honorem & gloriam consequerentur; mihi verò præter honorem etiam animæ salus proposita est.

Cum moleste ferrent Hispani, Germanos ad aulica munera adhiberi, urgerentque aliquando ut dimitterentur illi, convocavit Germanos Cæsar, & quid petiissent Hispani, commemoravit: Ego, inquiens, etiam Germanus sum, venite, discedamus ex aula, ne amplius molesti simus Hispanis. Abit; sequuntur lætis animis Germani, quo viso Hispani territi ad pedes illius sese ab-

abjecerunt, ut maneret omnibus precibus contendentes. Lectione Thucydidis in Gallicam linguam conversi magnopere delectatus est. Bernardi etiam scripta in manibus habuit, ex quibus succum aliquem justificantis fidei haurire potuit. Certe in precibus Deo adhibendis sedulus in primis fuit & ardens. Nec aliud initium suarum actionum fecit, quam à precatione. Frugaliter vixit, nec audire, alloqui, aut supplicem libellum exhibere volentem ullum repulit. In fuga ex Oenipонte dixit audiente Lazaro Suendio, se bene quidem cupiisse Germaniæ, sed à neutra parte gratiam iniisse, pontificiis enim si satisfacere voluisset, vitam eripi Saxoni captivo, & munitiones omnes in Germ. destrui necesse fuisse. Impressit monetæ hoc elogium: *plus ultra*, quo significavit, novas insulas, quas Peru vocant, à se occupatas, Contrarium fuit Herculis elogio: *non plus ultra.*

Anno 1558. FERDINANDVS Austriæ Archidux, Vngariæ & Bojemiæ rex, Caroli V. frater, natus Modinæ in regno Castiliæ, Romanorum Imperator creatus est Francofurti, & imperavit annis ferme septem. Electus erat Romanorum rex anno 1531 Coloniæ, recla-

reclamante ſive proteſtante Electore Saxoniæ, quod contra Auream bullam eſſet, imperium ad exterum transferre. Nihilominus is Aquiſgrani inauguratus eſt. Et poſtea anno 34. Cadami in Bojemia controverſia omnis ſublata. Confirmationẽ à pontifice non potuit impetrare, cenſuit enim is legitimum imperatorem ab hæreticis electoribus eligi nõ poſſe. Moleſte etiam tulit eum primum eſſe imperatorem, qui Turcis tributũ pro regno Vngariæ penſitaret. Anno 1526. mortuo Ludovico rex Vngariæ, & dominus Sileſiæ factus eſt, contra procerum nonnullorum conatum, qui Ioannem de Zapolia, Tranſylvaniæ VVeivvodam præferebant, & regem ſalutabant. Is ut regnũ obtinere poſſet, Turci tutelæ atque præſidio ſeſe commendavit. Anno eodẽ etiam Bojemiæ rex declaratus eſt. Regna hæc atq; adeo imperium ipſum æquitate, clementia, moderatione & conſilio in pace gubernavit. Extant exempla inſignia moderationis ejus, quæ imperio plurimum profuerunt. Acceperat ducatum VVirtebergenſem à Suevico fœdere donatum, & acceſſerat etiam Caroli Imperatoris confirmatio ann. 30. in comitiis Auguſtanis, quibus ſolenni ritu feuda ei conceſſa ſunt, & tamẽ cum

dux Vlricus exul, & Philippus Landgravius, ducatum illum armis occupassent, intercedentibus Saxoniæ ducibus, de jure suo concessit, & utile dominium Vlrico tribuit, sibi verò directum retinuit. Fidem semel datam sanctissimè servandam censuit. Cum aliquando miles veteranus exigeret nescio quid sibi promissum, quamvis recusari posse videretur, tamen quia promissum erat, respondit: Si ex duobus alterũ me ferre oportet, levius rerum, quam famæ jacturam subibo. Hoc regnáte Passaviensis transactio obtenta est, anno 1552. in qua pax profitentibus Augustanam confessionem conceditur. Hæc transactio concilium Tridentinũ dissipavit, pacem in religione constituit, captivis principibus libertatem reddidit, & libro *Interim* finem attulit. Hanc anno 1555. secutum est decretum pernobile, ne principi, comiti, aut civitati imperiali ulli bellum inferatur, aut quocunque modo vis adhibeatur, aut noceatur, doctrinæ religionis caussa. Quod anno 1559. Augustæ in conventu imperii renovatum & confirmatum est, cum exequiæ funeris Carolo V. factæ sunt, tanta magnificentia, quanta ante illud tempus in Germania nulli contigit. Latini ser-

sermonis fuit in primis peritus, & libenter eo usus est, historias cognovit avide, officia Ciceronis diligenter legit, eruditos amavit, fovit, & ad colloquia sua crebro adhibuit. Mitis, affabilis, temperans per omnem vitam fuit. Anno 1564. ex tabe catharrosa mortuus est, cum annos vixisset 61. menses quatuor. Accepit paulo ante mortem diploma pontificium de potestate utriusque speciei in sacra cœna laicis exhibendæ, quod Pius IIII. ad archiepiscopum Salisburgensem anno 64. miserunt. Hoc vehementer lætatus est, & gratias Deo egit, quod id tandem impetrasset, quod multis votis & supplicibus literis Austriacæ regionis populi flagitarant, ipse vero ad concilium Tridentinum, concilium ad pontificẽ rejecerat. Iudicavit enim beneficium amplissimum sibi tributũ esse à pontifice, cum tot precibus rogatus, certis tamen conditionibus id tandem concessisset, quod Christus diserte & serio singulis suis Christianis mãdat.

Redditus est huic Cæsari aliquandò literarum supplicum fasciculus in venatione, quem is magistro venationum tradidit, ut summam inde collectam consignaret. Magister vero respondit, se id nescire. Ergo, inquit

CC 2 Cæsar,

ſermonis fuit in primis peritus, & libenter eo uſus eſt, hiſtorias cognovit avide, officia Ciceronis diligenter legit, eruditos amavit, fovit, & ad colloquia ſua crebro adhibuit. Mitis, affabilis, temperans per omnem vitam fuit. Anno 1564. ex tabe catharroſa mortuus eſt, cum annos vixiſſet 61. menſes quatuor. Accepit paulo ante mortem diploma pontificium de poteſtate utriuſque ſpeciei in ſacra cœna laicis exhibendæ, quod Pius IIII. ad archiepiſcopum Saliſburgenſem anno 64. miſerunt. Hoc vehementer lætatus eſt, & gratias Deo egit, quod id tandem impetraſſet, quod multis votis & ſupplicibus literis Auſtriacæ regionis populi flagitarant, ipſe verò ad concilium Tridentinum, concilium ad pontificē rejecerat. Iudicavit enim beneficium ampliſſimum ſibi tributū eſſe à pontifice, cum tot precibus rogatus, certis tamen conditionibus id tandem conceſſiſſet, quod Chriſtus diſerte & ſerio ſingulis ſuis Chriſtianis mādat.

Redditus eſt huic Cæſari aliquandò literarum ſupplicum faſciculus in venatione, quem is magiſtro venationum tradidit, ut ſummam inde collectam conſignaret. Magiſter verò reſpondit, ſe id neſcire. Ergo, inquit

Cæsar, sinite me alere scribas, qui possunt.

Anno Christi 1564. MAXIMILIANUS II. Ferdinandi filius, Romanorum Imperator factus est, & imperavit annis 12. Renunciatus erat Romanorum rex anno 62. Bojemiæ eodem, Vngariæ 63. Hic patris sui exemplo ab armis abstinuit, quoad pacem colere licuit. Erat satis jam, vel plus quam satis convulsum, fractum, debilitatumq; imperium bellis. Iccirco quiete ei opus erat ad colligendum sese, & à diuturna contentione respirandum. Ad hanc igitur restituendam & augēdam omnia sua consilia & conatus in sua gubernatione direxit. Ex virtutibus ejus multis & magnis, eminet inprimis pietas adversus Deum, quam precibus assiduis & ardentibus ad eum conceptis abunde declaravit. Deinde fiducia in Deo fixa & locata, quam symbolo suo, quod in ore & animo habuit, exprimere studuit, DOMINUS PROVIDEBIT. Deinde æquitas animi atque judicii de religione, quam cum distractam & laceratam tot opinionibus & sectis videret, ex animo quidem dolebat, sed æquum tamen sese his, qui Euangelium profitebantur, præbebat, nec cursum ejus ullo

ullo edicto duro retardabat. Audita est ejus præclara ad Olomucensem antistitem Guilelmum vox hæc: nullum peccatum gravius esse, quam conscientiis velle dominari. Addidit etiam hoc, qui in conscientias sibi imperium sumunt, eos cœli arcem invadere. Quod rex etiam Navarræ Henricus confirmasse fertur: religionis Christianæ præceptis passim traditum esse, inquiens, vim conscientiis non esse faciendam. Itaque pacificationem Passaviensem, non minori studio & cura, quam pater Ferdinandus adjuvit, tutatus est, & custodivit, tum Austriacæ etiam nobilitati confessionis Augustanæ doctrinam anno 68. permisit.

Pari æquitate & moderatione etiam in politica gubernatione usus est, libenter omnes audivit, nec è conspectu & colloquio tristem quenquam dimisit. Nihil tam oblivisci solitus est, quam injurias. Cujus rei documenta cum alia multa, tum in Ioanne VVeivvoda Transylvaniæ dedit. Is enim cũ per vim & fraudem Vngariæ regnum in se transmovere conaretur, & Turcam in Vngariam attraheret: non solum ignovit illi Maximilianus, sed ornare etiam & augere commodis & honoribus studuit. Assentationes odit,

ca-

nllo edicto duro retardabat. Audita est ejus præclara ad Olomucensem antistitem Guilelmum vox hæc: nullum peccatum gravius esse, quam conscientiis velle dominari. Addidit etiam hoc, qui in conscientias sibi imperium sumunt, eos cœli arcem invadere. Quod rex etiam Navarræ Henricus confirmasse fertur: religionis Christianæ præceptis passim traditum esse, inquiens, vim conscientiis non esse faciendam. Itaque pacificationem Passaviensem, non minori studio & cura, quam pater Ferdinandus adjuvit, tutatus est, & custodivit, tum Austriacæ etiam nobilitati confessionis Augustanæ doctrinam anno 68. permisit.

Pari æquitate & moderatione etiam in politica gubernatione usus est, libenter omnes audivit, nec è conspectu & colloquio tristem quenquam dimisit. Nihil tam oblivisci solitus est, quam injurias. Cujus rei documenta cum alia multa, tum in Ioanne VVeivvoda Transylvaniæ dedit. Is enim cū per vim & fraudem Vngariæ regnum in se transmovere conaretur, & Turcam in Vngariam attraheret: non solum ignovit illi Maximilianus, sed ornare etiam & augere commodis & honoribus studuit. Assentationes odit,

calumnias deteſtatus eſt, apertam verò veritatis faciem oſculatus eſt. Luxum & inſolentiam omnem declinavit, nec unam quidem gemmam ad ornandum corpus ſuum unquam emit. In menſa amplius una hora nunquam fere aſſedit.

Bellum unum geſſit in Vngaria anno 1566. adverſus Solymannum, in quo Sigetum amiſit & Iulam. Ac erat quidem exercitus de Germanis, Vngaris, Italis, & aliis nàtionibus ſatis numeroſus Turcicis copiis ingentibus oppoſitus, nec deſiderabatur in Maximiliano imperatore belli ſtudium; induſtria, vigilantiaque in oppugnando hoſte: verum irritus fuit ejus conatus omnis, partim fatis urgentibus Vngariam, partim tardius accidente pedeſtri milite atq; copiis, quæ è Germania expectabantur. Tarda enim auxilia, inutilia. Hanc fatalem pœnam agnoſcere nos convenit, & deplorare etiam noſtram ignaviam, & tarditatem in propulſando communi periculo à cervicibus noſtris.

Alterum bellum, ſed inteſtinum hoc Imperatore geſtũ eſt, quo Gotha urbs Turingiæ, & contigua arx Grimenſtein commiſſariis imperii, & Auguſto Electori Saxoniæ per deditionem tradita eſt,

est, anno 67, tum supplicium à Grumbachio, & reliquis ab imperio proscriptis sumtũ est. Receptator verò Ioannes Fridericus Saxoniæ dux captus, & arx solo æquata est. Constitit id bellum tonnis auri novem, florenis 630. demolitio verò castri florenis 55549.

Coluit & amavit Maximilianus Saxoniæ Electorem Augustum, & ab eo vicissim suavissime, diligentissimeque cultus & observatus est. Liberos ex una conjuge Augusta Caroli V. patrui filia suscepit 16. de quibus 10. superstites sunt. Hæc Cæsaris filia, Cæsaris nurus & Cæsaris conjunx, Cæsaris deniq; mater est. Ex cordis palpitatione supra 20 annos laboravit, & dolorum species fere tot, quot imperii sui dies sensit. Quibus tandem etiam anno ætatis 50. Christi verò 76. Ratisbonæ in comitiis, in ipso die Maximiliani extinctus est. Cadavere dissecto, in cavitatibus pectoris inventæ sunt plus quam duæ mensuræ humoris aquei. Moriens verò fidei in Christum documenta dedit, cum ab episcopo Neostadiano ad extremum interrogatus, an in fide Christi vellet mori, respondit: non aliter.

Compertum est hoc Imperatore, anno 72. in cœlo ipso etiam aliquid

posse nasci & mori, dum stella nova in Cassiopeæ asterismo diutius anno constitit immota, & tandem attenuata sensim evanuit.

Anno 1576. RVDOLPHVS II. Maximiliani II. filius, Austriæ dux Romanorum Imperator designatus est in conventu Ratisbonensi, antea rex Vngariæ factus anno 72. Bojemiæ verò & Romanorum 75. Hic, ut tutam tranquillamque pacem haberet imperium, operam dedit.

Multa hoc Imperatore memorabilia in politicis, & ecclesiasticis acciderunt. Anno 1580. Aquisgrani Euangelium prædicari cœptum est, confluentibus eo compluribus ex Belgio, propter Hispanicæ inquisitionis & tyrannidis asperitatem. Sed cum neque Euangelium ferre Catholici possent, neque ad honores admittere ullum, qui illud profiteretur, vellent: motus diuturni & varii extiterunt. Quos cum Cæsar comprimere consilio & prudentia conaretur, sæpius literis, sæpius etiam legatis eo missis, rempublicam in antiquum statū restituere studuit. At ignis est Euangelium, qui, ubi semel exarsit, non ita facile extinguitur. Euangelici multis vexati contumeliis, plurimis jactati injuriis opem prin-

principum Auguſtanæ Confeſſionis implorarunt. Hi Cæſarem literis & legationibus ſolicitarunt, ut ne vim afferri profitentibus Euangelium ſecundum Auguſtanam Confeſſionem pateretur. Sed obtineri libertas prædicandi Euangelium nulla potuit. Itaque ne nunc quidem libera illic eſt in templis publicis illius profeſſio.

Anno 1582. Comitia Auguſtæ habuit Rudolphus, quibus ut pecuniam darent, & contribuerent principes & civitates imperii ad alendum præſidium militare in arcibus limitaneis adverſus Turcas in Vngaria, decretum eſt.

Eodem anno Coloniæ civium pars ferme tertia liberum Euangelii præconium à Senatu petiit. Quos cum is ad archiepiſcopum remitteret, facile ab eo, ut in tribus templis Euangelium ſecundum Auguſtanam Confeſſionem publice doceretur, impetratum eſt. Senatus, cui præter opinionem & voluntatem illud acciderat, ad Imperatorem & Capitulum rem referendam eſſe cenſuit. Interim archiepiſcopus Gebhardus Truchſeſius declarationem voluntatis ſuæ edidit, in qua utriuſque religionis pontificiæ & Euangelicæ ſecundum Auguſtanam

Confessionem, & pacem religioni datam in imperio concessit. Ipse verò cœlibatu impuro & impio relicto, conjugii fœdus religiosum, & à Deo cunctis mortalibus, qui donum continentiæ non habent, præceptum, cum Agnete, Ioannis Georgii comitis Mansfeldiæ filia, pepigit. Vtrumque cum pontificiæ ecclesiæ decretis contrarium esset, acerrime à Capitulo & Pontificiis impugnatum est. Archiepiscopus in caussa pia præsidium ab Augustanæ confessionis principibus petivit. Hi operam multam & utilem illi præbuerunt, ac per literas, & legatos Capitulum monuerunt, ne quid per vim moliretur, néve innocentem damnaret, aut in exilium eiiceret. Cæsar verò per suos legatos archiepiscopum hortabatur, ut vel religionem pontificiam retineret, vel bonis ecclesiasticis cederet. Tum pontifex etiam literis, & legato, Andrea Cardinali Austriaco, Ferdinandi & Philippinæ filio, misso, eundem tanquam emortuum membrum ab ecclesia recidit, & de eligendo alio archiepiscopo mandatum dedit. Etsi autem intercedatur varie: tamen hortatu etiam Cæsaris alius præsul Ernestus Bavariæ dux eligitur.

Truch-

Truchsesius ergo dignitate & potestate Septemvirali exutus, vim vi repellere conatur. Venit ei subsidio Ioannes Casimirus Palatini comes. Bavarus verò Hispanicum advocat præsidium. Postquam aliquandiu belligeratum est, & ab utraque parte aliqua capta & amissa, Palatinus, mortuo fratre Electore, domum revocatur ad suscipiendam tutorio nomine curam Palatinatus Electoralis. Truchsesius verò adjutus à fratre & aliis nonnullis tueri sua, quanta potest contentione, enititur. Inde infusis in Germaniam Hispanicis copiis, maximæ molestiæ, & turbulentæ tempestates extiterunt, quæ ad hoc usque tempus diœcesin, & vicina loca vexant & affligunt.

Anno 1584. Rotenburgi ad Tuberum legati Imperatoris, principum Electorum, & ducis VVirtembergici convenere, ubi in primis de pace in ecclesia & republica conservanda, tum de componendo Coloniensi dissidio, & Calendario Gregoriano diu multumque tractatum est.

Eodem anno Augustæ Vindelicorum intestina quædam dissenssio rempublicam concutere cœpit, inde orta, quod senatus Euangelicis Calendarium pontificium obtrusit. Id enim amplecti recu-

Truchsesius ergo dignitate & potestate Septemvirali exutus, vim vi repellere conatur. Venit ei subsidio Ioannes Casimirus Palatini comes. Bavarus verò Hispanicum advocat præsidium. Postquam aliquandiu belligeratum est, & ab utraque parte aliqua capta & amissa, Palatinus, mortuo fratre Electore, domum revocatur ad suscipiendam tutorio nomine curam Palatinatus Electoralis. Truchsesius verò adjutus à fratre & aliis nonnullis tueri sua, quanta potest contentione, enititur. Inde infusis in Germaniam Hispanicis copiis, maximæ molestiæ, & turbulentæ tempestates extiterunt, quæ ad hoc usque tempus diœcesin, & vicina loca vexant & affligunt.

Anno 1584. Rotenburgi ad Tuberum legati Imperatoris, principum Electorum, & ducis VVirtembergici convenere, ubi in primis de pace in ecclesia & republica conservanda, tum de componendo Coloniensi dissidio, & Calendario Gregoriano diu multumque tractatum est.

Eodem anno Augustæ Vindelicorum intestina quædam dissenssio rempublicam concutere cœpit, inde orta, quod senatus Euangelicis Calendarium pontificium obtrusit. Id enim amplecti recu-

recusantibus ecclesiæ ministris docendi munus abrogavit. Sed est sedata & compressa omnis dissensio senatus, ducisque VVirtembergici, ac Senatus Vlmensis legatorum industria & diligentia, sic, ut Calendarium novum in utriusq; religionis ecclesia, & universa republica absque ulla imminutione doctrinæ ac rituum usitatorum usurparetur. Postea verò senatus etiam jus vocandi ministros Euangelicos sibi vendicavit, quod antea penes seniores sive præfectos ecclesiæ fuerat. Idque authoritate etiam Imperatoris obtinuit. Quod cum probare ministri ecclesiæ nollent, ante solis ortum ex urbe discedere coacti sunt. Senatus verò alios aliunde in loca vacua ministerii Ecclesiastici vocavit. Quos cum populus audire diu recusaret, conducto militari præsidio, in officio retetus est.

Anno 1585. Rudolphus Imperator cum aliis quibusdam pontificiæ religionis principibus per legationem illustrem Hispaniarū regis in ordinem aurei velleris cooptatus est.

Anno 1586. VVurceburgi episcopus Iulius libertaté professionis Euangelicæ secundum Augustanam confessionem suis subditis omnem ademit. Inde multi in exilium ire, venditis bonis,

bonis, & tertia eorum parte relicta, coacti sunt.

Annus 1590. insignis fuit siccitate, quæ præcedente anno cœperat, & ad hyemem usque hujus anni duravit: non dissimilis anno quadragesimo, qui fervidus in historiis appellatur. Sed discrimen tamen est. Nam quadragesimus æstu quidem, quem ariditas ingens consecuta est, ferbuit: sed in fine Iulii iterum pluit. Etsi igitur leguminum, olerum, feni inopia & caritas magna extitit: frumenti tamen copia tanta fuit, ut queri de penuria nemo fere posset. Vini autem boni affluentia incredibilis per omnes imperii partes ac regiones nata est. Tum sylvæ etiam & arbores in quibusdam locis arsère, & incendiarii passim plurimum damni dedére. At hoc an. 90. siccitas verno, æstivo, & autumnali tempore continua fuit. Itaq; seges rara, frumentum tenue, fenum paucum, olerum verò, & leguminum copia exigua, vinū bonum, sed modicum ubiq; fere provenit. Incendia quoq; excitata sunt multa. In Turingia pagi & oppida exusta sunt. Erfurdiæ ad 360. ædes 3. Iulii ignis ardor absumsit. In oppido VVeissensehe deflagrarunt ædes centum & triginta, exceptis horreis

&

bonis, & tertia eorum parte relicta, coacti sunt.


Annus 1590. insignis fuit siccitate, quæ præcedente anno cœperat, & ad hyemem usque hujus anni duravit: non dissimilis anno quadragesimo, qui fervidus in historiis appellatur. Sed discrimen tamen est. Nam quadragesimus æstu quidem, quem ariditas ingens consecuta est, ferbuit: sed in fine Iulii iterum pluit. Etsi igitur leguminum, olerum, feni inopia & caritas magna extitit: frumenti tamen copia tanta fuit, ut queri de penuria nemo fere posset. Vini autem boni affluentia incredibilis per omnes imperii partes ac regiones nata est. Tum sylvæ etiam & arbores in quibusdam locis arsêre, & incendiarii passim plurimum damni dedêre. At hoc an. 90. siccitas verno, æstivo, & autumnali tempore continua fuit. Itaq; seges rara, frumentum tenue, fenum paucum, olerum verò, & leguminum copia exigua, vinũ bonum, sed modicum ubiq; fere provenit. Incendia quoq; excitata sunt multa. In Turingia pagi & oppida exusta sunt. Erfurdiæ ad 360. ædes 3. Iulii ignis ardor absumsit. In oppido VVeissensehe deflagrarunt ædes centum & triginta, exceptis horreis

&

& stabulis, Augusti die 26. Arsêre compluribus locis sylvæ, in montibus præsertim Bojemicis. Alibi succensæ quidem sunt, sed statim flamma restincta est. Quanquam autem opinantur nonnulli solis ardore inflammationem talem esse factam: tamen asseverant saltuarii, lignatorum incuria, qui vespas & insecta alia igne succenso ex sylvis propellere solent accidisse. Fatentur tamen illi ipsi, erycam & muscum passim adeo exaruisse, ut flamma concepta instar cati terram & arbores perreptarit. Sunt qui affirmant etiam fenum in curru vectū infra Viennam solis ardore conflagrasse die Iulii 30.

Die 15 Septembris anni 1590. terra passim per complures regiones tremuit, & alicubi ædificia labefactavit.

F I N I S.



RESPVBLICA
sive
STATUS IMPERII ROMANO-GERMANICI.

Tomus II.



LVGD. BATAVOR.
Ex Officinâ Elseviriorum.
cIɔ Iɔ c XXXIIII.



I.

IMPERATORIS ELECTIO.

STatuimus Imperatorem debere eligi, cum in Imperio nostro successioni locus nullus relictus. Quod eleganter Gunther. in Ligurin. lib. 1. hisce exprimit:

Regibus est aliis potiundi Iure paterno
Certa fides, sceptrumq; Patris novus accipit heres.
Nos, quibus est melior libertas, Iure vetusto,
Orba suo quoties vacat inclyta Principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.

De hoc tamen, ut prædicare possumus illud, Olim non erat sic: Ita quoque aliquoties in eodem variarũ esse, dicere valemus: Legimus enim in Comitiis Vorcheimensibus Anno 1077. inter alia, cõsensu communi comprobatum, ut regia potestas, nulli per hereditatem, sicut ante fu-



I.

IMPERATORIS ELECTIO.

STatuimus Imperatorem debere eligi, cum in Imperio nostro successioni locus nullus relictus. Quod eleganter Gunther. *in Ligurin. lib.* 1. hisce exprimit:

Regibus est aliis potiundi Iure paterno
Certa fides, sceptrumq; Patris novus accipit heres.
Nos, quibus est melior libertas, Iure vetusto,
Orba suo quoties vacat inclyta Principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.

De hoc tamen, ut prædicare possumus illud, Olim non erat sic: Ita quoque aliquoties in eodem variatū esse, dicere valemus: Legimus enim in Comitiis Vorcheimensibus Anno 1077. inter alia, cōsensu communi comprobatum, ut regia potestas, nulli per hereditatem, sicut an-

te fuerat consuetudo, cederet: Sed filius Regis, etiamsi valdè dignus esset, per electionem spontaneam magis, quam successione filius Rex proveniret: Si verò non esset dignus filius, vel si nollet eum Populus, quem Regem facere vellet, habere in potestate Populus; Goldast *d. t. pag.* 238. sed & idem legimus apud eundem Goldast. *d. tom. pag.* 287. Et in magno Chronico Belgico *pag.* 205. Imperatorem Henricum hujus nominis VI. Anno 1197. videntem, regnum Alemanniæ & Imperium Romanorum propter mutationes frequentes Impp. multa mala perpessum, & priusquam vota Principum in Persona Imperatoris possunt cōvenire, ordinasse, ut amplius electio non fieret, sed in Personam sanguinis successione Imperium conferretur: Ita & qui propinquior Imperatori esset, hereditariè fieret Imperator. Quod tamen posteriori usu rursus immutatum, & LL. fundamentalibus ad electionem reditum, nō sine ratione. Nec obsistit, quod in familia Austriaca quibusdam videtur radicata successio, cum illa nobis hactenus dederit duodecim Imperatores. Goldast. *in dedicat. d. tom. un. p.* 8. quatuordecim numerat, & continuatâ serie 7. vel 8. Bortius *de jur. Maj. c.* 2. *th.* 9. *lit. A.* vel ut alii *novem.* Alberto quippe Austriaco

suc-

successit Fridericus III. Huic Maximilianus I. Huic Carolus V. Huic Ferdinandus I. Huic Maximilianus II. Huic Rudolphus II. Huic Matthias I. Huic denique Ferdin. II. in præsens regnans. Contra quod obiiciunt expressam protestationem Protestantium, ut patet ex conditionibus *Cæsareæ Majestati ab ijsdem oblatis*: Ibi: *daß hinfuro aus keinem Furstlichen Hause drey Konige nach einander erwehlet oder genommen sollen werden, damit die freyheit oder Wahl der Personē halben, nicht in eine verjahrung oder Gerechtigkeit gefuhret werden moge.* Gold. *in den Politischen Reichshandl. part.* 2. *tom.* 1.) atque ita Imperatoriam dignitatem, multò diutius hæc quam cæteræ familiæ obtinuit. Caroli enim Magni, ut rem ab ovo repetamus, posteri, Imperium tenuerūt annos 110. Saxoniæ Duces 117. Franconiæ 102. Sueviæ 110. Austriaci verò jam longe ultra 180. Gasp. Ens lib. 1. *Thesaur. Polit. Apotelesm.* 6. p. 146. Non *inquam* hæc liberum infringunt electionis Ius. Electorum quippe libera suffragia, domui Austriacæ hactenus gubernacula Imperii cōcrediderunt, variis permota rationibus. 1. Cum ipsius Regna sint veluti murus salutis communis, oppositus immanitati Turcicæ. Carol. V. apud Sleidan. lib. 7. ad fin. 2. Cum

A 3 po-

successit Fridericus III. Huic Maximilianus I. Huic Carolus V. Huic Ferdinandus I. Huic Maximilianus II. Huic Rudolphus II. Huic Matthias I. Huic denique Ferdin. II. in præsens regnans. Contra quod obiiciunt expressam protestationem Protestantium, ut patet *ex conditionibus Cæsareæ Majestati ab iisdem oblatis:* Ibi: *daß hinfuro aus keinem Furstlichen Hause drey Konige nach einander ervvehlet oder genommen sollen vverden, damit die freyheit oder VVahl der Personē halben, nicht in eine verjahrung oder Gerechtigkeit gefuhret vverden moge.* Gold. *in den Politischen Reichshandl. part. 2. tom. 1.*) atque ita Imperatoriam dignitatem, multò diutius hæc quam cæteræ familiæ obtinuit. Caroli enim Magni, ut rem ab ovo repetamus, posteri, Imperium tenuerūt annos 110. Saxoniæ Duces 117. Franconiæ 102. Sueviæ 110. Austriaci verò jam longe ultra 180. Gasp. Ens *lib. 1. Thesaur. Polit. Apotelesin. 6. p. 146.* Non *inquam* hæc liberum infringunt electionis Ius. Electorum quippe libera suffragia, domui Austriacæ hactenus gubernacula Imperii cōcrediderunt, variis permota rationibus. 1. Cum ipsius Regna sint veluti murus salutis communis, oppositus immanitati Turcicæ. Carol. V. apud Sleidan. *lib. 7. ad fin.* 2. Cum

potentia magna, & sumptus immensi ad dignitatem hanc requirantur. 3. Vt etiam quasi gratias redderent pro bene meritis Antecessorum: Videatur Arnisæus *lib. 2. Relect. Polit. c. 2. sect. 5. n. 6. & seq.* Id verò, ne electioni liberæ quicquam præjudicare quis putet, summâ cautione adinventum est illud capitulationis Imperatoriæ membrum: in quod electi jurant hoc modo: *Vnd insonderheit sollen vnd vvollen vvir vns auch keiner Succession anmassen, vntervvinden, noch in solcher gestalt vnterziehen, oder darnach trachten, auff vns selbst, vnser Erben vnd Nachkomen, oder auff jemand anders vnterstehen zuvvenden. Sondern vvir, dergleichen vnser Kinder, Erben vnd Nachkommen, die gemeldten Churfursten, jhre Nachkomen vnd Erben, zu jeglicher Zeit, bey jhrer freyen VVahl vnd Vicariat, vvie vor alters hero auff sie kommen, die Gulden Bull, Bapstliche Recht vnd andere Gesetz oder Freyheit vermogen, geruhig bleiben, vnd gantz vnbetrenget lassen. VVo aber darvvider ichtvvas gesuchet, gethan, oder die Churfursten in dem betrungen vvurden, das doch keins vveges sein solte, das alles soll nichtig sein vnd dafur gehalten vverden:* Goldast. *pag. 5. Politischer Reichshandlung. fol. 163.* Cum Matthias coronandus esset, ad altare præstito juramento,

ramento, & sublime pegma conscendenti, Moguntinus eundem in finem dixe: Sta, & principem locum tene, non hæreditario jure, sed suffragio Septem virorum tibi attributum. Bulingerus *lib. 13. histor. p. 406.* Hactenus dictis videtur obstare *cap. venerabile. extr. de elect. vnb.* uti inter alia hæc habentur verba: Si prædictus Dux (*Suevia Philippus*) Imperium obtineret, libertas in Electione periret, & Imperii obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam si prout olim Fridericus Conrado, vel Heinricus postmodum Friederico, sic nunc Friedericus Philippo, vel Philippus Heinrico (omnes ex Ducali familia Suevorum) succederet, videretur Imperium non electione, sed successione deberi, præsertim cum multi Principum ex Imperio æque sint nobiles & potentes, in eorum præjudicium redundaret, si non nisi de domo Ducum Sueviæ videretur aliquis ad Imperium assumendus. Hoc dictum (inquit Windecius *de Elect. Imperii. c. 9. p. 25*) nuper quidam sectariorum ICti. & Historici, torserũt in sereniss. Archiduces Austriæ, eos, obstante hàc constitutione, non posse, nec consultum esse amplius succedere in dignitate fastigii Imperialis &c. Verum, subnectit *Idem*, hæc cavillatio non uno modo tantum profligari

ramento, & sublime pegma conscendenti, Moguntinus eundem in finem dixit: Sta, & principem locum tene, non hæreditario jure, sed suffragio Septem virorum tibi attributum. Bulingerus *lib. 13. histor. p. 406.* Hactenus dictis videtur obstare *cap. venerabile. extr. de electionib.* uti inter alia hæc habentur verba: Si prædictus Dux (*Sueviæ Philippus*) Imperium obtineret, libertas in Electione periret, & Imperii obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam si prout olim Fridericus Conrado, vel Heinricus postmodum Friederico, sic nunc Friedericus Philippo, vel Philippus Heinrico (omnes ex Ducali familia Suevorum) succederet, videretur Imperium non electione, sed successione deberi, præsertim cum multi Principum ex Imperio æque sint nobiles & potentes, in eorum præjudicium redundaret, si non nisi de domo Ducum Sueviæ videretur aliquis ad Imperium assumendus. Hoc dictum (inquit Windecius *de Elect. Imperii. c. 9. p. 25*) nuper quidam sectariorum ICti. & Historici, torserũt in sereniss. Archiduces Austriæ, eos, obstante hâc constitutione, non posse, nec consultum esse amplius succedere in dignitate fastigii Imperialis &c. Verum, subnectit *Idem*, hæc cavillatio non uno modo tantum profligari

gari poteſt. nam 1. hæc verba Pontificis ſunt diſpoſitiva *vel* opinativa. Si *diſpoſitiva*, manifeſtum abſurdum continent. 1. enim talis diſpoſitio pugnat cum divinâ conceſſione. Nam ea cavit, ut regnum Hebræorum Iudæ, à Davide uſque ad Sedechiam 21. ejus familiæ permaneret, ut Davidi pollicitus eſt regnum in ejus familia æternum 2. *Reg.* 2.2. repugnaret præſcriptæ immemoriali, ac inveteratæ conſuetudini, receptæ ab Imperio & urbe Româ, cujus tamen jura ſervanda ſunt &c. Quod per exempla declarat, ſed quorũ nonnulla magis hæreditariam ſucceſſionem, quam electionem concernũt. Præterea rationem Pontificis eſſe nullam &c. Si *opinativa*, non evertunt hanc ſententiam &c.

Vt verò electio hæc ritè peragatur, varia requiruntur: Nos ea omnia diſtribuimus *in Antecedentia*; *Intermedia*; *& ſubſequentia*. *Antecedentia* ſunt. 1. Vt Moguntinus intra menſem, à primo die, quo reſciverit Imperatorem ad cœleſte politeuma evocatum, hoc ſingulis Principibus coëlectoribus intimet, & literis patentibus Electionem futuram ſignificet. Eæ verò continere debent, ut à die in literis ipſis expreſſa infra tres menſes continuos, omnes & ſinguli Principes Electores Francofurtum ad Mœnum ſe

conferant. A. B. *cap.* 1. § 11. 2. vel Electores receptis literis se itineri accingant, vel ipsimet, vel per nuncios suos iter ingrediantur. 3. ut Electores conducantur, quilibet à sibi assignatis Principibus, & Civitatibus *d. c.* 1. A. B. § 10. *& seqq.* 4. Vt ingrediantur urbẽ Francofurtensem quilibet certo comitatu: *hoc est*, ut quilibet Elector, non nisi 200. habeat equites, interque eos quinquaginta tantum armatos *d. c.* 1. § 20. Quod licet tam accuratè hactenus non fuerit observatum, certis tamen rationibus, iisque haud frivolis à Carolo IV. *d. l.* statutũ esse, non est quod dubitemus. Tum ne nimiâ multitudine civitas oneraretur, & annona cresceret, tum ne unus vel alter coelectorum, alterius potentiam præsentem extimescens, in illius votum transire, vel invitus & contra liberum eligendi jus cogeretur. Tũ denique ut tumultus, si qui orirentur, eò facilius Francofurtenses sopire & sedare possint. 5. Vt Francofurtenses, securitatem, tutelam & defensionem Electoribus juramento promittant *d. c.* 1. § 22. 6. Vt Francofurtenses, nullum alium præter Electores, in suam admittant civitatem, cujuscunque etiam sit dignitatis, conditionis vel status. Quod si verò quẽ antea admisissent, ut eundem absq; mora expellant. Hoc religiosè observatum

legimus Anno 1519. Nam cum Franciscus I. Galliarum Rex Senatum Francofortensem literis rogasset, ut Oratores, quos ad Electores miserat, cum famulitio ac Comitatu, usque ad numerum trecentorum vel circiter Equitum, in Civitatem suam admitterent, aut saltem in unum oppidorum suorum civitati proximum, in quo tuto & securè diversari possent atq; commorari, eosdemque ibi benevolè atq; indulgenter tractarent, ac demum in protectionem suam suscipe-rent; Senatus Francofurtensis respondit, sibi hoc per Auream Bullam non licere, nec insuper oppidula pagosque possidere munitos, ad tuto recipiendos, & conservandos Oratores. Quamvis verò prædicti Regis Legati & Oratores hoc responsum ægrè ferrent, atque repulsam incivilem & indebitam palam indigitarent, literis ea de re ad Collegium Electorale missis, quibus petitio inserta, ut tuto & securè per Ducatus, Principatus, Dominia &c. Electorum & Principum transire possent, utque prædicto Senatui injungerent receptionem & hospitiorum assignationem: Nihilominus tamen & hic repulsam passi sunt, dicentibus Electoribus, se A. B. non posse derogare, nec Senatum, contra juratam fidem, ad petita adigere. Quod salvum có-

ductum

ductum concerneret, passim receptum esse, seipsos hoc tempore non habere illam facultatem, etiam suos proprios subditos astringendi, ad ejusmodi salvum conductum. Vide Goldast. *Polit. Imperial. part. 1. Discurs. 1. p. 107. & seqq.*

Ad intermedia refero 1. ut Electio fiat Francofurti. Ab initio equidem certus & determinatus electioni locus, præscriptus haud legitur. Vnde etiam quidam Imperatores Francofurti, quidam Wormatiæ, Aquisgrani, Coloniæ, Moguntiæ electi. Sed postea, seu observantia, seu lege hic locus electioni præstitutus, & in A. B. c. 1. § *præterea.* confirmatus est. Idé testatur Gunth. in Ligur. l. 1.

Conveniunt Proceres, totius viscera Regni,
Sede satis nota, rapido qua proxima Mœno.

Vnde contra nonnullos disputatum legimus, quasi indebite & non loco præscripto electi. Electio Caroli V. nullitatis incusata, & per quatuor Electores, hanc ipsam ob causam, quod alio in loco facta esset, nulla declarata est. Cuspin. *in vita Caroli IV.* p. 382. De Hermanno itidem Lotharingiæ Duce, literis consignatum est, eum contemptim Regem Alliorum appellatum fuisse, quod Islebiæ, quæ allii ferax, nó legitimo in loco fuisset electus. Rivander *in Chron. Turing.* Kirchner. *de republ. disp. 4. th. 2. lit. A.* Eodemque ex

sun-

ductum concerneret, passim receptum esse, seipsos hoc tempore non habere ullam facultatem, etiam suos proprios subditos astringendi, ad ejusmodi salvum conductum. Vide Goldast. *Polit. Imperial.part.*1.*Discurs.*1.*p.*107.*& seqq.*

Ad intermedia refero 1. ut Electio fiat Francofurti. Ab initio equidem certus & determinatus electioni locus, præscriptus haud legitur. Vnde etiam quidam Imperatores Francofurti, quidam Wormatiæ, Aquisgrani, Coloniæ, Moguntiæ electi. Sed postea, seu observantia, seu lege hic locus electioni præstitutus, & in A. B.*c.*1.§ *praterea.* confirmatus est. Idé testatur Gunth. *in Ligur.l.*1. *Conveniunt Proceres, totius viscera Regni, Sede satis nota, rapido qua proxima Mœno.* Vnde contra nonnullos disputatum legimus, quasi indebite & non loco præscripto electi. Electio Caroli V. nullitatis incusata, & per quatuor Electores, hanc ipsam ob causam, quod alio in loco facta esset, nulla declarata est. Cuspin. *in vita Caroli IV. p.* 382. De Hermanno itidem Lotharingiæ Duce, literis consignatum est, eum contemptim Regem Alliorum appellatum fuisse, quod Islebiæ, quæ allii ferax, nō legitimo in loco fuisset electus. Rivander *in Chron. Turing,* Kirchner. *de republ.disp.*4.*th.* 2.*lit. A.* Eodemque ex

sun-

fundamento, electio Ferdinandi à Saxone & Protestantibus impugnata fuit: Sleidan. *l.* 4. (quod utiq; factum haut fuisset, si verũ esset, quod scribit Hartman. Maur. Carolum IV. posteriori sanctione, loci necessitatem revocasse) de qua disputatione quid habendum sit, facili decisione explicari potest *ex cap.* 28. *A.B.* § 5. ubi Imperator ita inquit: Invenimus etiam ex clarissimis relatibus & traditionibus antiquorum, illud à tempore, cujus contrarii jam non habetur memoria, per eos, qui nos præcesserunt feliciter, esse jugiter conservatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris, in civitate *Franckfurt* celebraretur Electio, & prima coronatio in Aquigranẽsi & in oppido Norinbergensi prima *sua Regalis curia* haberetur. Quapropter certis ex causis etiam futuris præmissa servari debere temporibus, declaramus, nisi præmissis omnibus, seu eorum alicui impedimentũ legitimũ obviaret. Cæterũ quod Munster *in Cosmogr. c.* 19. & Wilhelm. *Dillich. in Hessischen Chron. p.* 51. referunt, introitu Francofurtenses prohibere eum, qui discordi electione ad Imperium pervenit, si non aliquot prius menses adversariũ ante mœnia expectarit, venientemq; depulerit victor: Id *Besold.* 1. *Polit. c.* 5. *n.* 40. ad ea refert tempora, quibus Electoribus

non

secundum plenarium eligendi jus cõpetiit. 2. ut fiat in Sacrario Templi S. Bartholomæi *c.* 2. *A.B.* § 5. Ex more veteri: Hartm. Maur. *de Coronat. Caroli V.* apud Goldast. *in Imperial. Polit. part.* 1. *disc.* 7. *pag.* 124. 3. Ut ibi missa celebretur *d. c.* 2. Huicq; devote attenteque intersint Electores Ecclesiastici; Nihilominus tamen cum eadem immensis scateat vitiis, Chemnit. *in Exam. Concil. Trident. part.* 2. *sess.* 6. *pag.* 157. *& seqq.* Haffenreffer *in locis Theolog. lib.* 3. *loco.* 7. *p.* 582. Augustanæ Confessionis Principes Electores, meritò eandem missam faciunt; atque interim, dum illa celebratur, in proximum conclave se recipiunt. Ita cum eligendus esset *Matthias Imp.* p. m. suffraganeo Moguntino missam celebrare incipiente, Palatinus, Saxo, & Brandeburgicus Legatus surrexerunt, & in Sacellum, quod prope chorũ est, cũ Consiliariis, Aulicisq; Proceribus secesserunt: Ea verò finita, loca pristina occuparunt, nuncq; cani cœptum est, Veni creator Spiritus. 4. Ut peracta missa, omnes Electores, sive eorum nuntii, accedant ad altare, in quo missa fuit celebrata, ad præstandum juramentum, ubi rursus consideranda veniunt 1. quale sit juramentum. 2. quomodo præstetur ab Electoribus Ecclesiasticis. 3. quomodo à secularibus. 4. Quo ordine præstetur.

1. verba

nondum plenarium eligendi jus cōpetiit. 2. ut fiat in Sacrario Templi S. Bartholomęi *c.2.A.B.§ 5.* Ex more veteri: Hartm. Maur. *de Coronat. Caroli V.* apud Goldaſt. *in Imperial. Polit. part. 1. diſc. 7. pag.* 124. 3. Vt ibi miſſa celebretur *d.c.2.* Huicq; devote attenteque interſint Electores Eccleſiaſtici; Nihilominus tamen cum eadem immenſis ſcateat vitiis, Chemnit. *in Exam. Concil. Trident. part. 2. ſeſſ. 6. pag.* 167. *& ſeqq.* Haffenreffer *in locis Theolog. lib. 3. loco. 7. p.* 582. Auguſtanæ Confeſſionis Principes Electores, meritò eandem miſſam faciunt; atque interim, dum illa celebratur, in proximum conclave ſe recipiunt. Ita cum eligendus eſſet *Matthias Imp.* p. m. ſuffraganeo Moguntino miſſam celebrare incipiente, Palatinus, Saxo, & Brandeburgicus Legatus ſurrexerunt, & in Sacellum, quod prope chorū eſt, cū Conſiliariis, Aulicisq; Proceribus ſeceſſerunt: Ea verò finita, loca priſtina occuparunt, tuncq; cani cœptum eſt, Veni creator Spiritus. 4. Vt peracta miſſa, omnes Electores, ſive eorum nuntii, accedant ad altare, in quo miſſa fuit celebrata, ad præſtandum juramentum, ubi rurſus conſideranda veniunt 1. quale ſit juramentum. 2. quomodo præſtetur ab Electoribus Eccleſiaſticis. 3. quomodo à ſecularibus. 4. Quo ordine præſtetur.

1. verba

1. Verba juramenti hæc ſunt, *Ego &c. juro ad hæc ſancta Dei Evangelia, hic præſentialiter coram me poſita, quod ego per fidem, qua Deo & ſacro Romano Imperio ſum aſtrictus, ſecundum omnem diſcretionem & intellectum meum, cum Dei adjutorio, eligere volo temporale caput Pop. Chriſtiano, i. e. Regem Romanorum in Cæſarem promovendum, qui ad hoc exiſtat idoneus, in quantum diſcretio & ſenſus mei dirigunt, & ſecundum fidem prædictam, vocemque meam & votum ſeu electionem præfatam dabo, abſque omni pacto, ſtipendio, precio vel promiſſo, ſeu quocunque modo talia valeant appellari, ſicut me Deus juvet & omnes ſancti. d. cap. 2. A.B.§. 2.* Huic conſequens eſt, Electionem fieri debere ſine affectu & fraude.

2. Principes Electores Eccleſiaſtici, coram Evangelio B. Iohannis, In principio erat verbum, quod ante ipſos poni debet, manus ſuas pectori cum reverentia ſuperponunt, atque eo, ut dictum eſt, modo jurant.

3. Principes Electores ſeculares, Evangelium Iohannis corporaliter manibus ſuis tangunt, atque præſcriptam & conceptam in formulam jurant.

4. Ordo, in præſtando hoc juramento, in Aurea quidem Bulla non exprimitur.

tur.

tur. Sed ita hactenus obſervatum eſt, ut primò Moguntinus, deinde Trevirenſis, poſtea Colonienſis, Bohemus, Palatinus, Saxo & deniq; Brandeburgenſis juraverit. 5. ut præſtito juramento, ſecedentes in ſacellum, ibi Regem Romanorum collegialiter eligant. Hinc rurſus notandum 1. intra quot tempus electio perficienda. 2. quo ordine vota proferantur. 3. quot vota ſufficiant? 4. Publicatio votorum. 1. Electio intra triginta dies à die præſtiti juramenti perficienda: quam ſi diutius Electores protraxerint, tum panem pro cibo, & aquam pro potu habebunt.

Ab hac ſanctione, non multum differt id, quod de Cardinalibus, Electoribus Romani Pontificis, conſtitutum legimus *lib. 2. ſacr. Cerem. Eccl. Rom.* Nam & illi, poſtquam conclave intraverunt, ſi intra tres dies electionem non perficiant, per quinque ſubſequentes dies, tam in prandio, quam in cœna, uno tantum ferculo contenti eſſe debent. Quibus inſuper elapſis, ſi nec dum concordes, panis tantum, vinum & aqua illis adminiſtratur, quoad Pontificem ritè elegerint. In eo certè conveniunt, quod rationem utriuſque ſanctionis concernit. Nam cum ipſi quoque Vicarii Imperii, Palatinus & Saxo electione interſint, facilè Reſpubl.

Ger-

tur. Sed ita hactenus observatum est, ut primò Moguntinus, deinde Trevirensis, postea Coloniensis, Bohemus, Palatinus, Saxo & deniq; Brandeburgensis juraverit. 5. ut præstito juramento, secedentes in sacellum, ibi Regem Romanorum collegialiter eligant. Hinc rursus notandum 1. intra quot tempus electio perficienda. 2. quo ordine vota proferantur. 3. quot vota sufficiant? 4. Publicatio votorum. 1. Electio intra triginta dies à die præstiti juramenti perficienda: quam si diutius Electores protraxerint, tum panem pro cibo, & aquam pro potu habebunt.

Ab hac sanctione, non multum differt id, quod de Cardinalibus, Electoribus Romani Pontificis, constitutum legimus *lib. 2. sacr. Cerem. Eccl. Rom.* Nam & illi, postquam conclave intraverunt, si intra tres dies electionem non perficiant, per quinque subsequentes dies, tam in prandio, quam in cœna, uno tantum ferculo contenti esse debent. Quibus insuper elapsis, si nec dum concordes, panis tantum, vinum & aqua illis administratur, quoad Pontificem ritè elegerint. In eo certè conveniunt, quod rationem utriusque sanctionis concernit. Nam cum ipsi quoque Vicarii Imperii, Palatinus & Saxo electione intersint, facilè Respubl.

Ger-

Germanica aliquid detrimenti capere posset, si diutius quam par est, capite privata permaneret. Idem, vacante longius sede, ut loquuntur, apostolicâ, extimescendum, præsertim cum post Pontificis obitum, magna Romæ subsequatur rerum conversio. Petr. Bizar. *in hist. Genuens. de bello advers. Frid. II. Imp. p.* 891. & effrenis sicariorum licentia, Bodin. *lib. 6. de Republ. c.* 5. adeo, ut Roma, alias Veneris & Floræ ergasterium, nequitiæ & flagitiorum amphitheatrum spaciosissimum dici jure possit, ubi honestiores, nequissimorum hominum injuriosum vomitum, tanquam ad id destinatæ cloacæ, frustra justitiæ inclamantes opem, excipere cogantur. Vnde his periculis ut fenestram clauderet Gregorius X. maximo Christianorum Concilio Lugduni in Galliis congregato, nonnullas de futurâ Romani Pontificis electione tulit leges, & simul conclavis introduxit usum, Serres *tom.* 1. *invent. Gall. fol.* 566. Vid. Onoph. Panvinium *in addit. ad Platin. in vit. Gregorii X. fol.* 234. 2. Ordo in votando duplex: Antiquus & Novus. Antiquitus primum votum competiisse Moguntino, claré probant verba in Specul. Saxon. *lib.* 3. *art.* 57. *der Bischoff von Maintz der hat die erste Stim der Wahl, der Bischoff von*

Trier

Trier die ander, der Bischoff von Colln die dritte. Et Gunther. *in lib.6.in Ligurin.*

——— ad Proceres electio pertinet, in quâ Præcipuā vocem Præsul de jure vetusto Moguntinus habet.

Ratio sana ipsi hoc tribuit, cum sit Decanus Collegii Electoralis *d. l. Cerem. Eccles. Rom.cap.3.* Restaur. Castald. *de Imp.quæst.8. n. 6.* Decano verò, prima in capitulo vox competit. Franc. Marc. *decis. 365. n.* 12. Verum mos iste antiquus postea exolevit & primum votum Trevirensi competere cœpit, confirmatum postea à Carolo IV. *A. B,cap.4.§.3.* statutumque ut Moguntinus primò in votum vel sententiam Trevirensis inquirat, secundò in Coloniensis, tertiò in Regis Bohemiæ, quartò in Comitis Palatini Rheni, quintò in Ducis Saxoniæ, sextò in Marchionis Brandeburgensis. Licet verò Dn. Arumæus *disc.3.ad A.B. Concl.*14.*&* 21. hunc ordinem in A. B. præscriptum, posterioríb. temporibus minimè observatum, remq; ad primam observantiam redactam scribat, confirmetque ex *Sleid. lib.*1. Moguntinum in electione Caroli V. primum tulisse suffragium: malo tamen ego in expressis verbis, quæ in Protocollo Coronationis Caroli V. *tit.*31. apud Goldast.*in Politischen Reichshandlen* habentur (ibi: *Vnd*

 vvir

vvir Albrecht Cardinal als Ertzbischoff zu Mayntz &c. der andern unser Mit-Churfursten und geschickten Bottschafften Stim und vota *nach Ordnung und gesetz daruber gemacht, und jeden sonderlich gefragt und erforschet, und vvir &c. hinvviderumb &c.)* acquiescere, quam hâc in re Sleidanum alias satis accuratè electionem hanc pertractantem, sequi, præsertim cum, si non de deliberationē potius, quam suffragio ipso hoc accepero, & in Saxone mutatum ordinem dicam, qui ab eodem *d.l.*1.*p.m.*19. tertiò locô verba fecisse scribitur; subsequentibus demum reliquis Electoribus. Vt autem de deliberatione laudati auctoris verba accipiam, inducor etiam formalibus ipsius Moguntini, qui apud Georg. Sabin. *in descript. Elect. & Coronat, Caroli V. relata* à Goldast. *in polit. Imperial. part.*1. *disc.*7. *p.*128. inter alia inquit: Et quoniam hic congressus institutus est; ut non suffragia feramus, sed ut liberè colloquamur, cum de universa Republica, tum de Electione, dicam quod mihi maximè videtur è Republicâ esse &c. Nec me movet quod Dn. Arumæus ex relatione (quam eam esse arbitror, quæ extat apud Goldast. *d.p.*1. *Polit. Imper. disc.* 10.*p.*148.) de Electione Maximiliani II. profert, Moguntinum à reliquis Septemviris

viris primum interrogatum, quemnam ipse eligeret Romanorum Regem? Nam huic relationi non in omnibus fidem tribuo indubitatam. Quod. 3. ad numerum votorum attinet, de eo hæc extat decisio in *d.c.A.B.* 4. si quem major pars elegerit, illa electio perinde haberi ac reputari debebit, ac si foret ab omnibus Electoribus nemine discrepante, concorditer celebrata. Quæ decisio verissima est, si majoris partis electio nec contra antiquam Imperii consuetudinem, nec in Imperii præjudicium vergat, aliàs enim major numerus non attenderetur, qui pro Imperii status salute & incolumitate, atque juxta observationes politicas & Statuum commune desiderium providè & circumspectè moderandus, dirigendus & censendus. vide Gylman. *decis. Cam.8.n.* 20. Hoc loco simul refutari debet opinio Hostiens. *in c. venerabilem. de Electionib.* Qui vult jus hoc eligendi Electoribus competere ut singulis, non ut collegio. Illud si verum est, utique omnium Electorum necessarius consensus in una eademque persona ut concurreret, requiretur arg. *l.11.ff. de S.R.P.* Et vel uno in contrariam abeunte sententiam, totus annihilaretur actus, Surd. *cons.65. n.* 17. Secus verò rem se habere, modò ex A.B. deduximus; junge Bo-

ge Bodin. *lib.3.de Republ.c.7.2.* Admissa opinione Hostiensis, sequeretur, consensum Electorum non in collegio præcisè præstandum, sed sufficere, etsi seorsim præstaretur. Bod. *d.l.* Quod falsum ex dictis & dicendis. Hinc Elector absens Legato suo ad certam personam eligendā mandatum dare haud potest: vide *der sechs Churfursten Bruderliche Vereinigung* An. 1521. ibi: *Ob es antreffe bestattigung oder bevvilligung in einigen sachen zugeben &c. darinnen sollen vvir oder unser einiger nicht entliche antvvort geben, noch einerley beschliessung thun, vvir thun es denn alle samtlich mitteinander, oder mehrern theils.* Bertram. *de jure Comit. th.19.p.29.* Nec obsistit, quod Waldemarus, Marchio Brandeburgensis, cum Legato suo in mandatis dedisset, ut Fridericum Austriacum eligeret, is verò Ludovicum Bavarum elegisset, eum in carcerem detrudi & enecari fecerit. Krantz. *l.9. Saxon. cap.8.* & Henricus Mutius *lib.24. Chron. Vtrum verò, quod de majoritate votorum diximus, eò trahendum sit, ut si quis ex Electoribus ipsis electus, proprium votum sibi dare, atque ita augere numerum queat?* in disquisitionem vocatum est. Pro Negativa multa sunt, quæ concludere videntur. 1. Enim distinctæ personæ esse debent, dantis &

tis & dati. arg. *l.4.ff.de tut.& Curat.dat.* 2. Nemo in propria causa testis & judex esse potest. *l.un. C. ne quis in causa sua.* Electus vero dum propria se eligeret sententia, de habilitate sua perhiberet testimoniũ,& suo eligeretur judicio. 3. Quia suspectus is, qui operas suas ingerit, *l.25. ff. de Procur.* indeque officia desiderantibus neganda, fugientibus offerenda *c. in scripturis.8.quæst.1.* 4. Quia nullus seipsum ad patronatum alicujus Ecclesiæ præsentare potest, quantumvis idoneus sit, & multis studiis, & meritis juvetur *c.per nostras. extr. de jure Patronatus.* Hinc cum Ioannes XXIV. Pontifex Maximus, ex compromisso jus Pontificis renunciandi habens, seipsum nominasset, à Concilio Basiliensi de sede deturbatus fuit: vid. Nicol. de Morvais *in suppl. de causis,cur concilium sit convocandum? fol.*182. Cui affine est quod tradit Bald. *in l.si mandavero 22.§.7.ff, mandati, c. cum in jure. de elect. l. planè. ff. quod cujusque &c.* Appius Claudius decemvir Rom. cum ei Comitiorum habendorum injunctum munus fuisset, novo & pessimo exemplo seipsum creavit: quod haud secus factum improbabant boni, quam nemo facere augurum crediderant: ut *T. Livius* ait, & ex eodem Georg. Acac. Enenc. *de privileg.lib.1. cap.7.n.13.* Verum

rum his nō obſtantibus in affirmativam concedimus, ſuffulti expreſſa A.B. *d.c.2. §. fin.* deciſione. *In caſu verba ſunt. d.§. quo tres Principes Electores præſentes, ſive abſentium nuntii, quartum ex ſe, ſeu ipſorum conſortio, videlicet Principem Electorem, præſentem vel abſentem, in Regem Romanorum elegerint, vocem illius Electi, ſi præſens affuerit, aut nunciorum ipſius, ſi eum abeſſe contingeret, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum, partemque majorem decernimus conſtituere. ad inſtar cæterorum Principum Electorum.* Ejuſque rei illuſtre exemplum legimus apud Dubravium *l.23. hiſtor. Bohem. p.m.*225. Cum enim Germani Roberto Bavaro amiſſo, quem Wenceſlao ſuperſtiti ſurrogaverant, rurſus ad alium eidem ſurrogandum animos adjeciſſent, Moguntino Comitia electoribus indicente, ad ea cum Sigiſmundus Rex Hungariæ, tanquam Marchio Brandeburgenſis, qui unus Electorum habetur, veniſſet, dignitatiſque Regiæ gratia, primus ſententiam dicere rogatus eſſet, de Cæſare nominando, ſeipſum nominavit. Me, *inquiens*, ego novi, alios non itidem, an mecum æquè imperio orbis digni ſint, præſertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque ſchiſmate ibi durante plurimum laborat.

Mirati hanc tam liberam & apertam Sigiſmundi vocem cæteri Electores, communiq; aſſenſu illam approbantes, ipſum Sigiſmundum Cæſarem conſalutarunt. Hactenus Dubravius. Cui an fidem debeam neſcio. Huic enim traditioni apertè refragatur decretū Electionis Sigiſmundi, in quo Electores teſtantur, Sigiſmundum in Hungaria abſentem, legatos miſiſſe: apud Leheman. *lib.7. Chronic. Spirenſ. cap.*81. Goldaſt. *de Regno Bohem. lib. 3. c.4. num.*7. Ad argumenta in contrarium allata reſpondet Arum. *diſc. 2. ad A. B. th.*22. illa uno quaſi ictu diſſolvi poſſe; ad id enim ea collimare, ſui ipſius Electionem non valere, quod concedendum. At noſtro in caſu, ubi tres quartum eligunt, *inquit Arumæus*, non quartus ſemetipſum eligit, ſed judicium quod tres perhibuerunt, ipſe comprobat. Sed pace mei Præceptoris dictum velim, Reſponſio hæc non uſquequaque quadrat. Nam quarti hujus electi vox eundem vigorem habet, ac cæterorum electorum d.§.7. At reliquorum voces ſunt electivæ d.c.2. §.1. *Ergo* & hujus quarti electi. Licet vero cæterorum videatur comprobare ſententiam, eam tamen non tanquam arbiter comprobat, ſed ſeipſum eligendo, ab ea non diſcedit. *Deinde* quod ſi primo ordine vel ſecundo vel tertio rogatus ſe-

Mirati hanc tam liberam & apertam Sigismundi vocem cæteri Electores, communiq; assensu illam approbantes, ipsum Sigismundum Cæsarem consalutarunt. Hactenus Dubrauius. Cui an fidem debeam nescio. Huic enim traditioni apertè refragatur decretũ Electionis Sigismundi, in quo Electores testantur, Sigismundum in Hungaria absentem, legatos misisse: apud Leheman. *lib.* 7. *Chronic. Spirens. cap.* 81. Goldast. *de Regno Bohem. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 7. Ad argumenta in contrarium allata respondet Arum. *disc.* 2. *ad A. B. th.* 22. illa uno quasi ictu dissolvi posse; ad id enim ea collimare, sui ipsius Electionem non valere, quod concedendum. At nostro in casu, ubi tres quartum eligunt, *inquit Arumæus*, non quartus semetipsum eligit, sed judicium quod tres perhibuerunt, ipse comprobat. Sed pace mei Præceptoris dictum velim, Responsio hæc non usquequaque quadrat. Nam quarti hujus electi vox eundem vigorem habet, ac cæterorum electorum *d.* §. 7. At reliquorum voces sunt electivæ *d. c.* 2. §. 1. *Ergo* & hujus quarti electi. Licet vero cæterorum videatur comprobare sententiam, eam tamen non tanquam arbiter comprobat, sed seipsum eligendo, ab ea non discedit. *Deinde* quod si primo ordine vel secundo vel tertio rogatus se-

ipſum eligat, nullo ante rogatorum ſuffragio alteri cuidam dato, ſubſequentibus tamen reliquis omnibus, vel majore pro parte in eundem conſentientibus; anne hoc caſu cùm aliorum non comprobaverit electionem, utpote illis prior, ſed ſeipſum elegerit, dicenda electio nulla? Id vero minimè admittendũ arbitror, tum propter ſenſum *d.§. 7.* tum propter exempla. Ad I. ergo argumentum in contrarium adductũ, Reſpondeo illud loqui de Prætore, ſeipſum dante Tutorem, caſu maxime à noſtro diverſo. Hic enim Elector ſeipſum non ſolus, ut ibi Prætor, ſe eligit, ſed & ab aliis ſimul eligitur. Et quis non videt diverſitatem maximam inter dationem & electioné. Caſui vero noſtro propius accedere videtur. *§. ex teſtamento. Inſt. de ſatis d. Tut. l. 3. §. 7. ff. de adminiſtr. & pericul. tut.* Vbi majorem partem & votũ ejus, qui eligitur, conſtituere poſſe nõ dubito. Ad II. Reſpondeo nullum hic dari judicium, Ergo nullum proprie judicem, nullumq; teſtem. Iſtud vero quaſi teſtimoniũ, quod quis de habilitate ſua ipſa profert, non omnino culpandũ exiſtimo, cum ſecundũ *Dd. communiter ad Rubr. Inſt. Iur. Civ.* & ſeipſum laudare omnino prohibitum non ſit, (ut Plutarchus egregio diſcurſu, qua quis ratione ſeipſum citra invidiam laudare poſſit,

sit, demonstrat) præsertim si remota omni ambitione fiat, uti factū à Sigismūdo refert Dubrav. *d. l.* Ad III. dico, cessare in Electoribus istam suspicionem, & vel si adesset, purgari tamen eandem aliorū assensu, nec dici posse, hunc se invitis reliquis ingessisse. Desiderantibus vero Magistratus dignitatem, eamque exambientibus, illa si semper deneganda, utiq; nec Carolus V. eligendus fuisset, qui una cum Francisco Galliarum Rege, ad majores translato Maximiliano, imperium ambiebat, Sleid. *l. 1. p. m. 15.* Sed non ambitione, aut quovis privato commodo ductus, rerum communi bono Reipubl. Christianæ: Vide actum Mandatorium Principum & Prælatorum Hispaniæ, pro Legatis ad conventum Electoralem missis, ad petendum Imperium suo Regi; apud Goldast. *in Polit. Imperialibus part. 1. discurs. 6. p. 105. &* Orat. Comitis Nuerarii, oppositam Orationi Ambasiatoris Regis Franciæ apud eund. Goldast. *d. l. pag. 113.* Nec non mandatum Procuratorium ejusdem Caroli apud Goldast. *Tom. un. Const. Imp. p. 439.* IV. Denique non obstat *d. c. per nostras*; quod de jure Patronatus, non de Electione Collegiali loquitur. Et posito, aliud vel in Iure Canonico vel Civili constitutum esse, nos tamen merito neglectis illis omnibus

adhæremus sententiæ. *d.§.7.4.* Majoribus ita votis electus Rex Romanorum postquam fuit. Electio solet referri in literas, & confirmari singulorum Electorum sigillis: quandoque etiam Consiliarii quidam Electorum, in conclave, ubi Electio peracta, vocari solent, ut sint quasi testes secretæ Electionis. Postea vero ad altare accedentes Electores, Moguntinus accersita Nobilitate ac multitudine universa, publica oratione renunciat Electum Imperatorem. Vide eos, qui actus Electionũ descripserunt apud Goldast. *d. part.1. Polit. Imperial. discur.7. 9. & 14.* Electione hoc modo peracta 1. committitur & commendatur Regi Romanorum electo Imperium, certis tamen conditionibus. 2. Vniversis & singulis Principibus Electoribus Ecclesiasticis & Secularibus, omnia ipsorum privilegia, literas, jura, libertates, concessiones, antiquas consuetudines & dignitates, & quicquid ipsi ab Imperio usque ad diem Electionis obtinuerunt & possederunt, absque dilatione & contradictione confirmat Imperator *d. c.2.§.5.* Confirmationem illam alii olim factam ajunt sub dio in lapidea Regia sede, quæ fuit inter nuceta Rheni supra Confluentem ad Renn oppidulum. Locum ita describit ex *Chronico Hedionis*. Michael Sachs *part.4.*

part.4. deß Christlichen Zeitvertreibers p.299. Zvvischen Rhens vnnd dem Flecken Capell, ligt ein schoner Baumgarten, darin ist das alte Gebavv, vnter siebẽ grossen Nußbaumen, der Konigsstul genandt, da die Churfursten deß Reichs haben pflegen zusamen zukomen, der Keyser vnd Romischer Konige vvahl zuschliessen, vnd deß Reichs Sachen und Nutz zu berahtschlagen, das ist ein gemaureter Sitz, auff grossen steineren Saulen, mit sieben Schvvibbogen, in der mitt stehet eine Saule, vvann man siebenzehen schritt hinauff gehet, kan man das Gemach feste beschliessen, vnd seind darum schone steinere Sitz ringsherumb. Ist ein herlich Gebavv ghevvesen, aber ietzt sehr verfallen vnd vervvustet. Ein jeder Churfurst hat nahe darbey ein Schlosz, oder Statt gehabt, da er zu Nacht sicher ruhen konen, als Maintz, Lonstein, Trier, Capel, Coln, Rens vnd Chur Pfaltz.

CORONATIO IMPERATORIS.

NOstro in Imperio, Coronatio olim triplex in usu & observantia erat. Germanica, Lõbardica & Romana. Triplex ideo, ut secundum Albericum *in suo Dictionar. verb. Corona* significentur: 1. Puritas conscientiæ, quæ huic nostro competere debet, in quantum est Rex universi

niversi orbis, quæ designatur per coronâ argenteâ. 2. Virtus & conscientia, quæ per ferrũ indigitatur. 3. scientia & prudentia discernendi bonum à malo, quod aurea significatur. Vel, ut post gl. *in verbo: Imper. c. legimus dist.* 92. Intrigl. *de Feud. quæst.* 8. *in.* 33. *p.* 93. Irenic. *l.* 3. *Exeges. Germ. c.* 27. *pag. m.* 68. Vt significetur, Imperatorem nostrum esse Dominum trium mundi partium. Dominatur enim Asiæ *l. ult. C. de temp. appell.* Aphricæ *l.* 1. *de off. præf. Prætor. Aphric.* Europę; Francisc. Zolanet. *de Rom. Imp. n.* 248.

In Coronatione Germanica considerandа sequentia. 1. ubi fiat 2. à quo. 3. quo modo fiat. 4. quęnâ sit hujus coronæ materia. 5. quid deniq; electo Imperatori hæc tribuat. 1. Locum ubi coronatio hæc perficienda, certum & determinatum habemus in A. B. *c.* 28. §. 5. *Ordnung deß Regiments zu Wormbs auffgerichtet, Anno* 1521. *in pr.* Civitatem scilicet Aquisgranensem, quâ cum Carolus ille Magnus unice delectaretur, ibidem quoque filius ejusdem Ludovicus pius inaugurari voluit, quod ab aliis deinceps Imperatoribus religiose observatum est, usque ad Carolum V. Guicciardinus *in descript. Belgii p. mihi* 313. Hartmannus Maurus quidem, qui literis consignavit coronationẽ Caroli V. *non procul*

proculà principio scribit, licere Archiepiscopo Coloniensi, ex privilegio Ruperti Imperatoris, quocunq; loco suæ provinciæ, suo arbitratu coronationi locũ præfinire, vide Goldast. *part. 3. polit. Imperi. discursu 3. pag. 265.* sed quantum huic privilegio & fidei, & observantiæ detulerit Carolus V. patet ex eodem ejusdem authoris discursu, apud Goldast. *d. loco. p. 266.* ubi subnectit: Carolum admonitũ de peste Aquisgrani nonnihil grassante, per Consiliarium suum respondisse: Se antiqui moris respectum habere, constanterque decrevisse, nullibi, nisi in antiqua Carolorum sede regni diadema assumere: Non consultum esse, ob levem momentaneamque causam ritum coronandi priscum, adversus præscriptum Aureæ Bullæ novare. Illud negari non potest, hæc postea non tam exactè & ad amussim semper usurpata. Ita enim Gothard. Arthus. *in descriptione Coronationis Matthiæ I.* apud Gold. *part. 1. polit. Imp. disc. 14. p. 774.* refert; Nõ obstante Aurea Bulla, ejusq; expressa decisione, inter Regem & Septemviros convenisse, ut certis de causis Coronatio Imperatoria, non Aquisgrani, sed Francofurti fieret; cũ præsertim & ex historiis notum esset, actum coronationis non semper Aquisgrani, sed aliis etiam locis, puta Francofurti,

Anno

Anno 1575. celebratū fuisse: Atq; ita re-
vera est, ut exempla Ferdinandi I. & II.
Maximil. II. & Matthiæ I. qui omnes
Francofurdi coronam susceperunt: nec
nō Rudolphi II. qui Ratisbonæ corona-
tus, judicāt. Imo & seculis prioribus Ca-
rolus IV. nec nō Rupertus Dux Bavariæ,
non Aquisgrani, sed Bonnæ prope Colo-
niā Agrippinæ, coronatos scribit Canin.
part. 1. disc. ad A. B. p. 71. 2. Olim hanc
coronationem ad certum aliquem ex E-
lectoribus haut pertinuisse probabile est,
postea vero jus eandem peragendi ad
Moguntinum, tempore Otthonis I. per-
venisse, apudque enndem permansisse
usque ad Conradum II. inclusive, ex au-
thoribus probatissimis constat. Vide
Wittichind. *l. 2. de reb. gest. Saxon. in pr.*
Otton. Frising. *l. 8. c. 19.* Deinde vero
Henrico III. per Pelegrinum Archiepi-
scopum Coloniensem coronato. Crantz.
l. 3. metrop. c. 10. Simulque ejus filiō per
Hermannum Coloniensem, Lambert.
Schaffnaburg. in Anno 1054. tum quia
major claritas in Coloniensi, quam Mo-
guntino, tum quia consecratio Aquis-
grani, intra ipsius diœcesin celebranda:
Ratio hæc posterior tam prægnans &
efficax subsequentibus seculis visa fuit, ut
jus hoc coronandi penes Coloniensem
immutabiliter deinceps permanserit, Cis-
nerus

nerus *in fin. Orat. de Otton.III.* non tantum Aquisgrani, velut in diœcesi sua, verum etiam in aliis urbibus Imperii, ubi coronationes institui contigit: Matenesius *lib.3. de elect. Ferd.II.p.98.* Et idem Coloniensi majoris certitudinis gratia à Carolo IV. in *A.B.c.4,§.3.* confirmatum fuerit. Quod vero in coronatione Imperatoris Matthiæ I. officium consecratoris Moguntinum obtinuisse refert Gothard. Arthus. *supra cit. l. p.175.* Id non locus coronationis effecit, ut arbitratur Arum. *dis.3. ad A.B.th.17.p.137.* Sed inhabilitas Coloniensis, qui nondum Pallium à Pontifice redemtum tenebat, sine quo ea quæ sunt ordinis, ut unctio & consecratio, non possunt ab Archiepiscopis peragi. Bertrachin. *in tr. de Episcop.c. fin.tit.13.* Petrus Gregor. Tholo. *l.11. Syntag. Juris c.11.* III. Ad essentialia hujus Coronationis (relictis aliis Ceremoniis hîc adhiberi solitis, quæ tamen facili negotio peti possunt ex Gold. *Polit. Imperial.*) refero 1. Vnctionem. Vngitur autem Imperator, ut demonstretur, eum validum & industrium in suo opere esse debere, & tamen simul levem, atq; adeo contra frigus & venena, id est omnem externam vim munitum. Flacc. *part.1.clau.script.p.779.* Antiquissimum vero esse hunc unctionis ritum, perspice-

re licet

re licet ex Sacrarũ literarum codice, quo Regiæ consecrationis, & sacerdotalis Electionis signum habitus fuit. Sicut Saul à Samuele 1. *Reg.* 9. David à viris Iudæ. 2. *Reg.* 2. Salomon à Nathane 3. *Reg.* 1. Reges inuncti fuere. Anãnisis juris, quod olim in approbandis Pontificibus Imper. habuerunt. *pag.* 38. Sigon. *lib.* 7. *de Repub. Hebraor. c.* 3. *p.* 388. 2. Insignium traditionem. Quorum sunt quinque. 1. Corona clausa, quã Imperialem vocant, ad differentiã apertæ, quæ Regalis appellatur. Vide Carol. Pasch. *l.* 9. *de coron. c.* 18. apud Goldast. *in Polit. imp. part.* 3. *disc.* 1. Phil. Moreaux. Tabul. armor. Galliæ *cap.* 6. *pag.* 288. Licet vero hæc corona clausa proprie soli Imperatori, unde & Imperialis vocatur conveniat, nihilominus tamen eandem & alii quoque usurparunt, & adhuc hodie usurpant, non solum capiti impositam, portando, verum etiam insigniis adjiciendo. 2. *Gladius*, index justitiæ & insigne superioris potestatis, ad quam significandam gladio cingebantur, qui ea præditi *Rom.* 13. *vers.* 4. Camerar. *cent.* 1. *hor. succis. c.* 76. *part.* 346. De hoc ita scribit Viterbiens. *part.* 19. *Chron.*

Iudicij signum gladius monstrare videtur,
Quo malefactorũ feritas cessare jubetur,
Vt latro frustretur, Rex tenet arma secum.

Præcipitur gladius vibratus semper haberi
Puniat ut subito, potuit quod culpa mereri:
Nam si tardus erit, pax viduata perit.

3. *Sceptrum*, antiquissimum apud omnes gentes Regiæ dignitatis signum: Marq. Freh. *ad Petrum de Andlo. lib.* 2. *c.* 8. sed diversæ forsitan significationis. Nam belli Troiani tempore; putat Trogus, ut in compendio Iustin. *lib.* 43. legimus, Sceptra Regum hastas fuisse. Ita enim ille: per ea adhuc tempora Reges hastas pro diademate habebant, quas Græci sceptra dixere. Nam ab origine rerum, pro diis immortalibus veteres hastas coluere: ob ejus religionis memoriam, adhuc eorum simulacris hastæ adduntur. Vide Adr. Turneb. *lib.* 22. *adversar. c.* 12. *p. m.* 778. apud Ægyptios verò, in usu fuit Sceptris Regiis, Ruchophum avem, quam nos Ciconiam vocamus, subjecto Hippodamo superimponere, significantes pietatem impietatem, clementiam inclementiam debere supprimere, Cœlius Calcag. *in orat. pro Alphonso Duce Ferrar. p. m.* 532. Tralatitium enim est, Ciconiam summæ pietatis, Hippodamum verò violentissimũ animal esse, Alex. ab Alex. *l.* 1. *genial. dier. c.* 28. Galliæ reges duplici potissimum sceptro utuntur, quorum unum

 lilia

lilia in summitate profert, ad insignia regia spectans: alterum duobus cum pollice digitis erectis fidei signum exhibens: ni fallor, Gallis vocatur *La main de justice* manus justitiæ. Hoc postremum, cum inter cætera ornamenta regia, Carolo IV. Imperatori, per Gallias eunti, in fano S. Dionysii propter regia ornamenta nobilissimo, monstraretur (ubi & nos coronas & ornamenta regia paucos ante annos vidimus) affirmareturque eam manum ex unicornu factam, subjecit Imperator: Non potuisse ex aptiori materia manum justitiæ effingi, quæ pura, omnisque veneni exors esse debet. Claud. Fauchet. *in Annal. Gall. Anno* 1337. De nostro ita scribit Viterb. *d. part.* 19.

In manibus regum dum regia Sceptra tenentur.
Tunc quasi per virgam, compescere cuncta videntur:
Pœnaque præstatur, quæ ratione datur.

4. *Pomum aureum*, cui crux superimposita. Hoc jam olim ipse Iustin. Imperator usus est, ut ex *Procopio* patet, qui in Palatio Constantinopolitano huic erectam fuisse statuam refert, sphæram sive orbem gestantem, cum cruce infixa, ut significaretur, auspiciis divinis

eum esse Dominum mundi. Marq. Freh. *ad Petr. de Andl. l. 2. c. 6.* Tholosan. *de Republ. lib. 6. c. 18. n. 14.* Quod quomodo intelligendum sit, paulò post videbimus, interea in præsentiarum ex Godofr. Viterb. d. p. 19. subjicientes:

Aureus ille globus, pomum vel palla vocatur,
Vnde figuratum mundū gestare putatur,
Quando coronatur palla ferenda datur.
Significat mundum forma perhibere rotundum:
Intus habet plenum terrestri pondere fundum,
Quem tenet arcanum palla ferenda manu

Et paulò post:

Crux superest pomo, cælo super insita dono,
Suscipe corde bono, Rex quæ tibi mystica promo.
Teque sedente throno prospice quid sit homo.
Crux & palla simul pariter connexa tenentur,
Hac magis, illa minus per te reverenda videntur,
Hæc ferit, hoc sonat, hæc perit, illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere regna,
Significata crucis tibi sint reverenter habenda,
Servulus esto Dei, qui tria Sceptra regit.

5. Amictus, qui Norimbergæ summa

eum esse Dominum mundi. Marq. Freh. *ad Petr. de Andl. l. 2. c. 6.* Tholosan. *de Republ. lib. 6. c. 18. n. 14.* Quod quomodo intelligendum sit, paulò post videbimus, interea in præsentiarum ex Godofr. Viterb. *d. p. 19.* subjicientes:

Aureus ille globus, pomum vel palla vocatur,
Vnde figuratum mundū gestare putatur,
Quando coronatur palla ferenda datur.
Significat mundum forma perhibere rotundum:
Intus habet plenum terrestri pondere fundum,
Quem tenet arcanum palla ferenda manu

Et paulò post:

Crux superest pomo, cœlo super insita dono,
Suscipe corde bono, Rex quæ tibi mystica promo.
Teque sedente throno prospice quid sit homo.
Crux & palla simul pariter connexa tenentur,
Hac magis, illa minus per te reverenda videntur,
Hæc ferit, hoc sonat, hæc perit, illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere regna,
Significata crucis tibi sint reverenter habenda,
Servulus esto Dei, qui tria Sceptra regit.

5. Amictus, qui Norimbergæ summa

cum Magistratus diligentia ac veneratione, ab aliquot annis retrò in hunc usque diem asservatur, vide Hartm. Maur. *de Coronat. Caroli V.* apud Goldast. *in Polit. Imperial. p. 3. discurs. 3. pag.* 171. III. Iuramenti præstationem duplicem: 1. dum ante unctionem & coronationem à Coloniensi rogatus: an velit fidem Catholicam operibus justis servare: Ecclesiarum tutor & defensor existere: regnum secundum justitiam defendere: jura regni dispersa congregare: viduarum miserabiliumq; personarum pius defensor & judex esse: Romano Pontifici debitam subjectionem exhibere? Respondet, Sic volo, & in quantum divino fultus fuero adjutorio, precibusque Christianorum fidelium adjutus valuero, omnia promissa fideliter adimplebo, sic me Deus adjuvet & sancti ejus. Maur. *dict. loc.* 2. Dum expleta coronatione, in hanc ferè sententiam sacramentum præstat: Profiteor & promitto coram Deo & Angelis ejus, Leges servare: justitiam facere: jura regni conservare: debitumque honorem Romano aliisque Pontificibus atque Vasallis exhibere: donata Ecclesiis conservare, Christo servire præstanti auxilium, fortitudinem, Hartm. Maur. *d. l. pag.* 272. IV. De materia Coronæ hujus Germanicæ nugæ & fictiones complures variorū extant

extant Scriptorū. Nonnulli eam ferream dicunt, ad designandam fortitudinem, & ferream contra rebelles & infideles severitatem. Chassan. in *Catalog. glor. mund. part. 5. consid.* 27. *pag.* 141. Hugo *de off. 4. prælat. part. 4. Rubr. in quibus consistat imperium Romanum. num.* 2. Schonb. l. 5. *Polit. cap. 9. pag.* 420. Scheidw. *ad proœm. Inst.* 6. Moreau. *supra citat. tr. c. 6. p.* 236. Nonnulli argenteam Onuph. Panvinius *de comit. imp. c.* 11. apud Goldast. *in polit. Imp. part. 1. disc. 1. pag.* 34. Florimond. de Remond. *de anti-Christo c. 9. n.* 9. Nonnulli deniq; auream, rectius & verius cæteris. Corona enim Caroli Magni, quam Aquisgrani accipere debet Rex Romanorum, in Imperatorem promovendus, non est ferrea nec argentea, ut vulgus falsò autumat, &, quod magis pudendum, passim in Iuris Professorum commentariis reperitur, sed ex puro puto auro fabrefacta, sic tamen, ut in ea veterum laudabilis parcitas satis eluceat, Hart. Maur. de *Coronatione Caroli V.* apud Goldast. *d. tract. part. 3. disc. 3. p.* 271. Qui præter testes oculares, qualis est Hieronym. Balbus de *coronat. c.* 21. apud Goldast. *d. p. dis. 2. p.* 260. subscribunt Marq. Freh. *in not. ad Petr. de Andl. l. 2. de Rom. Imp. c.* 6. Orland. Malavol. *in Hist. Senensi l. 3. p. 1. parc.* 20.

V. Coro-

extant Scriptorũ. Nonnulli eam ferream dicunt, ad designandam fortitudinem, & ferream contra rebelles & infideles severitatem. Chassan. *in Catalog. glor. mund. part.* 5. *consid.* 27. *pag.* 141. Hugo *de off.* 4. *prælat. part.* 4. *Rubr. in quibus consistat imperium Romanum. num.* 2. Schonb. *l.* 5. *Polit. cap.* 9. *pag.* 420. Scheidw. *ad proœm. Inst.* 6. Moreau. *supra citat. tr. c.* 6. *p.* 236. Nonnulli argenteam Onuph. Panvinius *de comit. imp. c.* 11. apud Goldast. *in polit. Imp. part.* 1. *disc.* 1. *pag.* 34. Florimond. de Remond. *de anti-Christo c.* 9. *n.* 9. Nonnulli deniq; auream, rectius & verius cœteris. Corona enim Caroli Magni, quam Aquisgrani accipere debet Rex Romanorum, in Imperatorem promovendus, non est ferrea nec argentea, ut vulgus falsò autumat, &, quod magis pudendum, passim in Iuris Professorum commentariis reperitur, sed ex puro puto auro fabrefacta, sic tamen, ut in ea veterum laudabilis parcitas satis eluceat, Hart. Maur. de *Coronatione Caroli V.* apud Goldast. *d. tract. part.* 3. *disc.* 3. *p.* 271. Cui præter testes oculares, qualis est Hieronym. Balbus de *coronat. c.* 21. apud Goldast. *d. p. disc.* 2. *p.* 260. subscribunt Marq. Freh. *in not. ad Petr. de Andl. l.* 2. *de Rom. Imp. c.* 6. Orland. Malavol. *in Hist. Senensi l.* 3. *p.* 1. *pare.* 20.

V. Coronatio hæc, utpote ad solennitatem potius extrinsecam pertinens, magis honoris & celebritatis causa peragitur, quam necessitatis essentialis, Vnde ea electio & commissio imperii quasi renovatur, ad autoritatem electo stabiliendam & personam ejus omnibus & singulis notam faciendam; nihil verò novi eadē tribuitur. Hieron. Balb. *c.* 20. *p.* 259. Bort. *in Typ. Iurisp. Publ. c.* 2. *th.* 38.

Secundæ coronationis consideratio, quam Lombardicam vocari diximus, his ferè absolvitur capitibus. 1. Vbi peragatur? 2. Quomodo, & à quo fiat? 3. Quæ hujus Coronæ materia. 4. Quid tribuat? 5. Quis ejus primus auctor vel conditor? 1. Olim hæc fiebat in Lombardia, Provincia Italiæ fortissima, amœnissimaque, Modetiæ, vel Modoëtiæ, in Basilica S. Ioannis, villa diœcesis Mediolanensis: quandoque Mediolani in Ecclesia S. Ambrosii, ita Sigismundus Imperator apud Goldast. *tom* 3. *constit. Imperial. p.* 437. Chasl. *d. l.* & Onuph. Panvin. *d. l.* Quandoque Alexandriæ, quæ Statiliensium Ligurum civitas. Alciat. *de form. Rom. Imp. p. m.* 115. Postea verò voluntate Pontificis summi, vel aliis de causis, mutato hoc loco, Fridericus III. coronam Lombardicā, Romæ, Onuph. Panvin. *d. l.* Carolus V. Bononię suscepit.

Ioy.

Jov. *d. l.* Illud præterea notabile est quod legimus, Conradum I. Mediolani diadema Regium accepisse, & nihilominus Modoëtiæ iterum se coronari veteri renovata consuetudine, petiisse, vid. Sigon. *lib.* 8. *de regno. Ital. p.* 193. videlicet & aliorum hæc opinio est, Imperatorem in Italia triplicem suscepisse coronam. Cæsar, inquit Ant. Thylesius *lib. de coronis. p.* 124. tribus insignibus coronis, quarum primam è paleis contextam flaventibus, apud Alexandriam Cisalpinæ Galliæ urbem, velut populis significans se frugum ubertatem illaturum, accipit. Riget altera è ferro conflata, virtutem ejusdem arguens ac justitiam: eam Mogontia, quam Modoëtiam nunc dicunt, Insubriæ oppidum celeberrimum, gaudet Cæsari dono dare. Ex auro cælata effulget tertia, nil nisi sincerum promittens, opulentum ac magnificum: eaque idem ornatur Imperator Romæ, Pontificis optimi maximiq; manibus.

1. Impositio ejusdem peragebatur ab Archiepiscopo Mediolanensi, ut & cætera ad actum hunc pertinentia, quę Sigon. *d. l.* 7. *de Regno Ital. p.* 176. ita delineat. Rebus inde in Germania (loquitur de Ottone Magno scil.) per solennes conventus compositis, ad regnum Italiæ, quod

post hæc tempora cum regno Germania junctũ fuit, suscipiendum veniebat. Vbi v. venturus erat, nuncios præmittebat, more jam dum à Francis instituto, qui civitatib. adventurum regem nunciarent, ac sacramenta repeterent, & fodra exigerent (fodrum est annona militaris in re frumentaria: Choppin. *de doman. Galliæ l.2. tit. 14. n.3. pag. 359. & l.1. tit.13. n.18. p. 177.*) aliaq; advenienti Regi debita officia indicerent. Italiam verò ingressus recta Mediolanũ adibat. Ibi verò, condicto die, in Ambrosianam ædẽ procedens, Archiepiscopo rem divinam facienti, Regiis depositis vestibus, ac subdiaconi sumptis, ministrabat, (existimant nonnulli per *c. Valentinianus in f. dist. 63.* Imperatorem debere ordinem subdiaconatus habere: Sed non est ita, inquit Wilhelm. Durand. l. 2. *ration. Divin. offic. c. 8. p. 105.* Gerit tamen illud officium, quoniam in die ordinationis suæ, receptus primum in Canonicum à Canonicis S. Petri, ministrat D. Papæ in Missa, in officio subdiaconatus, parando calicem & hujusmodi facienda) Qua re ritè perfecta Archiepiscopus sacro ipsum oleo inungebat (quod notandum contra Bort. *d. c. 2. th. 44. lit.* C. & Vische. *in discurs. de Electione Regis & Imp. Romanor. concl. 34. n. 190.* ubi confidenter scribit,

scribit, Cæsarem hîc non inungi) atque ad reliqua insignia ferream ei coronam imponebat, ipsum solenni adigens sacramento, se Italiæ jura in perpetuum pro viribus tutaturum. Tum verò omnes Magistratus atque dignitates vacabant in civitatibus. Rex autem adhibito Coloniensi Archiepiscopo, qui Regni Italiæ Cancellarius erat, & L L. scitis & ICtorum judicio de rebus omnibus cognoscebat. 3. Sunt, qui coronam hanc argenteam arbitrantur, ad designandam puritatem & claritatem, quæ in Principe requiritur. Chassan. & Schonb. *d. d. ll.* Sed malè. Est enim ferrea (qua significatur, Romano Imperio firmitatem ferro & militaribus copiis comparari. Iov. *d. lib.* 27. *pag.* 237.) vel ideo ferrea, quoniam Romanum Regnum ferri figura, ut apud mysticum istum vatem Danielem præmonstratum est, ostenditur, Alciat. *de form. Rom. Imp. p. m.* 116. vel ut demonstret Majestatem oneri conjunctam: non quidem tota, sed sine florentibus pinnis in simplicem & latum orbem circumducta, ferro introrsus tempora præcingéte, exterius auro & gemmis exornata: Iovius *d. l.* Alciatus *d. l. p.* 106. Sigon. & Florimund. de Remond. *cit. ll.* Majol. *t.* 2. *dier. canicul. colloq.* 6. *pag.* 273. Vbi tamen putat, eam ferream dici, cum

laminam quandam ferream habeat in summitate, alioquin aurea. Mediolanenses, contemptus causa, has coronas paleas appellarunt. Alciatus *d.l. p.* 115. unde eorum natus sine dubio mihi videtur error, qui hanc coronam è paleis contextam flaventibus scripserunt: Crametrus. *lib.3. de reb. Tolon. p.* 37. Ant. Thylesius *lib. de coron. p.* 124. 4. Declaratur hac coronatione Rex Italiæ. Sigon. *d. l.* vel Lombardiæ. Nam ut scribit Fauchet *in antiquit. & historiis Galliæ. c.* 16. 480. hoc facit ut existimem, Regnum Lombardiæ fuisse separatum à regno Italiæ; alias enim coronatio, quæ à Pontifice peragitur, esset superflua. Quod verò ex Ottone Frisingensi, refert Maiol. *d. loc.* Fridericum I. quinque coronis aureis fuisse decoratum, 1. de regno Francorum, 2. de regno Germanico, 3. de regno Lombardico, 4. pro Romano imperio, 5. pro regno Italiæ: aliò trahit Moreau. *d. tr. c.* 6. *p.* 236. inquiens, Imperator Fridericus portabat quinque coronas: Tres tanquam Imperator, & reliquas propter Daniam & Bohemiam, quas ipse regni titulo condecoraverat. 5. De authore hujus coronæ ferreæ & totius actus variant authores. Ego inter eos haut Oedipus ero aut Palæmon. Instituisse morem, volunt quidam, Ostrogothorum

thorum Regem Theodericum, Odivatre ad Veronam devictum. Pighius *in Hercule prodico pag.* 226. Mediolanenses produnt annales, Insubriæ archipræsulem eo jure à Pontifice Gregorio decoratum, ut vacante Italiæ regno, ipse post quatuordecim dies provinciæ suæ Pontificum advocaret consilium, atque ex eorum sententia Regem constitueret, quem & ferrea corona ex Theodelindæ Longobardorũ Reginæ præscripto Modoëtię redimiret: Choppin. *de Sacr. polit. forens. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 11. Claud. verò Fauchet *d. l.* contendit, Carolum M. post acquisitionem regni Lombardici, ordinasse, ut corona ferrea susciperetur. Aliter Orland. Malevolt. qui in *hist. Senensi d. l.* 3. *part.* 1. *p.* 20. ita scribit: Cum Henricus I. Mediolani esset coronatus introduxit istam ceremoniam, quam postmodum Electi Imperatores observarunt, ut statim post introitum in Italiam, coronã ferream Mediolani susciperent, aut Ticini, aut Modoetiæ. Onuph. Pamvin. *sup. cit. loc. p.* 34. credit, ante Friderici tempora hanc coronam ferream in usu haud fuisse, postq; huius obitum demum, eandem introductam, Heinricumque VII. primum ea ratione Mediolani coronatum.

Tertia Coronatio Romana, quæ taci-

to

to pede prætereunda haut est, propter Pontificios, qui in eadem multum autoritatis & necessitatis reponunt. In ea ergò considerabimus 1. ubi fiat 2. à quo, quomodo, & qua corona fiat? 3. Quid tribuat danti & accipienti?

1. Hæc quidem Romæ fieri debet ad Altare in Ecclesia S. Petri, sed non necessariò. Nam quandoq; justis de causis, ex arbitrio Pontificis, alibi quoq; peragi, sine nullitatis vitio, posse, autor est Bald. *d. tr. de coronat. c. 21.* apud Goldast. *Polit. Imperial. part. 3. p. 260.* secutus Innocentium *in cap. venerabilem. extr. de electione.* Bald. & Albericus *in l. Benè à Zenone. C. de quadrienn. præscript.* Cum hic locus non sit de substantia, seu de forma actus; sed modus tantum *c. fin. extr. de restit. spoliat.* idque & praxis ipsa confirmat: Nam Carolus V. coronam hanc auream; de manu Pontificis, una cum sceptro aureo, nudato ense & pomo aureo, Bononiæ accepit, Iovius *d. l. 27. p. 242. R. A. zu Augspurg de Anno 1530. in pr.* Et monet Caninius *d. disc. ad A. B. pag. 72.* nonnullos affirmare, Maximilianum I. bulla à Pontifice sibi Tridentum transmissa; in vicem coronationis, pro coronato habitum fuisse. Guicciardinus autem refert, eundem Maximilianum instantissimis precibus à Pontifice petiisse,

petiisse, ut in Germania legato misso coronaretur. Utrum fuerit, aliunde mihi non constat, uti nec Canin. qui *d. disc. pag. 76.* hoc adiicit, Ludovicum pium à Pontifice Stephano IV. Rhemis coronam Imperialem suscepisse II. Quomodo peragatur hæc coronatio, peti potest ex Hugon. *de off. 4. prælat. part. 4. Rubr. num. 3.* Majol. *d. l.* Qui ea transcripsit ex lib. ceremon. sacræ Rom. Ecclesiæ. Sed cum illi prolixi nimis sint, melius ea deduci poterunt ex descriptione coronationis Caroli V. apud Goldast. *part. 4. polit. Imp. dis. 5. pag. 329. & dis. 7. p. 335. ac ex Iov. d. pag. 242.* Plane coronam quod concernit, Tiara potius nominanda illa aurea est, bicipiti fastigio, multisque adamantibus insignis: Iovius *d. lib.* ut demonstretur, ut aurum reliquis metallis, ita Imperatorem Regibus reliquis præcellentiorem. Peragit hanc coronationem Pontifex, vel immediatè, vel mediatè, per Cardinales legatos, ita Carolus IV. coronatus fuit à Petro Cardinale Hostiensi, & à Cardinale S. Clementis, qui eum in finem Romam missi, ab Innocentio VI. degente Avenioni. Idem factum Henrico VII. sub Clemente V. Canin. *d. l. pag. 72.* III. Coronatio Romana, ex voto & sententia Pontificio-

petiisse, ut in Germania legato misso coronaretur. Vtrum fuerit, aliunde mihi non constat, uti nec Canin. qui *d. disc. pag.* 76. hoc adiicit, Ludovicum pium à Pontifice Stephano IV. Rheniis coronam Imperialem suscepisse II. Quomodo peragatur hæc coronatio, peti potest ex Hugon. *de off.* 4. *prælat. part.* 4. *Rubr.* in quibus consistat Romanum imperium *num.* 3. Majol. *d. l.* Qui ea transcripsit ex lib. ceremon. sacræ Rom. Ecclesiæ. Sed cum illi prolixi nimis sint, melius ea deduci poterunt ex descriptione coronationis Caroli V. apud Goldast. *part.* 4. *polit. Imp. disc.* 6. *pag.* 329. & *disc.* 7. *p.* 335. *ac ex Iov. d. pag.* 242. Planè coronam quod concernit, Tiara potius nominanda illa aurea est, bicipiti fastigio, multisque adamantibus insignis: Iovius *d. lib.* ut demonstretur, ut aurum reliquis metallis, ita Imperatorem Regibus reliquis præcellentiorem. Peragit hanc coronationem Pontifex, vel immediatè, vel mediatè, per Cardinales legatos, ita Carolus IV. coronatus fuit à Petro Cardinale Hostiensi, & à Cardinale S. Clementis, qui eum in finem Romam missi, ab Innocentio VI. degente Avenioni. Idem factum Henrico VII. sub Clemente V. Canin. *d. l. pag.* 72. III. Coronatio Romana, ex voto & sententia Pontificio-

ficiorum, coronato tribuit I. Nomen
Imperatoris. Ante eam vocatur electus,
Caspar. Ens. *in Thesaur. polit. part. 3. apo-*
telesm. ult. p. 560. vel Rex Romanorum
d.c. venerabilem extra de Elect. Non verò
Imperator, nisi largo modo. Ruin. *vol. 2.*
cons. 161. n. 36. quod cõprobat *Schvva-*
ben spiegel l. 1. c. 18. ibi: *die Teutschen kie-*
sen den Konig, das ervvarb jhnen Konig
Carle, als das Buch saget. Wan er gevvei-
het vvurd, vnd auff den Stul zu Aach
gesetzt vvord, mit derer vvillen, die jhn
ervvehlet haben; so hat er Koniglichen Ge-
vvalt vnd Namẽ; vnd vvan jhn der Bapst
gevveihet hat, so hat er volliglichen dess
Reichts gevvalt. Ex electioné VII. Prin-
cipũ, qui Germaniæ corpus referunt, qui
electus est, jus habet imperãdi Germanis
secundum eorum mores: ex approbatio-
ne verò populi Romani (quæ per Epi-
scopum edicitur) fit idem Rex, aut Im-
perator Romanus, aut ut historici sæpè
loquuntur, Rex Regni Italiæ: Hugo Gro-
tius *lib. 2. de jure belli. c. 9. n. 11. pag. 235.*
II. Nomen Augusti. Sigon. *d. lib. 7. Reg.*
Ital. p. m. 177. III. Administrationem
Imperii, & Dominium Orbis. Oldrad.
cons. 180. Salicet. *in d. lib. benè à Zenone.*
Felinus *in c. eam de. n. 2. extr. de rescript.*
Chassãn. *part. 5. catalogi glor. mundi con-*
sid. 29. p. 148. IV. Ius utendi Bulla aurea

Clem.

Clem. Roman. in fin. de jurejur. Canin. *in*
discurs. ad A.B. p. 61. Lancell. *in Templ.*
omn. judic. c. 1. §. 1. quæst. 3. lib. 1. V. An-
te Imperatorem, qui jam est Imperalibus
infulis decoratus, in Imperiali curia por-
tari debet Aquisgranensis, & Mediola-
nensis corona ante alium non infulatum
non æquè. *A.B. c. 26. § 4.*

POTESTAS IMPERATORIS.

QVi jura civilia tractant, multa de su-
premi Principis potestate consignãt;
quæ ab aliis indistinctim puerili lapsu Im-
peratori nostro attribuuntur. Quasi ve-
rò nostri Status leges fundamentales, de
quibus suo dictum loco, multis in articu-
lis potestati Imperatoriæ arctiores non
præscripsissent fines, nec alios, ab anti-
quis differentes, posuissent terminos.
Plane multa ex illis, quæ olim ejus arbi-
trio relicta, hodie non nisi assensu & ap-
probatione Statuum conficere potis est.
Quæ omnia, si quis lectioni capitulatio-
num assiduus inhæreat, & quid Docto-
res de juribus majestatis ac Regalibus
conscripserunt, evolvat, privato facilè
cognoscet Marte. Mihi impræsentiarum
nonnulla, præter superiora, alia potesta-
tis Imperialis, axiomata consignare ani-
mus est, atque ea potissimum, quæ ad-

huc

Clem. Roman. in fin. de jurejur. Canin. *in discurs. ad A.B.p.* 61. Lancell. *in Templ. omn. judic. c.* 1. §. 1. *quæst.* 3. *lib.* 1. V. Ante Imperatorem, qui jam est Imperalibus infulis decoratus, in Imperiali curia portari debet Aquisgranensis, & Mediolanensis corona ante alium non infulatum non æquè. *A.B.c.* 26. § 4.

POTESTAS IMPERATORIS.

QVi jura civilia tractant, multa de supremi Principis potestate consignãt; quę ab aliis indistinctim puerili lapsu Imperatori nostro attribuuntur. Quasi verò nostri Status leges fundamentales, de quibus suo dictum loco, multis in articulis potestati Imperatoriæ arctiores non præscripsissent fines, nec alios, ab antiquis differentes, posuissent terminos. Plane multa ex illis, quæ olim ejus arbitrio relicta, hodie non nisi assensu & approbatione Statuum conficere potis est. Quæ omnia, si quis lectioni capitulationum assiduus inhæreat, & quid Doctores de juribus majestatis ac Regalibus conscripserunt, evolvat, privato facilè cognoscet Marte. Mihi impræsentiarum nonnulla, præter superiora, alia potestatis Imperialis, axiomata consignare animus est, atque ea potissimum, quæ adhuc

huc paulullum controversa, aut aliàs splé-
dore suo illustriora merentur omnium
aspectum. Horum in censum refero I. Ius
primariarum precum. Hoc quid & quale sit, optimè explicat Carolus IV. in rescripto de primariis precibus, apud Goldast. *tom. 1. constit. Imper. p.* 343. ubi ait: Imperator habet jure & approbata consuetudine, à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædecessoribus hactenus observata, potestatem ex coronationis suæ solennis ad Romanorum regnum impletione, in quolibet monasterio in Imperio constituto unam tantùm virtute primarú precum, ad beneficium Ecclesiasticum promovendi personam. II. Collationem gradualium dignitatum. Creat enim Imperator Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Equites, Nobiles, Comites Palatinos, Doctores &c. Sic nempe de fulgore throni Cæsarei, velut ex Sole radii, ita cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas, minorati luminis non sentiat detrimentú; ut verbis utar Friderici II. in formula de jure ac privilegio Regis in Imperio apud Goldast. *tom. un. constit. Imperial. p.* 305. Plane ut antiquitus, Imperium Romanum Reges dabat Iudæis, Syris, Parthis, Albanis, Colchis, Iberis & aliis: ita posteaquam ad Germanos illud

est

est devolutum, eadem reverentia mansit, ut Impp. nostri, Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ, & Sueciæ Principes, regalibus dignitatibus decoraverint. M. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo. lib. 2. c. 8.* de Imper. Roman. De Bohemiæ dignitate Regali varia apud Goldastum extant diplomata, ut non sine ratione dubitare liceat, cui ejus originem adscribere conveniat. Henricus IV. Anno. 1086. Vratislaum Regem Bohemiæ, creasse Regem Bohemiæ, innuitur apud Goldast. *t. 2. Reichssatz. pag.* 9. Idem tribuitur Philippo Imperatori *d. tom.* 2. p. 14. nec non Friderico I. *d. tom. pag.* 13. Sed fortassis haud ineptè dicemus cum *authore apotelesf. 6. lib. 1. thesauri politici* Casparis Ens *pag.* 151. Henricum IV. Ladislaum Moguntiæ dignitate Regia ornasse. Hujus verò posteros, modestia aliqua, aliquandiu illo abstinuisse titulo: Eaque ex causa Ladislaum 25. Ducem, à Friderico I. Regem creatum. Tandem vero eandem dignitatem Primislao, à Philippo Imper. tributam, vel potius confirmatam. Ottho III. Poloniæ Ducem Poleslaum, Regem creavit. Cramer *lib. 3. hist. Polon.* Fridericus I. transmissis corona & gladio Petrum Daniæ Regem salutavit: Choppin. *de Doman. Franciæ lib. 3. tit. 26. num. 5. pag.* 665. Imperialia testan-

tur

est devolutum, eadem reverentia mansit, ut Impp. nostri, Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ, & Sueciæ Principes, regalibus dignitatibus decoraverint. M. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo. lib.* 2. *c.*8. de Imper. Roman. De Bohemi dignitate Regali varia apud Goldastum extant diplomata, ut non sine ratione dubitare liceat, cui ejus originem adscribere conveniat. Henricus IV. Anno. 1086. Vratislaum Regem Bohemiæ, creasse Regem Bohemiæ, innuitur apud Goldast. *t.* 2. *Reichssatz. pag.*9. Idem tribuitur Philippo Imperatori *d. tom.* 2. *p.* 14. nec non Friderico I. *d. tom. pag.* 13. Sed fortassis haud ineptè dicemus cum *authore apotelesf.* 6. *lib.* 1. *thesauri politici* Casparis Ens *pag.* 151. Henricum IV. Ladislaum Moguntiæ dignitate Regia ornasse. Hujus verò posteros, modestia aliqua, aliquandiu illo abstinuisse titulo: Eaque ex causa Ladislaum 25. Ducem, à Friderico I. Regem creatum. Tandem verò eandem dignitatem Primislao, à Philippo Imper. tributam, vel potius confirmatam. Otho III. Poloniæ Ducem Poleslaum, Regem creavit. Cramer *lib.* 3. *hist. Polon.* Fridericus I. transmissis corona & gladio Petrum Daniæ Regem salutavit: Choppin. *de Doman. Franciæ lib.* 3. *tit.* 26. *num.* 5. *pag.* 663. Imperialia testan-

tur diplomata, Fridericum II. de consilio Principum Ducatum Austriæ & Styriæ, cum pertinentiis effecisse Regnum, & provinciam Carniolã Ducatum: apud Goldast. *tom.* 1. *constit. Imp. pag.* 305. Petr. de Vineis *lib.* 6. *epist.* 26. Idem Fridericus consilio, assensu & assistentia Principum, civitatem Brunsvvich, & castrum Luneburg, cum omnibus castris univisse, & creavisse inde Ducatũ, Ottone de Luneburg, HeinriciLeonis nepote, instituto: *Braunschvveig.HistorischeHandel. part.* 1. *c.*2. *p.* 29. Ludovicus, Iuliacenses evexit in Marchiones, Ann. 1329. paulò pòst in Duces. Fridericus Ænobarbus Bergensem ditionem honestavit Comitatus dignitate, in gratiam Engelberti: Comitatum inde Carolus IV. extulit in Marchionatum Anno 1356. Primi autem fuere Bergenses Duces ambo Wilhelmi seriatim, & Arnoldus, à Wenceslao Cæsare constituti. Choppinus *lib.* 3. *de Doman. Franciæ tit.* 26. *n.* 3. *p.* 663. Mediolanũ, Ducatus nomine insignitum fuit à Wenceslao Anno 1390. Fridericus III. Imper. Ferrariæ Marchionem; Carolus V. Mantuanum, in Ducum ordinem cooptarũt. Quibus ętate major Sigismundus Allobrogum Comitem pari dignitate decorarat Anno 1417, ac Mantuæ Dominum, Marchionem creaverat Anno

Anno 1425. Idem *d.tr. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 20. *pag.* 48. Horum & consimilium institutio, cum ad Reipubl. augmentum & salutem spectet. *Nov.* 15. *in fin. pr.* Natta *consil.* 618. Imperatorum officium postulat, ut Imperii non negligant commodũ, sed ita honorum distribuant gradus, ne tenaces audiant, nec nimium etiam prodigi. Vtrumque enim hoc vitii est, ut illud contra, quod medium tenet, beatum. Benè autem meritis demum rectè tribuitur hoc, quicquid sublimioris est honoris, undeetiam sint oriundi. Iohannes Arundellius Anglus ob singularem virtutem in expugnando Strigonio Hungariæ, honorariis literis, ab Imperatore Rudolpho II. Comes Imperii fieri meruit, hisce verbis: Quod fortiter & strenuè se gessit in apertis prœliis, & in civitatum & castrorum oppugnationibus & spectato fortitudinis exemplo; in expugnatione oppidi Aquarici juxta Strigonium vexillum Turcis sua manu eripuit; Ipsum omnesque & singulos liberos, heredes & posteros, & descendentes legitimos utriusque sexus natos, æternaq; serie nascituros veros Sacri Imp. Comites & Comitissas creavimus, fecimus & nominavimus, tituloq; honore & dignitate Comitatus Imper. auximus & insignivimus. Lansius *de princip. Prov. Europæ pag.* 493.

 III. In-

Anno 1425. Idem *d.tr. lib.* 1. *tit.* 5.*n.*20. *pag.*48. Horum & consimilium institutio, cum ad Reipubl. augmentum & salutem spectet. *Nov.* 15. *in fin. pr.* Natta *consil.*618. Imperatorum officium postulat, ut Imperii non negligant commodũ, sed ita honorum distribuant gradus, ne tenaces audiant, nec nimium etiam prodigi. Vtrumque enim hoc vitii est, ut illud contra, quod medium tenet, beatum. Benè autem meritis demum rectè tribuitur hoc, quicquid sublimioris est honoris, unde etiam sint oriundi. Iohannes Arundellius Anglus ob singularem virtutem in expugnando Strigonio Hungariæ, honorariis literis, ab Imperatore Rudolpho II. Comes Imperii fieri meruit, hisce verbis: Quod fortiter & strenuè se gessit in apertis prœliis, & in civitatum & castrorum oppugnationibus & spectato fortitudinis exemplo; in expugnatione oppidi Aquatici juxta Strigonium vexillum Turcis sua manu eripuit; Ipsum omnesque & singulos liberos, heredes & posteros, & descendentes legitimos utriusque sexus natos, æternaq; serie nascituros veros Sacri Imp. Comites & Comitissas creavimus, fecimus & nominavimus, tituloq; honore & dignitate Comitatus Imper. auximus & insignivimus. Lansius *de princip. Prov. Europæ pag.*493.

III. Investituram & collationem feudorũ principalium, & illorum quæ *Fahnlehen* vulgariter appellantur, *A.B. Caroli IV. tit.* 5. §. 1. Constitutio Caroli V. *vom Regiment zu Wormbs Anno* 1521. §. *vnd behalten vns bevor die belehnung der Lehen vnd* Regalien *der jenigen, die sie vnter den Fahnen offentlich mit* solenniteten *pflegen zu empfahen, zuverlichen.* IV. Cognitionẽ & sententiæ dicendę potestatem *in sachẽ Furstenthumb, Hertzogthũb, Graffschafften &c. belangend, so vom Reich zu Lehen ruhren, so einem theil gantzlich vnd endlich abgesprochen vverden sollen. d. constitutionẽ.* §. *Ob auch sachen. Cammergerichts Ordnung part.* 2. *tit.* 7. id quod antea quoque à Friderico II. imperat. constitutum fuisse lego apud Goldastum *part.* 1. *der Reichssatzung f.* 21. ibi: *Der Hoffrichter soll die Leute richten, die jhn klagen von allen Leuten, ohne Fursten vnd andere hohe Leute vvo es gehet an jhr Liebe, oder an jhr Recht, oder an jhr Erb, oder an Ehre, das vvollen vvir selber richten.* Quod iisdem formalibus, unica tantum mutata vocula repetiit Albertus imper. apud Goldast. *d. l. p.* 27.

IV. Potestatem Academiis vitam & spiritum attribuendi.

V. Ius dandi facultatem condendæ civitatis,

vitatis, quam nostrates vocant *Statrecht geben* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpublic. lib.* 1. *cap.* 21. *in fin.* Talem Ludovicus IV. concessit Friderico Burggravio de Nurmberg, apud Goldast. *tom.* 1. *constit. Imperial. pag.* 330. Et in specie Ludovicus Imper. concessit Gerhardo Episcopo Spirensi potestatem, *das Dorff Vdenheim zu einer Statt zubauvven, vnd die mit Mauren vnd Graben vmbfahen vnd befestigen: Iustitia extructionis Idumea f.* 44. Quod, si verò absque hac concessione, vel etiam tacito Imperatoris consensu, Vallascus ad. l. Imp. n. 73. de jurisdiction. aliquis civitatem extruere & constituere attentaverit, ea nec jura nec nomen habebit. Innocent. in *c. cum ab Ecclesiarum. n.* 1. *de offic. jud. ordin.* Alciat. *in. l. pupillus.* §. *vobis. n.* 43. *ff. de V.S.* Ipse verò ab Imperatore id audire cogetur, quod olim à Maximiliano I. Albertus Comes Mansfeldiæ, qui prope Islebiam, vico cuidã jus Civitatis dare volens, An. 1514. Die 6. Febr. mandato inhibitorio audivit: *Wann nun dir, noch jemand anders, nicht geziemet, Statrecht, oder anders, das der Hohen Obrigkeit anhanget, ohne sondere erlaubnus außzurichten &c.* Non tantum autem Imperator civitatibus Esse, hoc est, animam largitur, sed & propensa sua clementia, aliis easdem

 exor-

vitatis, quam nostrates vocant *Statrecht geben* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpublic. lib.* 1. *cap.* 21. *in fin.* Talem Ludovicus IV. concessit Friderico Burggravio de Nurnberg, apud Goldast. *tom.* 1. *constit. Imperial. pag.* 330. Et in specie Ludovicus Imper. concessit Gerhardo Episcopo Spirensi potestatem, *das Dorff Udenheim zu einer Statt zubauwen, und die mit Mauren und Graben umbfahen und befestigen: Iustitia extructionis Idumeæ p.* 44. Quod, si verò absque hac concessione, vel etiam tacito Imperatoris consensu, Vallascus *ad. l. Imp. n.* 73. *de jurisdiction.* aliquis civitatem extruere & constituere attentaverit, ea nec jura nec nomen habebit. Innocent. *in c. cum ab Ecclesiarum. n.* 1. *de offic. jud. ordin.* Alciat. *in. l. pupillus. §. vobis. n.* 43. *ff. de V. S.* Ipse verò ab Imperatore id audire cogetur, quod olim à Maximiliano I. Albertus Comes Mansfeldiæ, qui prope Islebiam, vico cuidã jus Civitatis dare volens, An. 1514. Die 6. Febr. mandato inhibitorio audivit: *Wann nun dir, noch jemand anders, nicht geziemet, Stattrecht, oder anders, das der Hohen Obrigkeit anhanget, ohne sondere erlaubnus aufzurichten &c.* Non tantum autem Imperator civitatibus Esse, hoc est, animam largitur, sed & propensa sua clementia, aliis easdem

exornat privilegiis. Quale est inter multa alia, jus stapularum, *die Staffel gerechtigkeit*. Videatur omninò Wehner. *pract. obs. lit. S. verbo. Staffelgerechtigkeit.* De stapula quod habet Guicciardinus *in description. Belgij. pag.* 181. meretur ut mecum norint alii. Stapula, inquit ille, vox est Gallica, quam ipsi dicunt *estable*, ducta significatione à numero plurali Latini nominis stabulum. Significat autem communiter forum seu locum publicum, in urbe aliqua designatum, quo Principis authoritate & privilegio, vina, frumenta, aliæq; merces exoticæ, vendendi causa convehuntur; verbi causa; Atrebatum Arthesiæ, stapulam habet vini, ex Gallia, in illas oras, terrestri itinere convehi soliti. Quod necessum propterea, ut negotiatores prius eò conducant, & in usum empturientium, per aliquod tempus in foro venum exponāt, quàm aliò possint transferre: lapso autem hoc tempore; & persolutis Reipubl. vectigalibus, & civibus quando prospectum, vina, quocunque visum, avehunt. Middelburgum Zelandiæ, stapulam habet vinorum ex Gallia, Hispania, Lusitania, provinciis cœteris, in hanc Belgicam advehi solitorum: quare tenentur tam nautæ, quàm negotiatores, naves suas vinarias eò advehere, & vina venum expo-

exponere. Vnde porrò, vectigalibus ritè depensis, ea, quo lubitum, transportant. Privilegia stapularum Dordracensium id potissimum sanciunt, ut quicunque vel Rheno, vel Mosa conducunt aliqua vina, frumentum, materiem, aliasque id genus merces, & præter urbem hanc navigant, naves in ejus portu exonerent, persolutisque inibi debitis vectigalibus, merces in civium naves impositas, quocunq; visum est, transvehant. Nisi tamen cum publicanis aliter paciscantur. Ex quibus perspicuum evadit, quid qualeve hoc jus stapularium sit. In Imperio ad Rhenum, tres reperio civitates, quibus hoc jus *der Staffel oder Niderlage* concessum, quas appellitare consueverunt, *die drey Staffel am Rhein*, Coloniam-Agrippinam, Moguntiam, Spiram. Ad Mosellam Treverim *Hamburgischer bericht von dem Cammergerichts Vrtheil de anno.* 1519. 19. *April. n.* 6. *petit. artic.* 33. Ad Danubium itidem tres: Ratisbonam, Ingolstadium, Passavium, seu Pataviam. In Visurgi unicam, Bremam. In Albi, Magdeburgum, Hamburgum. De stapulis ad Rhenum modò enarratis scribit Lehe*man in Speyr. Chron. lib.* 4. *c.* 22. *daß sie haben die gerechtigkeit.* 1. *Welche Schiff den Rheinstrom auff vnd abfahren, vnd mit Staffelbahren Gutern beladen sein, daß sie*

daselbst

exponere. Vnde porrò, vectigalibus ritè depensis, ea, quo lubitum, transportant. Privilegia stapularum Dordracensium id potissimum sanciunt, ut quicunque vel Rheno, vel Mosa conducunt aliqua vina, frumentum, materiem, aliasque id genus merces, & prȩter urbem hanc navigant, naves in ejus portu exonerent, persolutisque inibi debitis vectigalibus, merces in civium naves impositas, quocunq; visum est, transvehant. Nisi tamen cum publicanis aliter paciscantur. Ex quibus perspicuum evadit, quid qualeve hoc jus stapularium sit. In Imperio ad Rhenum, tres reperio civitates, quibus hoc jus *der Staffel oder Niderlage* concessum, quas appellitare consueverunt, *die dreij Staffel am Rhein*, Coloniam-Agrippinam, Moguntiam, Spiram. Ad Mosellam Treverim *Hamburgischer bericht von dem Cammergerichts Vrtheil de anno.* 1619. 19. *April. n.* 6. *petit. artic.* 33. Ad Danubium itidem tres: Ratisbonam, Ingolstadium, Passavium, seu Pataviam. In Visurgi unicam, Bremam. In Albi, Magdeburgum, Hamburgum. De stapulis ad Rhenum modò enarratis scribit *Leheman in Speÿr. Chron. lib.* 4. *c.* 22. *daß sie haben die gerechtigkeit.* 1. *Welche Schiff den Rheinstrom auff vnd abfahren, vnd mit Staffelbahren Gutern beladen sein, daß sie*

 daselbst

daselbst auffkehren, dieselbe außladen, ins Kauffhauß führen, niderlegen, vnd davon die schuldigkeit zahlen mussen, vvelche nach entrichtem gebührlichen accis *vberschlagen, das ist, in andere Schiff oder auff die Axt geladen, vnd in die Ober-Reinische landt verführet vverden, vvie dann die Statt Speyer, vnd deren Schiffleut von alters die Schiffahrt auff Straßburg gehabt, vnnd davon vermög Keyser Friderichs* Privilegii de dato 1182. *nicht mehr dan* 13. *heller haben dorffen geben, die ander eygenschafft, oder gerechtigkeit der Staffel ist vor alters gevvesen, vnd noch, nemlich Kauffhauß, Krane, Schiffer vnd Karcher, dergleichen Kauffhauß Obhern, Kranenmeister, vnd Kauffhauß-knecht. Die dritt, daß die Kauffhauß verordnete vber die auffgeladene, vnd nidergelegte Staffelvvahr, ob sie von vvurden, oder nicht, erkennen vnd richten, vnd die, so vnfertig, vervverffen, vnd den fahrten zu Schiff, vnd der Axt Ordnung außsagen.*

VI. Cursuum publicorum institutionem quos *Post* vocamus, iisque præfectos *Postmeister*, & eorum ministros Postilion. *Posten* dicuntur quasi Positi collocatique certis in locis, & semper in procinctu excubantes: vide omninò Godest. Stevvich. *in not. ad Veget. l.1.pag.7.*

Choppin. *de domanio Gallico lib.3.tit.29. num.31.p.705.* Hujus potestatis vi & energia anno 1579. cuidam, Generales per Belgium & Italiã postas constituere paranti, severe ab Imperatore id interdictum refert Arnold. Clapmarius *lib.1. de arcan. Rerump. l.1.cap.21.* Et Thom. Michael. *disputat. de jurisdictione th.12. lit.b.* annectit, anno 96. & 97. L. T. ejusque substituto I. H. à Cæsarea majestate, officium Magistri postarum confirmatum fuisse, reliquis privatis, & civitatum postis, quas *Metzger post, vnd Nebenbotten* vocant, generali Imperatoris diplomate sublatis. Vsus harum & pacis & belli tempore maximus. Hoc ut de successu rerũ, & aliis necessariis, ii redduntur certiores, quorum interest; Vide *R.A.zu Nurnberg,* de an. 1522.*§. Item ist bedacht. R. A. zu Eßlingen* 1526.*§. vnd nach dem Keyserl. Maye. R.A. de an.* 1542.*§. vnd damit*: illi, quibus absoluta cõgrediendi potestas data nõ est, jussa & citius recipiant, & occasione, quæ fronte tantũ capillata est, oblata, eadem felicius exequantur. Consultum autem arbitratur Menoch. *de arb. jud. quæst.229.* ut belli tempore, nemini sine Principis licentia postis uti concedatur. Illa necessarium & longum brevi tempore confecturis iter, literalivé vel commerciorum, vel alia-

Choppin. *de domanio Gallico lib.3.tit.29. num.31.p.705.* Hujus poteſtatis vi & energia anno 1579. cuidam, Generales per Belgium & Italiã poſtas conſtituere paranti, ſevere ab Imperatore id interdictum refert Arnold. Clapmarius *lib.1. de arcan. Rerump. l.1.cap.21.* Et Thom. Michael. *diſputat. de juriſdictione th.12. lit.b.* annectit, anno 96. & 97. L. T. ejuſque ſubſtituto I. H. à Cæſarea majeſtate, officium Magiſtri poſtarum confirmatum fuiſſe, reliquis privatis, & civitatum poſtis, quas *Metzger poſt, vnd Nebenbotten* vocant, generali Imperatoris diplomate ſublatis. Vſus harum & pacis & belli tempore maximus. Hoc ut de ſucceſſu rerũ, & aliis neceſſariis, ii reddantur certiores, quorum intereſt; Vide *R. A. zu Nurnberg,* de an. 1522.§. *Item iſt bedacht. R. A. zu Eſzlingen* 1526.§. *vnd nach dem Keyſerl. Maye. R. A. de an.* 1542.§. *vnd damit:* illi, quibus abſoluta cõgrediendi poteſtas data nõ eſt, juſſa & citius recipiant, & occaſione, quæ fronte tantũ capillata eſt, oblata, eadem felicius exequantur. Conſultum autem arbitratur Menoch. *de arb. jud. quæſt.229.* ut belli tempore, nemini ſine Principis licentia, poſtis uti concedatur. Illa neceſſarium & longum brevi tempore confecturis iter, literaſvé vel commerciorum, vel alia-

rum utilitatum causa transmissuris, maxime utiles sunt. Vt & ipsi summo Principi, cujus è re vel imprimis est, si indies cognoscat, quid quolibet Imperii in angulo, & remotiori peragatur secessu. Taceo vectigal, quod postatum Magistri fisco inferre sunt adstricti, & eas quas ipsi sibi parant, divitias.

VII. *Legitimationem naturalium liberorum, Novell.89.c.9.t.t.ff. de Natalibus restituent. c.per venerabilem. extr.qui filii sint legitimi.* Gail.2. *observat.* qua de vide Bocerum *de Regalib.c.2. n. 68. & seqq.* Ejusmodi legitimationis exemplum extat apud Goldast. *tom.3. Constit. Imperial.pag. 398. ubi* Conradus IV. dispensans super defectu natalium, inter alia subjicit. Nos supplicationibus suis benignius inclinati, prædictis N. de plenitudine potestatis nostræ, ex certa scientia, eos spurios esse scientes, legitimavimus, & ad omnia jura legitima restituimus, ut tanquam legitimi, & de legitimo thoro nati, in bonis paternis & maternis, quæ feudalia nō existunt, succedant, & ad omnes actus publicos & civiles honores, si se casus ingesserit, admittantur, & in omnibus aliis suam liberè valeant prosequi actionem, abjectione prolis illicitæ imposterum quiescente, & lege aliqua non obstante, & ea præcipue, quæ legitimari

spurios

spurios nisi ex certa scientia non permittit. Cæterum hanc potestatem legitimandi etiam alii obtinent, ut Comites Palatini, quibus hæc ab Imperatore concessa. *c. super quibusdam. §. Præterea extra de. V. S.* de quibus suo loco. Archiduces Austriæ, Munsterus *lib.3. Cosmograph. c.* 416. Duces Mediolanenses, ut Vicarii Imperii: Felinus *c. qua in Ecclesiarum de constit.* Angelus *respons.* 117. Et eodem ex fundamento Sabaudus. Bald. *respons.* 146. *vol.1.* Electores, Duces, Marchiones &c. *An in ditionibus suis, proprio jure, absque singulari concessione, aut immemoriali præscriptione, hanc facultatem exercere queant?* quæstionis est. Negat Bocerus *de Regal.d.c.2.n.*112. Et Chassan. *in consuetud. Burgund.1. de success. bastard.* ac Stephanus Bertrandus *consil.* 116. *lib.3.* Burgundiæ Duci hoc jus denegant, cum superiorem recognoscat. Opinio de Iure civili mihi indubitata videtur, licet usus & praxis hodierna nonnunquam ab eo deviet, postquam communiter omnibus persuasum est, Principes in suis territoriis tantum posse, quantum Imperator in Imperio. De Electore Brandeburgico Ioachimo II. refert Scheplitz. *in Constit. March. part.4. tit.* 15. *q.*1. eum quendam legitimasse, qui postea in societatem, seu Collegium der

Gevvandt-

ſpurios niſi ex certa ſcientia non permittit. Cæterum hanc poteſtatem legitimandi etiam alii obtinent, ut Comites Palatini, quibus hæc ab Imperatore conceſſa. *c. ſuper quibuſdam.§. Præterea extra de. V. S.* de quibus ſuo loco. Archiduces Auſtriæ, Munſterus *lib.*3. *Coſmograph.c.* 416. Duces Mediolanenſes, ut Vicarii Imperii: Felinus *c. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* Angelus *reſponſo.*117. Et eodem ex fundamento Sabaudus. Bald. *reſponſ.* 146. *vol.*1. Electores, Duces, Marchiones &c. *An in ditionibus ſuis, proprio jure, abſque ſingulari conceßione, aut immemoriali præſcriptione, hanc facultatem exercere queant?* quæſtionis eſt. Negat Bocerus *de Regal.d.c.*2.*n.*112. Et Chaſſan. *in conſuetud. Burgund.*1. *de ſucceſſ. baſtard.* ac Stephanus Bertrandus *conſil.* 116. *lib.*3. Burgundiæ Duci hoc jus denegant, cum ſuperiorem recognoſcat. Opinio de Iure civili mihi indubitata videtur, licet uſus & praxis hodierna nonnunquam ab eo deviet, poſtquam communiter omnibus perſuaſum eſt, Principes in ſuis territoriis tantum poſſe, quantum Imperator in Imperio. De Electore Brandeburgico Ioachimo II. refert Schepliz. *in Conſtit. March. part.*4. *tit.*15. *q.*1. eum quendam legitimaſſe, qui poſtea in ſocietatem, ſeu Collegium *der*

Gevvandt-

Gevvandtschneider fuerit receptus.

VIII. Famæ & honorum restitutioné *l. cum indulgentia* 10. *& t.t.C.de sentent. pass. & restit.* §. 1. *Instit. quibus mod. jus patr. potest. solvitur.* Hanc tanti fecit Carolus V. ut Senatui Mediolanensi insignia alia concedens jura, hoc tamen, ut & jus dandi salvum conductum specialiter exceperit: Bodin. *lib. 1. de Republ. c.* 8. *&* 10. Atque jure etiam moderno, hanc Imperatori soli competere potestatem, plerique putant confirmari. *R. A. zu Augspurg Anno* 1525. in quo Imper. Ferdinandus, seditiosos rusticos honori & famæ restituit, *hatt sie vviderumb in den vorigen standt jhrer Ehren gesetzt, qualificiret vnd geschickt gemacht, Rath vnd Gericht zu besitzen, kundschafft vnd zeugnus zu geben, vnd ampter zutragen.* Verum monet Arnisæus *lib. 2. relect. polit. c. 6. sect. 5. n. 84.* exemplo hoc potius firmari, Imper. non solum, sed cum Statibus Imperii, famæ restituere posse. Etenim seditiosis istis rusticis, Ferdinãdus, Caroli V. frater & Vicarius, indictis Comitiis, uti eorum Recessus. §. *Vnd ist derhalben &c.* innuit, non tantũ ex præscripto Statuũ, veniam delictorũ fecit, & eosdem ad honores & officia restituit, sed etiã cum pauciores Statuum in Comitiis præsto fuissent, quã ut eorum authoritate decre-

decre-

decretũ satis videretur munitũ, sequenti *an.* 1526. *in Com. Spir. §. Zum andern*, frequentiori comitatui denuo propositum, & arctius firmiusque sancitum fuit. Qua repetita confirmatione opus non fuisset plurium Statuum, si solius Imper. potestas sufficere potuisset. Cæterũ horum rebellioni quid causam dederit, præter articulos cõjurationis, tessera mutuæ cognitionis, inter ipsos *die Losung* vocamus, Galli, Le mot, dare docet. Ea vero fuit, ut interrogatus à Socio vernacula, *vvas ist das nun fur ein vvesen?* quis modo rerũ Status? responderent, *vvir mogen vor den Pfaffen nicht genesen*, id est, præ Clericis salvi esse nõ possumus. Voluerunt videlicet hoc ipso perstringere exactiones Clericorum, rapacitatem Præfectorũ & novas artes, quibus in emungenda plebecula uterentur: Petr. Gnodalius. *lib. 1. de rust. tumult. in German. extat tom. 2. scriptorum Germ. p.* 1032. Iidem rustici, cum in vexillis depictam haberent rotam, proverbio originem dederunt, quo turbones & auctores seditionum, scelerum, flagitiorum &c. notare solemus, *Er ist der rechte Radlinsfuhrer.* Nec tamen solum rustici hujus tumultus socii, sed & alii fuerunt illis juncti. Nam ut habet autor Symph. *tom. 4. vol. 30. n.* 303. tempore rebellionis rusticæ, *hat sich die gãtze*

Burger.

decretũ satis videretur munitũ, sequenti *an.1526.in Com.Spir.§.Zum andern,* frequentiori comitatui denuo propositum, & arctius firmiusque sancitum fuit. Qua repetita confirmatione opus non fuisset plurium Satuum, si solius Imper.potestas sufficere potuisset. Cæterũ horum rebellioni quid causam dederit, præter articulos cõjurationis, tessera mutuæ cognitionis, inter ipsos *die Losung* vocamus, Galli, Le mot, clare docet. Ea vero fuit, ut interrogatus à Socio vernacula, *vvas ist das nun fur ein vvesen?* quis modo rerũ Status? responderent, *vvir mogen vor den Pfaffen nicht genesen,* id est, præ Clericis salvi esse nõ possumus. Voluerunt videlicet hoc ipso perstringere exactiones Clericorum, rapacitatem Præfectorũ & novas artes, quibus in emungenda plebecula uterentur: Petr. Gnodalius. *lib.1.de rust. tumult. in German.extat tom.2. scriptorum Germ.p.*1032. Iidem rustici, cum in vexillis depictam haberent rotam, proverbio originem dederunt, quo turbones & auctores seditionum, scelerum, flagitiorum &c. notare solemus, *Er ist der rechte Radlinsfuhrer.* Nec tamen solum rustici hujus tumultus socii, sed & alii fuerunt illis juncti. Nam ut habet autor Symph. *tom.4. vot.30. n.* 303. tempore rebellionis rusticæ, *hat sich die gãtze*

Burger-

Burgerschafft zu Bamberg zun Bavvren geschlagen, vnd Bevvrisch vvorden.

IX. Concessionem veniæ ætatis *l.1. & t.t. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Afflict. *in c.un. n.18. quæ sint Regalia*, qua minorem, injustam & legitimam transponit ætatem, Cornæus *consil. 108. n.8. vol.3.* Cagnol. *in l. Imperium n.18. de jurisdict.* Hæc potestas olim solius erat Imperatoris *d. loc.* postea constitutione *Novell. 28. in fine*, Imperator Leo eam etiam aliis tributam voluit Magistratibus. Hodie mutato antiquo Reipubl. Statu, ea etiam Principibus Imperii competere dicitur, & 10. Septembris Anno 1607. responsum fuisse, annotavit Fomannus *ad d. l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* Civitatibus quoque superiorem non recognoscentibus eandem potestatem tribuit Br. Mauritius *de restit. in integr. c. 225. n. 2.* Quicquid vero horum sit, potestas tamen hæc in Imperatore eo est augustior, quo purior, ut à fonte; eo amplior, quo latius se extẽdit; eo dignior, quod veniam ætatis etiam ipsis illustrioribus concedit. Wenceslaus Imp. Ottoni Brunsuicensi Anno 1398. veniam ætatis cõcessit. *Braunschvveig. Historische handel part. 1. sect. 2. c. 1.* Vlrico Duci Wurtenbergico Anno 1503. à Cæsare Maximiliano, eadem concessa venia: Hordlederus

de caus. belli Germanici lib. 3. c. 1. pag. 622 num. 54. Porro Carolus Lotharingie Cardinalis, postulatus Episcopus Metensis, indultum variæ ætatis, ad consequendam investituram & administrationem ejus Episcopatus, superioribus annis in aula Imperatoris Pragæ impetravit: Betsius *de pact. fam. illustr. cap. 7. pag. 276.* Et quod notabile, Imperatorem non adstrictum ad observantiam *l. 2. in pr. C. d. l.* Christianus *IV.* Rex Daniæ, anno 17. nondum impleto, ob singulares & regias animi dotes, ab Imperatore veniam ætatis consecutus fuit, anno 1593. 26. April. Hering *de fidejussor. c. 2. num. 110.* Avorum memoria, Ludovicus Rex Hungariæ & Bohemiæ, defuncto patre Vladislao, Regna adiit annos natus tredecim, venia ætatis ab Imperatore Maximil. *I.* impetrata, Dubravius *lib. 33. hist. Bohemic.* Goldast. *de Regno Bohem. lib. 4. cap. 1. num. 6.* Quo vero tenore olim hæc fuerit concessa ætatis venia, peti poterit ex cõstitutione Theodorici Gothi Regis Romanorum. 196. quam refert Goldast. *tom. 3. constit. Imp. pag. 9.* totidem verbis. Gloriosa supplicatio est, quæ veniam quærit ætatis: quin de se gravitatem de moribus confitetur accipere, quam maturitatem vitæ adhuc non contigit intulisse. Minor nascendo, gran-

derus *de cauſ. belli Germanici lib.3. c.1. pag.622 num.64.* Porro Carolus Lotharingiæ Cardinalis, poſtulatus Epiſcopus Metenſis, indultum variæ ætatis, ad conſequendam inveſtituram & adminiſtrationem ejus Epiſcopatus, ſuperioribus annis in aula Imperatoris Pragæ impetravit: Betſius *de pact. fam. illuſtr. cap.7. pag.276.* Et quod notabile, Imperatorem non adſtrictum ad obſervantiam *l.2. in pr.C.d.l..* Chriſtianus *IV.* Rex Daniæ, anno 17. nondum impleto, ob ſingulares & regias animi dotes, ab Imperatore veniam ætatis conſecutus fuit, anno 1593.26. April. Hering *de fidejuſſor.c.2. num.110.* Avorum memoria, Ludovicus Rex Hungariæ & Bohemiæ, defuncto patre Vladislao, Regna adiit annos natus tredecim, venia ætatis ab Imperatore Maximil. *I.* impetrata, Dubravius *lib.33. hiſt. Bohemic.* Goldaſt. *de Regno Bohem. lib.4. cap.1. num.6.* Quo vero tenore olim hæc fuerit conceſſa ætatis venia, peti poterit ex cōſtitutione Theodorici Gothi Regis Romanorum. 196. quam refert Goldaſt. *tom.3. conſtit. Imp. pag.9.* totidem verbis. Glorioſa ſupplicatio eſt, quæ veniam quærit ætatis: quin de ſe gravitatem de moribus confitetur accipere, quam maturitatem vitæ adhuc non contigit intuliſſe. Minor naſcendo,

gran-

grandævus cupis esse consilio. Ita, quod in humanis rebus audacissimum est, ad erroris auxilium, beneficium contemnis annorum. Quapropter oblata supplicatione depromis, ut cum tibi sit ratio firma prudentiæ, actiones tuæ non relinquantur ambiguæ, ne infirmetur jure, quod non potest utilitatem titubare. Hoc nos, quibus cordi est, bona desideria perficere, libenter accipimus: quia nullas se captare velle profitetur insidias, quisquis habere liberos contractus constanter asseitat. Atque ideo si id tempus constat elapsum, quo ad hanc veniam accedi jura voluerunt, nos quoque probabilibus desideriis licentiam nõ negamus; ut in foro competenti ea, quæ in his causis reverenda legum dictat antiquitas, solemniter actitentur. Ita ut in alienandis rusticis vel urbanis prædiis, constitutionum servetur autoritas. Ne cum opinioni prævetur autoritas. Ne cum opinioni præstare volumus, utilitatem publicam læstare volumus, utilitatem publicam lædere videamur. Cape igitur nostro beneficio potiorem annis ætatem, & quod petis ab oraculo, moribus exhibeto. Nam professio maturitatis acerbæ locum denegat actionis, quando nulla gravior est culpa, quam suæ promissionis impugnat authoritas.

OPES IMPERATORIS.

THolosanus *lib. 3. de Republ. c. 2. n. 10.* tria facit genera bonorum Principis. *Primum* privatorum, quę vel habet quæsita nomine proprio, vel relicta a majoribus alio nomine, quam Principatus. *Secundum* dicit, quæ eorum, quæ Principatui annexa sunt, vel incorporata: quæ & Reipublicæ dos appellitantur: quod quasi dotalia ea accipiat inauguratione sui Principatus, tanquam per desponsationem sibi conjunctu. Vocantur etiam donarium Reipublicæ seu Coronæ. *Tertium*, quod ex his nascitur, vel ex casualibus percipitur reditibus, & in thesaurum fiscalem defertur; ad communemque Principis ac Reipublicæ negotiorum utilitatem, à Principe administratur. Giphanius *ad §. thesaurus vers. in Cæsaris loco. Instit. de rerum. Div.* duo tantum ponit, dum res omnes Imperatoris, vel fiscales dici, vel proprias Cæsaris scribit. *Illa* interdum dicuntur sacrum patrimonium: *hæ* patrimonium privatum, & res privata. *Res fisci* sunt bona proscriptorum, vectigalia, commissa bona, caduca. *Res Cæsaris propriæ* sunt ejus patrimonium, ut bona à parentibus relicta, ut munera & dona, & hæc dicitur

OPES IMPERATORIS.

THolosanus *lib.3. de Republ.c.2.n.10.* tria facit genera bonorum Principis. *Primum* privatorum, quę vel habet quæsita nomine proprio, vel relicta à majoribus alio nomine, quam Principatus. *Secundum* dicit, quæ eorum, quæ Principatui annexa sunt, vel incorporata; quæ & Reipublicæ dos appellitantur: quod quasi dotalia ea accipat inauguratione sui Principatus, tanquam per desponsationem sibi conjuncti. Vocantur etiam donarium Reipublicæ seu Coronæ. *Tertium*, quod ex his nascitur, vel ex casualibus percipitur reditibus, & in thesaurum fiscalem defertur; ad communemque Principis ac Reipublicæ negotiorum utilitatem, à Principe administratur. Giphanius *ad §. thesaurus vers. in Cæsaris loco. Instit. de rerum. Div.* duo tantum ponit, dum res omnes Imperatoris, *vel* fiscales dici, *vel* proprias Cæsaris scribit. *Illæ* interdum dicuntur sacrum patrimonium: *hæ* patrimonium privatum, & res privata. *Res fisci* sunt bona proscriptorum, vectigalia, commissa bona, caduca. *Res Cæsaris propriæ* sunt ejus patrimonium, ut bona à parentibus relicta, ut munera & dona, & hæc dicitur

res privata: Quia est Cæsaris, non ratione Imperii, ut res fiscalis, sed ut privati cujuslibet. Et illis rebus fisci, qui præerat, dicebatur procurator fisci aut Cæsaris, & comes sacrarum largitionum: is qui his præerat, dicebatur procurator sive rationalis rei privatæ,& comes rerum privatarum. §. *ult. Instit. de usucap. l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. l. 2. §. publici & seq. ff. ne quid in loco publico. l. 3. C. de fund. rei privatæ. l. cum servum. §. penult. ff. de legat.* 1. His tamen addit Giphan. *d. l.* patrimonium Cæsaris interdum dividi in sacrum & pivatum. Vt sacri patrimonii Comes is esset, ad quem pertineret cura penus, sive mensæ & Epistolarum Cæsaris, de quo est *tit. C. de offic. sacri patrimon.* Ita, ut Cæsaris triplex fuerit substantia; *fiscalis, privata, & sacra*, sed sacra, esset pars privatæ. Et his tribus Substantiis præerant tres distincti Comites, de quibus est *lib. 1. C. tit. 22. 13. & 14.* Choppinus *de domanio Gallico. lib. 1. t. 1. p. 3.* itidem duplex genus patrimonii Romanis Augustis quondam attributum scribit: *Publicum unum*, fiscale, vel Imperiale: *Alterum privatum*, Cæsaris patrimonium dictum. Quod præter illas à Giphanio adductas probat *l. 3. §. ult. vers. item si Cæsaris. l. fiscus. §. ult. ff. de jure fisci. l. 49. ff. locati. l.* Titius.

Titius. §. ul. ff. qui pot. in pignore. l. quoties. 3. in pr. C. ubi senator vel Clarissimi. & idem declarat egregie multis, quæ huc transferre longum foret molestumque. Vide præterea Sixtinum *de Regalibus l. 1. c. 1. num. 29. & seqq.* Agnoscit quoque hanc distinctionem Schwabenspegel. c. 23. apud Goldast. *tom. 1. der Reichssatzungen p. 37.* quando ait: *Ist das ein König eigen hat, das gibt er mit recht an das Reich, ob er will, last er aber Kinder hinder jhm, die erben es mit Recht. Dann die Kinder erben desz Reichs Gut nicht. Und stirbt der König ohn Kind, und hat er das eygen nicht gegeben an das Reich, so erben die nechsten Erben.* Provenit autem hoc duplici ex respectu, qui in Persona Imperatoris concurrit, ita tamen, ut dividuus sit; & vel maxime talis esse debeat. Vnde etiam & illud est, quod legimus, Carolum V. Imperatorem sibi ipsi, non tamen ut Imperatori, verum ut Archiduci Austriæ, mandata dedisse. *Wir Carl &c. Römischer Keyser, entbieten dir Charl Ertzhertzogē zu Oesterreich:* Buxdorff. *ad A. B. conclus. 64. circa fin.* Imperatori, ut Archid. à se ipso & Statibus *eine beharrliche Turckenhulff aufferlegt worden: A. A. zu Nurnberg* de an. 1542. *§. ferner haben wir auch.* Imper. ad contribuendum Imperio, ratione der

Titius.§.ul.ff.qui pot. in pignore.l.quoties. 3.in pr. C. ubi senator vel Clarissimi. & idem declarat egregie multis, quæ huc transferre longum foret molestumque. Vide præterea Sixtinum *de Regalibus l. 1.c.1.num.29.& seqq.* Agnoscit quoque hanc distinctionem *Schvvabenspiegel.c. 23.* apud Goldast. *tom.1. der Reichssatzungen p.37.* quando ait: *Ist das ein Konig eigen hat, das gibt er mit recht an das Reich, ob er vvill, last er aber Kinder hinder jhm, die erben es mit Recht. Dann die Kinder erben desz Reichs Gut nicht. Und stirbt der Konig ohn Kindt, und hat er das eygen nicht gegeben an das Reich, so erben die nechsten Erben.* Provenit autem hoc duplici ex respectu, qui in Persona Imperatoris concurrit, ita tamen, ut dividuus sit; & vel maxime talis esse debeat. Vnde etiam & illud est, quod legimus, Carolum V. Imperatorem sibi ipsi, non tamen ut Imperatori, verum ut Archiduci Austriæ, mandata dedisse. *Wir Carl &c. Romischer Keyser, entbieten dir Charl Ertzhertzogē zu Oesterreich:* Buxdorff. *ad A.B. conclus.64. circa fin.* Imperatori, ut Archid. à se ipso & Statibus *eine beharrliche Turckenhulff aufferlegt vvorden: A. A. zu Nurnberg* de an. 1542. *§. ferner haben vvir auch.* Imper. ad contribuendum Imperio, ratione *der*

Burgundischen vnd NiderErblanden &c. esse obligatum. Imperatorem assessores Cameræ respicere *dann vvegen der Erblandt, so er vnter, oder vom Reich hat. Ordinatio Cameræ par.* 1. *ti.* 1. *§. nemblich.* Homo scilicet unus idemque diversis respectibus, diverso jure, & diversis censetur qualitatibus *l.* 16. *ff. de in jus vocand. c. cum Capell. de privi. c. ex literis. de probat. ubi gloss. in verbo. vices duorum.* Nicol. Everhard. *in loco. de tanquam, seu respectivis.* Gail. 1. *observ.* 30. *num.* 8. Reinking. *de Regim. secular. lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 2. *n.* 167. NEC OBSTAT *l.* 13. *§.* 4. *ff. ad SCtum Trebell.* quo videbatur dicendû, diversos in una persona nô posse consistere respectus: Textus enim ille generaliter non concludit, quasi nunquã plures unius personæ possint existere respectus, sed id potissimum innuit, in unam eandemq; personam, nec tempore, nec re distinctam non posse contrarios cadere respectus, puta cogentis, & coacti. Licet enim Titius magistratum gesserit, non tamen vi ejusdem, ipse se poterit cogere, ut aliquid velit. Cæterum publicum Imperatoris patrimonium, seu reditus, quos ab Imperio Imperator olim habuerit, nullibi consignatum hactenus reperii, licet tamen conjicere, illud haud fuisse exigui momenti, aut numeri. Windec-

kius quidem *de Electoribus Imperii c.* 13. *punct.* 9. *p.* 69. annotavit, Friderici Cæsarem, ex Imperii reditibus, percepisse 20. tonnas auri, quorum maximam partem Italia, minimam autem Germania contribuerit. Verum Schneidew. *d. t. inst. de success. ab intest. rubr. de success. f. n.* 5. liberaliori stylo scribit. Imp. Rom. reditus, sub Friderico Barbarossa (jam tum Imperii admodû attenuatis & imminutis. Lansius *de prin. pro. Europa p.* 185.) fuisse sexaginta tonnarû auri ex Germania & Italia, collectarum ex civitatibus immediatis, ex portoriis, vectigalibus, teloniis, quæ non erant Principum, aut privatorum, sed Imperat. seu Imperii. Unde & Regalia dicta; quasi reservata Regi, seu Imperatori Rom. *c.* 1. *quæ sint Regalia, in usibus Feudorum.* Rudolp. vero Habspurgensis I. cum metu Pontificû negligeret Italiã, civitatibus Italiæ libertates, immunitates, jura & reditus annuos vêdere cœpit. Exemplum imitati successores, non tantum in Italia, sed Germania etiam fieri permiserunt, ut in Italia, nulla civitas libera Imperio reliqua sit: nec civitates tantum, sed & portoria, vectigalia, telonia, argentifodinas, & similia ab Imperatore alienaverunt. Carolus IV. quod reliquum fuit, auro vendidit, quo ignavo, & degeneri filio Wencesslao,

kius quidem *de Electoribus Imperii c.23. puncto.9.p.69.* annotavit, Fridericũ Cæsarem, ex Imperii reditibus, percepisse 20. tonnas auri, quorum maximam partem Italia, minimam autem Germania contribuerit. Verum Schneidew. *d.t. instit.de success.ab intest. rubr. de success.fis. n.5.* liberaliori stylo scribit, Imp. Rom. reditus, sub Friderico Barbarossa (viribus Imperii admodũ attenuatis & imminutis. Lansius *de prin.pro. Europa p.185.)* fuisse sexaginta tonnarũ auri ex Germania & Italia, collectarum ex civitatibus immediatis, ex portoriis, vectigalibus, teloniis, quæ non erant Principum, aut privatorum, sed Imperat. seu Imperii. Vnde & Regalia dicta; quasi reservata Regi, seu Imperatori Rom. *c.1. quæ sint Regalia, in usibus Feudorum.* Rudolp. vero Habspurgensis *I.* cum metu Pontificũ negligeret Italiã, civitatibus Italiæ libertates, immunitates, jura & reditus annuos vẽdere cœpit. Exemplum imitati successores, non tantum in Italia, sed Germania etiam fieri permiserunt, ut in Italia, nulla civitas libera Imperio reliqua sit: nec civitates tantum, sed & portoria, vectigalia, telonia, argentifodinas, & similia ab Imperatore alienaverunt. Carolus *IV.* quod reliquum fuit, auro vendidit, quo ignavo, & degeneri filio Wenceslao,

remercatus est Imperium: ita ut hodie reditus ordinarii ex Imperio, tanti vix sint, quanti disponendis & alendis postis est. Nedum ut Imperator se & suam familiam cōmode sustentare; imo nisi ex hereditariis provinciis multa centena aureorum millia impendat annua, Imperialem & in tanto fastigio necessariā pompam minime tueri possit (Iulius *Pflug in orat. de Republ. Germanor.*) Granvellano etiam apud Landgravium, in colloquio Spirensi intrepide affirmante, ex Imperio ne tantillum quidem emolumenti habere Cæsarem. Sleidanus *lib.* 17. Lansius *de pr. provin. Europ. p.* 185. *Le domaine, & revenu de l'Empire, en est aujourd'huy si maigre, qu'il ne seroit possible à un Empereur, de s'entretenir s'il n'avoit autre patrimoine. Annotations servants à l'intelligencé de la guerre d'Allemaigne par Gilles Boilleau* lit. E. Hisce ex radicibus mala succreverunt & pullularunt plurima, quæ lachrymis potius quam literis & atramento exprimenda. Inter alia tria mihi præcipue nunc succurrunt. I. est, quod Imperator sedem in Imperio non possit constituere. *Keyser Carl der IV. als er durch abgesanden der Stande desz Reichs ersucht vvard, seine* residenz *im Reich zunehmen, hat er jhnen sein Goldt gezeiget, vnnd gefraget, kan vns auch*

auch das gantze Romische Reich, so viel einkommens bringen, vvas mir das Behmerland jahrlich traget? die Gesanden haben geantvvortet: das Reich kan ein solch einkommen jahrlich nicht tragen, dann es zu hoch beschvveret vverden muste. apud Goldast. *tom.* 2. *constit. Imperial. p.* 164. II. Hinc nova surrexerunt vectigalia, exactiones, & onera, quibus Status & subditi Imperii prægravati, secundum Schneidw. *dicto loco.* III. Hinc quoque nonnulli scribunt evenire, quod licet Electio in Imperio adhuc vigeat, illa tamen adeo libera, ut olim amplius esse haud possit, dum inter alia, quam maxime Electores opum & divitiarum teneantur habere respectum, ut videlicet talem ipsi in Imperatorem eligant, cui ex patrimonio proprio tantum supersit æris, quantum ad magnificentiam hanc sustinendam æquivalens esse possit. Quibus, ut & aliis congeneribus, quæ medicina adhibenda sit, & causa mali, quo tollenda, vel tantum mitiganda remedio, deliberatum aliquoties à sapientibus dissidentibus fuit sententiis. Horum nonnullis consultum visum fuit, ad ea, quæ Status occupata tenent, vectigalia, manus extendere. Quæ si de illis, quæ ab aliis specioso tantum, vel nullo possidentur titulo, accepimus, con-

auch das gantze Romische Reich, so viel einkommens bringen, vvas mir das Bohmerland jahrlich traget? die Gesanden haben geantvvortet: das Reich kan ein solch einkommen jahrlich nicht tragen, dann es zu hoch beschvveret vverden muste: apud Goldast. *tom. 2. constit. Imperial. p.* 164. *II.* Hinc nova surrexerunt vectigalia, exactiones, & onera, quibus Status & subditi Imperii prægravati, secundum Schneidw. *dicto loco.* *III.* Hinc quoque nonnulli scribunt evenire, quod licet Electio in Imperio adhuc vigeat, illa tamen adeo libera, ut olim amplius esse haud possit, dum inter alia, quam maxime Electores opum & divitiarum tenentur habere respectum, ut videlicet talem ipsi in Imperatorem eligant, cui ex patrimonio proprio tantum supersit æris, quantum ad magnificentiam hanc sustinendam æquivalens esse possit. Quibus, ut & aliis congeneribus, quæ medicina adhibenda sit, & causa mali, quo tollenda, vel tantum mitiganda remedio, deliberatum aliquoties à sapientibus dissidentibus fuit sententiis. Horum nonnullis consultum visum fuit, ad ea, quæ Status occupata tenent, vectigalia, manus extendere. Quæ si de illis, quæ ab aliis specioso tantum, vel nullo possidentur titulo, acceperimus, con-

grua erunt & convenientia omnino. At si ad ea quoque transtulerimus, quæ benignitate Imperatoria privilegiis munita alii possident, cum Iulio PHugio *in lib. de republ. Germanorum* inconveniens hoc appellabimus remedium, & contrarium quoque Capitulationi Imperatoriæ. §. 8. Quod si spontaneo motu, ad exemplum Ducum Lombardiæ, (quorum singuli dimidium suorum redituum aliquando Regi suo, in vicem domanii attribuerunt, ut ex Paulo Diacono refert Estienne Pasquier *des recherches de la France. liur. 2. chap. 12. pag.* 144. Status isti privilegiati aliquid Imperatori concederét, res esset expeditior, at eum modum expectent illi, qui aureum præstolantur seculum. Alii nova Imperatori constituenda censuerunt vectigalia. Alii ex bonis Ecclesiasticis aliquid Imperatori concedendum censuerunt.

II. RE-

II.
REGIS ROMANORUM INSTITUTIO ET POTESTAS.

Regis Romanorum appellatio ambigua est, & quandoque ipsum significat Imperatorem, quandoque vivo Imperatore electum in Imperio successorem. Caninius *in discurs. ad Auream Caroli IV. Bullam. p.* 43. *& seqq.* hosce connectens significatus, Regem Romanorum quatuor electum scribit modis. I. Quando vivo Imperatore successor in Imperio, *aut* ab ipso Imperatore, *aut* ab aliis electus fuit. Hunc prisca ætas Cæsarem appellavit: Tholosan. *syntagm. jur. lib.* 18. *cap.* 2. *num.* 20. Cujac. 12. *obser.* 15. *in fin.* Hic designandi mos à plerisque Christianæ professionis Regnis receptus fuit, ut primogenito Regis, tanquam successori certum nomen adscripserint. Apud Gallos Regius succcessor Delphinus dicitur; apud Anglos olim Dux Nortmanniæ, nunc Princeps Walliæ; apud Hispanos Princeps Asturiæ; apud Scotos Cimbriæ præfectus & Scotorum Princeps,

Choppin. *de doman. Gall. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 4. Vel, ut habet liber, cui titulus, *Status Imperii & Principatus mundi p.* 35. *n.* 12. Dux Rothsagæ, Princeps de Viana in regno Navarreno. Moreau. *in tab. Franic. c.* 6. *p.* 244. In Dania, heres Nortvvegiæ. (quanquam hodie omnes Duces Holsatię eo titulo utantur) In Suecia, Princeps Fioniæ. In Arragonia, Dux Gerundiæ: in Cypro, Princeps Chaldeæ: In Aphrica Tunetana, Regulus Constantinæ: in Burgundia, Comes Flandriæ, Goldast. *in senior. sive de Majoratu lib.* 1. *cap.* 16. *p.* 46. Besold. *lib.* 3. *dissert. Nomico pol.* 3. *num.* 2. Licet autem prædicti, modo & respectu quodam, cum Cæsare antiquo successore Imperii, nostroq; Romano videantur convenire Rege, attamen in aliis quam plurimis differentes sunt longissimè. Cæsarem & Romanum Regem electio facit, hos sola nativitas. Cæsar Provinciam sibi habebat assignatam, quam regebat, hi titulum absque regimine tenent. Quod maximè è re ipsorum videtur esse parentum, ut videlicet securiores sint, administratione omni primogenitis denegata. SECUNDO loco eum exprimit *Caninius* modum, quando Imperatore mortuo; nullo constituto successore, facultas Electoribus data est, Regem Romanorum eligendi. TERTIVS non admo-

admodum frequens eſt, quando remoto ab Imperio Imperatore, & vivente & quandoque abnuente, alius ejuſdem ſurrogatur in locum. Id quod bifariam contigiſſe IDEM CANINIVS author eſt: *primò* quando Pontifex excommunicavit aliquem Imperatorum, eumque Imperio, ut rebellem Eccleſiæ, privavit, uti contigit Rudolpho Duci Sueviæ, qui exiguo imperavit tempore, à Gregorio VII. ab Imperio remotus: Et Comiti Hollandiæ Wilhelmo, ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunenſi. Carolus itidem IV. Rex Romanorum electus fuit in vicem Ludovici Bavari à Pontifice excommunicati. *Secundò* quando propter inhabilitatem perſonæ ab Electoribus Imperator, ut contigit Wenceſlao, à ſolio fuit deturbatus. QUARTUS & ULTIMUS eſt, quando in locum Imperatoris ſponte ab Imperio ſecedentis, Rex Romanorum eligitur.

Primus modus (liceat enim cum *Caninio* modum vocare) noſtri præſentis erit diſcurſus: (Reliqui enim Imperatorem conſtituunt, qui & ipſe Romanorum Rex quandoque dicitur) nempe quando vitam & ſpiritum ducente Imperatore, ab Electoribus Imperii Rex eligitur Romanorum, ut ſit perpetuus

petuus imperii vicarius, & absente imperatore atque impedito, imperium regat ac moderetur, mortuoque eo ipso, sine ulteriore electione in nomen, dignitatem, authoritatemq; imperatoris succedat. Cujus ad descriptionis explanationem antequam deveniam, paucula præmittenda reor.

De nomine quæri poterat, *Annon potius ita electus coronatusque Germaniæ, quam Rex Romanorum appellari debeat?* Regem Romanorum non probè dici videbatur astruendum. I. Ad evitandam confusionem nominis. Etenim cum nomina ad distinguendos homines inventa sint *l. 10. C. de ingen. manumiss. §. siquidem 29. Instit. de legat.* ad confundendos eosdem trahi non debebant. Quod tamen omninò hic fieri videmus, præsertim si eum ponamus casum, quo ante Coronationem Pontificiam, atque ita ex mente Pontificiorum, ante susceptum nomen imperatorium, electo Regi Romanorum, alius adjungatur, ut fieri posse, si justæ adsint causæ, nullus dubito. Sanè ut olim, ita & hodie quoque successores Regnorum diversa ab ipsis imperantibus tenent nomina. II. Ne unius imperii duo dentur capita, cum alterum poterat esse Romanorum & imperii caput, alterum Germano-

mano-

manorum Regni; & ut illud respectu imperii, nomine imperatoris Romanorum, ita hoc ratione Regni, appellatione Regis Germanorum, vel Germaniæ, poterat vel debebat etiam compellari: Ita legimus Ludovicum fratrem Caroli Calvi ad imperium adspirasse; quod Rex esset Germaniæ. Canin. *d. lib. pag.* 47. III. Præterea locutio ista; Rex Romanorum, cum usitato apud alios loquendi more modoque non probè videtur convenire, quibus Rex Galliæ, Hispaniæ, Britanniæ &c. dicitur potius, quam Rex Gallorum, Hispanorum, Britannorum; respectu scilicet habito ad territorium & Regnum ipsum, quam ad populum subjectum. Et monui supra, nonnullos arbitrati, Gallo tantùm, nec aliis convenire, ut appelletur, *Roy de France, & Roy des Francois.* Verùm HIS NON OBSTANTIBUS, usu, qui præsertim in nominibus & rerum appellationibus, maximus noscitur esse tyrannus, receptum videmus, ut successorem imperii talem, Regem dicamus Romanorum, (licet ipse non solum titulo Regis Romanorum, verum etiam titulo Regis Germaniæ uti consueverit. *R. A. zu Speyr de Anno* 1542. *in princ. R. A. zu Nurnberg de Anno* 1542. *in pr. R. A. de*

Anno

Anno 1555. *in pr. R. A. de Anno* 1557. *inpr.*) unde, ut verbis utamur receptis, præsentibusque adstrictos nos deprehendimus. Hujus originem Fauches *de l'origine des Chevaliers herau. &c. chap.* 2. *pag.* 22. ad Caroli demum IV. refert tempora, quibus mentionem Regis Romanorum factam primum scribit. Cum quo consentiunt illi, qui prodiderunt, Carolum IV. primùm Bulla sua Aurea morem introduxisse eligendi Regis Romanorum, vivo Imperatore, ut successionem Imperii Venceslao filio pararet. Verum Exemplum Othonis II. qui vivo parente fuit electus Romanorum Rex, nec non Heinrici IV. & VI. Conradique aliud dicendum suadent; & Aurea Caroli Bulla nihil tale constituit, ut infra expeditum dabo. videatur Caninius *disc. ad A. B. pag.* 103. *& seqq.* Pasquierius *lib.* 5. *des recherch. de la France. chap.* 1. *pag.* 505. rem ipsam ex antiqua consuetudine ad nos translatam ait. Carolus Magnus antequam è vivis excessisset, filiorum primogenitum Pipinum Regem fecerat Italiæ, & Ludovicum secundogenitum Regem Aquitaniæ. Hoc legem posteà dedit observatam hac in familia, ut majori natu Imperio successuro, daretur Regnum Italiæ, vivo etiam parēte. Hoc modo datū fuit Lothario primoge-

mogenito ab Imperatore Ludovico pio, & rursus Ludovico primogenito Lotharii. Eodé sanè modo, uti hodiè appellamus Regem Romanorum eum, qui destinatus est Imperatori successor. Qui titulus ab antiquitate hac mutuo receptus. Inter Regem Italię & Romanorum parvum discrimen, & in effectu convenientia. Cæterùm *An rectè Imperatori adhuc lucis usura fruenti, alius adjungatur, & an volenti tantùm, an verò & dissentienti?* quæstionis est. PRO NEGATIVA prioris membri, potissima ratio est; Lege Imperii fundamentali, quam Auream vocamus Bullam, *cap. scil.* 1. §. *cum autem.c.*4.§.*cæterùm quoties.* illud tantùm, approbatum esse, ut mortuo Imperatore ad electionem Regis Romanorum descendant Electores. Hancque contra Ferdinandi Electionem apud Hordlederum *de causis belli Germ. lib.*4.*c.*9.*num.* 176.*pag.*251. urget Elector Saxoniæ, & socii fœderis Smalcaldici, apud Sleidan. *histor. lib.* 7.*pag. mihi* 119. Cui aliæ connexæ accedunt: quod ipsius Imperatoris commodum non sit Regni habere socium, aut certum constitutum successorem, propter votum captandæ mortis, à legibus improbatum, maximè *lib. fin. C. de pact.* Nec etiam Imperio utile, duos eodem tempore habere dominos, qui-

bus

bus sit obtemperandum. PRO AFFIRMATIVA militat I. generalitas textus, in *A.B.d.c.* 1. *in pr.* quotiescunque quandocunque futuris temporibus necessitas, sive caput Electionis Regis Romanorum in Imperatorem promovendi emerserit &c. Quæ verba cum indefinita sint, & propterea universalia, *glos. in cap. ut circa. in pr. de elect.* Dyn. *in rubr. de Reg. Iur. in* 6. Decian. *respons.* 17. *num.* 120. *vol.* 1. ad unum mortis casum extendi non poterunt, sed generaliter accipi debebunt. *l. si ita ubi Dd. ff. de legat.* 2. *l. si pluribus. ff. de legat.* 1. Decianus. *resp.* 14. *num.* 21. *vol.* 2. nec unico mortis casu definiri. Arumæus *disc.* 2. *ad A. B. th.* 13. Et si ad casum mortis verba illa restringere voluerimus, absurdum hoc emerget, quod nec eo casu, ubi inhabilis est Imperator, Rex Romanorum eligi possit. DEINDE, Vbicunque necessitas emergit, Rex Romanorum, juxta Bullam Auream, eligi potest. Verùm non tantùm ubi imperator moritur, aut deponitur, sed etiam cũ pluriumRegnorum regimine implicatur, necessitas emergit, quia omnibus nõ potest, uni verò tantùm inservire, jurejurando, quod omnibus præstitit, impeditur. DENIQVE optima est interpretatio legis, quam is suo exemplo dedit,

qui

qui legis auctor est. Constat autem, quod Carolus IV. non tantùm de casu mortis, vel depositionis, verùm etiam electionis eius, quæ vivo Imperatore fit, Bullam intellexerit, quia filius eius Wenceslaus, ipso sollicitante & vivente in Regem Romanorum electus fuit: Cuspinianus *in vita Wenceslai. atq; ladem eius Arumæus.* Hanc præterea opinionem exemplorum firmat authoritas. Vt enim quod modo de Wenceslao diximus, odiosa repetitione haud reiteremus, constat Maximilianum I. Friderico III. Ferdinandum Carolo V. Rudolphum II. Maximiliano II. viventibus Imperatoribus, Reges Romanorum fuisse electos. EGO uti dubitationum nullis me sentio agitari procellis, necessitate utilitateque emergente, Regem Romanorum eligi posse, attamen Aurea id non expressum esse Bulla, contra *Arumæum*, aliosque statuo. Cum omnia, quæ inibi de Rege Romanorum habentur, de Imperatore intelligenda sint, non alio, ut contextus hincinde probat. NEC OBSTANT verba. *quotiescunque & quandocunque d.c.* 1. quæ, indefinita cum sint, indefinitè interpretor, nec tantũ ad mortis refero tempora. hoc est, ut loquitur textus d. *Aurea Bulla.c.4.§.2.& c.5.infra,* quoties & quãdo

f Sactum

qui legis auctor est. Constat autem, quod Carolus IV. non tantùm de casu mortis, vel depositionis, verùm etiam electionis eius, quæ vivo Imperatore fit, Bullam intellexerit, quia filius eius Wenceslaus, ipso sollicitante & vivente in Regem Romanorum electus fuit: Cuspinianus *in vita Wenceslai. atq; hactenus Arumaus.* Hanc prętetea opinionem exemplorum firmat authoritas. Vt enim quod modo de Wenceslao diximus, odiosa repetitione haud reiteremus, constat Maximilianum I. Friderico III. Ferdinandum Carolo V. Rudolphum II. Maximiliano II. viventibus Imperatoribus, Reges Romanorum fuisse electos. EGO uti dubitationum nullis me sentio agitari procellis, necessitate utilitateque emergente, Regem Romanorum eligi posse, attamen Auream id non expressum esse Bulla, contra *Arumaum*, aliosque statuo. Cum omnia, quæ inibi de Rege Romanorum habentur, de Imperatore intelligenda sint, non alio, ut contextus hinc inde probat. NEC OBSTANT verba. *quotiescunque & quandocunque d.c.* 1. quæ, indefinita cum sint, indefinitè interpretor, nec tantũ ad mortis refero tempora. hoc est, ut loquitur textus *d. Aurea Bulla. c.4.§.2. & c.5. infra,* quoties & quãdo

f Sacrum

Sacrum vacare contigit Imperium, *vvan es ledig ist, oder ledig vvird*, toties & tunc Romanorum eligi poterit Rex. Vacare autem tunc demum dicitur Imperium, quando Imperator amplius non existit, seu quãdo capite suo viduatur Imperium. Quo sensu in Iure nostro vidua marito orbata, vacans dicitur *l. qui cœtus.* 5. §. 2. *ff. ad L. Iul. de vi publ.* Et vacuum id, quod à nemine detinetur, seu possidetur. c. 7. *A. B.* §. 3. Bart. *in l.* 2. §. 1. *ff. de empt. & vendit. c. postquam. dist.* 50. *c. obeuntibus. dist.* 63. Quotiescunque itaque; & quandocunque Imperium vacare contigerit, *hoc est*, sive Imperator mortuus sit, sive propter inhabilitatem aliam remotus, sive quando Imperium renunciaverit, toties Rex Romanorum eligi poterit. AT hoc nostro casu, quando Imperatori quasi coadjutor & vicarius aliquis adjungitur, Imperium vacuum non est. Quibus ita formatis, & SECVNDA *Arumæi* concidit RATIO. Nam vacuum & tunc Imperium, quando Wencеslaus erit & Adolphus exauctorati. AD TERTIVM *respondeo*, Quotiescunque necessitas, (adde, vacante Imperio) emergit, Romanorum Rex eligi debet; AT hæc necessitas eo non contingit casu, quando Imperator plurium regnorum Regimine implicatur. Sanè nulla hîc necessitas, Regem Romano-

manorum eligendi, emergit; aut si ulla consequentiæ tantum emergit. Scilicet, ut si velint, Imperatorem eum, qui variis Regnorum administrationibus implicatus, esse & persistere, pro commodo & bono Imperii regimine lucubrantes, cogantur ipsi Romanorum adjungere Regem. Quod si nolint, Imperatorem extra Imperium aliis suis in Regnis versari, ille aut à se deponere Imperium, aut quod facilius, vicarios potius illis in Regnis constituere debebit, quam in Imperio, quod, ut reliquis præstantia, ita & respectu anteferendum. Et ut distinctius progrediar. Carolus, Ferdinandus, aut alius quispiam, eo tempore, quo eligendus Imperator, alia obtinet Regna, *aut* tum temporis non obtinet, sed postea quam Imperator electus est, & Imperium administravit, nonnulla ei obveniunt Regna. PRIMO CASU, *aut* oneribus inservire potest, *aut* non potest, *vel* ratione habita multitudinis negotiorum &c. *vel* juramenti, quo Regnis adstrictus, & Imperio adstringendus. *Si potest*, frustranea est quæstio, de Rege Romanorum eidem adjungendo. *Si non potest*, iterum frustranea est quæstio, an ei adjungendus vicarius? cum ipse nec eligi in Imperatorem possit, *arg. cap. 2. Aureæ Bullæ. §. 2. ibi: qui ad hoc existat idoneus. c. super inordinata*

etiam. de præbendis. POSTERIORI Casu itidem, *aut* omnibus sufficiens est, *aut* sufficiens non est. *Si sufficiens*, non est quod de Electione Regis Romanorum simus solliciti. *Sin minus*, & Regna cum Imperio retinere cupidus. Hoc casu, cum Imperii jus tempore sit prius, eiusque præstantia major, huic ipse adesse, Regnis verò per Substitutum vel Vicarium præesse debet. *arg. cap. un. §. fin. ibi: hic finitur lex &c. lib. 2. tit. F. 28. leg. in operis 26. ff. locati. l. 2. C. qui potior in pignor.* Afflictus *ad. d. cap. un. arg. l. scio. 4. ff. conditio.* aut cum Electoribus agat, ut consensu & voluntate eorundem, Imperii habeat vicarium. Quod si obtinuerit, casus hic non necessitatis, sed voluntatis erit purissimæ. Idem si non obtinuerit, facto quid opus sit, suprà innuimus. QUARTUM collectionis aut connexionis firmitate destituitur, non enim sequitur, Carolus hoc vel illud peregit; *Ergo* ad præscriptum Aureæ Bullæ in quamplurimis sanè ab eadem recessit, ut ejusdem acta ab Historicis consignata testantur. Imò verò alia quoque plurima rectè confecit, Aureæ Bullæ capitulis non consignata. Quorsum & hoc, Electionem scilicet Romanorum, in se, nec in Wenceslai persona consideratam refero. Tantùm enim hactenus hoc demonstrare

volui,

volui, Aureæ Bullæ dispositionem de Rege Romanorum, qui Imperatori adjungitur Vicarius, exaudiendam minimè, non autem æquè & illud affirmandum duxi, talem salvis Imperii legibus & consuetudine, eligi haud posse. Restat nunc, ut ad principalis suprà à me motæ quęstionis membrum me conferam secundum, nempè *An dissentiente Imperatore Rex Romanorum eligi possit?* Sunt, qui exemplum & orationem Valentiniani Imperatoris pro ratione habent. Hic cum insignia Imperii accepisset, & milites clamarent, ut alterum sibi, veluti Imperii socium, adjungere vellet; me inquit, ad imperandum deligere, ô milites! penes vos erat; sed cum jam à vobis sim electus, consortem Imperii assumere, quem postulatis, non in vestra, sed in mea solum situm est potestate. Quin etiam vos, qui meo jam Imperio subjecti estis, conquiescere; me autem, utpote Imperatorem, quid agendum sit, considerare decet. Sozom. *histor. Ecclesiast. lib. 6. c. 6.* Reinking. *d. tr. l. 1. class. 3. c. 14. nu. 23.* scribit; Quod Rex eligi possit vivo imperatore, ita procedere puto, si imperator tali electioni consentiat: Si verò imperator reclamet, aliud dicendum est. Arumæus *d. l. th. 14. p. 97.* Si imperator dissentiat, Regẽ Roma-

norum eligi non posse, nisi, ut *pag.*100. adjicit, justa subsit causa. EGO, qui pro clypeo Capitulationē Imperatoriam hoc habeo in passu, ita statuo. Nunquam Regem Romanorum, sive consentiat, sive dissentiat Imperator, eligi posse, nisi justæ subsint causæ, indeque decisionis præcedentis inconvenientiam noto. Præterea & hoc moneo, Guicciardinum errare, quando putat, Regem Romanorum eligi non posse, nisi alter qui Imperii gubernacula tenet, à Pontifice fuerit coronatus. Vsus enim manifestò reclamat, & suspecta etiam Caninio *ad A.B.p. mihi.*74. hæc fuit sententia. Causas quod attinet, quæ ad electionem Regis Romanorum Electores impellere debeant, variæ esse possunt, & una non tradi regula, nisi generaliter utilitatem ponamus publicam. Carolus. *V.* dum de adjungendo sibi Romanorum laborabat Rege, has in medium adduxit, teste Sleidano *lib.*7. *p. mihi* 119. quia diversis ipse Regnis atque populis imperaret, neque posset continenter esse in Germania: quia turbulentus admodum esset & periculosus orbis Christiani, præcipuè verò Germaniæ, status, propter dissidium Religionis, propter vim atque potentiam Turcarum, propter nuper excitatam seditionem atque bellum rusticorum, &

quia per Imperium multa inofficiosè fierent ac minus obsequenter: Cumque Electores eundem frustra, ut in Germania persisteret, nec eandem desereret, rogitassent, tandem repugnante licet Saxone, pervicit Carolus, ut Ferdinandus frater Rex renunciaretur: Saxo autem & socii omnibus modis hanc electionem improbantes, à Cæsare desiderabant, ut si remoto Ferdinando, nihilominus ipsi opus videretur aliquo, tanquam coadjutore, ut tum de voluntate, consilioque Principum Electorum, Legem Carolinam interpretetur, & Edicto sanciat in perpetuum, ut quidem jure fieri debeat in hunc modum. Ne videlicet posthac unquam vivo Cæsare creetur Romanorum Rex, nisi primum Electores, & his adjuncti sex alii Principes Imperii judicent, ita fieri oportere; & cum apparebit ex usu Reipublicæ, ut tum Moguntinus collegas & sex reliquos Principes ad locum idoneum amplius deliberandi causa, conscribat: & ubi rem omnem diligenter expedierint, tum soli Principes Electores, & his adjunctus Bohemiæ Rex, creandi Regis potestatem habeant. Romanorum Rex vivo Cæsare creatus, uon suo, sed Cæsaris tantùm nomine Rempublicam administret, nec ullam sibi potestatem aut Imperium

quia per Imperium multa inofficiosè fierent ac minus obsequenter: Cumque Electores eundem frustra, ut in Germania persisteret, nec eandem desereret, rogitassent, tandem repugnante licet Saxone, pervicit Carolus, ut Ferdinandus frater Rex renunciaretur: Saxo autem & socii omnibus modis hanc electionem improbantes, à Cæsare desiderabant, ut si remoto Ferdinando, nihilominus ipsi opus videretur aliquo, tanquam coadjutore, ut tum de voluntate, consilioque Principum Electorum, Legem Carolinam interpretetur, & Edicto sanciat in perpetuum, ut quidem jure fieri debeat in hunc modum. Ne videlicet posthac unquam vivo Cæsare creetur Romanorum Rex, nisi primum Electores, & his adjuncti sex alii Principes Imperii judicent, ita fieri oportere; & cum apparebit ex usu Reipublicæ, ut tum Moguntinus collegas & sex reliquos Principes ad locum idoneum amplius deliberandi causa, conscribat: & ubi rem omnem diligenter expedierint, tum soli Principes Electores,& his adjunctus Bohemiæ Rex, creandi Regis potestatem habeant. Romanorum Rex vivo Cæsare creatus, uon suo, sed Cæsaris tantùm nomine Rempublicam administret, nec ullam sibi potestatem aut Imperium

arroget. Principes ac Ordines imperii non teneantur ei ulla fide vel jurejurando, nisi post mortem Cæsaris. Cum creabitur novus Rex, non aliter quam ex formula legis Carolinæ juretur, neque sit in Electorum potestate, formulam hanc immutare. Qui contra jusjurandum illud fecisse cõvictus fuerit, aut alioqui in gravem suspicionem venerit, neque se purgaverit, is omni jure Electoratus in perpetuum careat. Posthac ex eadem Principum familia, tres Reges ordine non creentur, vitandæ causa præscriptionis. Nullus creetur Roman. Rex, qui non sit ex aliqua Germaniæ Principum familia progenitus. Quæ lex Carolina sancivit de creatione Regis, ea neq; Cæsar, neq; Romanorum Rex mutet. Cum Electoribus apparebit, creandum esse Regem, necesse non habeant, hoc ante denunciare Cæsari, neq; Cæsari in eo casu liceat Episcopo Moguntino mandare, ut Electores convocet. Sed cum justis de causis videbitur, quibus oportet, Cæsare superstite Regem esse creandum, Moguntinus Francofurtum Collegas ad certum diem convocet: neque sit in ipsius potestate, Conventum alio in loco indicere, nisi Collegæ gravibus de causis permittant. Coronam, sceptrum & alia imperii ornamenta, Moguntinus à Norinbergicis minimè

minimè petat, nisi assentiantur Collegæ. Trimestre illud spatium, quod à denunciatione Principibus datur ut conveniant, non diminuat. Imperii enim & Reipublicæ plurimum referre, si fortè unus & item alter, tēpore exclusi absint. Interea dum Francofurti deliberant Electores, omnes alii excludantur. Si quid harum rerum violetur, tum Electores non teneantur, vel eò venire, vel permanere, & quicquid actum ibi fuerit, irritū habeatur; Neq; Cæsar, neq; Romanorum Rex in Italia, Gallia, cæterisve locis, Electorum insignia prçferri, nec officia sinat exerceri, nisi per Electores aut ipsorum legatos. Inaugurationem supremam Romanorum Rex non accipiat, nisi vel Electores, vel ipsorū adsint legati: neq, Cçsar, neque Romanorum Rex impediat, quò minus exterorum Regum atque Principū legati, veniant ad Imperii conventus, atque ibi sua proponant: hoc enim & adjus Gentium pertinere, & alioqui plenum esse humanitatis & officii. Nec Cæsar, nec Romanorum Rex, in causis Principum Imperii, singularem aliquam potestatem sibi sumat decernendi, sed legitimè sinat illas, quo loco oportet, judicari. Quæ ad Principum & Imperii decus, honorem atque salutem pertinent, quæque data fide servaturum se promisit Cæsar, ea

tueatur, & si quid contra factum sit, emendet, & lege caveat, ut, quicunque Romanorum Rex erit, eadem servet. Sleidan. *lib.* 8. *histor. pag.* 129. His ex conditionibus, quæ postea recepta fuerint, idem explicat Sleidanus *lib.*9.*p.*140. Legitimis porrò de causis riteque electus Rex Romanorum. I. fit perpetuus Imperii vicarius, si sequimur Thom. Michaël. *de jurisd. concl.*29. Cui tamen non ineptè contradicit Paurmeister, *de jurisd. Imp. Rom. lib.* 2. *c.* 5. *p.* 612. sed non lege, ut alii volunt. Nam in A. *B.* de hoc Romanorũ Rege altum silentium. Quod etiam voluisse videtur Saxo & socii apud Sleidan. *d. l.* 8. *p. m.* 129. *Im fall der erledigung deß Keyserthumbs, ein unzweiffenlicher rechter* Successor *unnd erwehlter Romischer Keyser. R. A. zu Augspurg de anno* 1559. *in pr. III.* Nominatur Caput Imperii, Vicarium puta, non ordinarium. *Reichs Absch. de anno* 1555. §. *Und im fall Keyserliche Mayestat, ibi: an statt Keyserlicher Mayt. R. A. de anno* 1564. §. *so underftunden sich. IV.* Absente & impedito Imperatore Imperium regit, & Iura Imperatoria exercet, Ordin. Cam. *part.* 1. *tit.* 1. §. *nemblich wollen die Rom. Keyserliche Mayt: als Rom. Keyser, oder im fall, daß Ihre Liebde und Keyser Mayt: nicht im Reich oder in der*

nahe

nahe vveren, Wir als Romischer Konig jederzeit den Cammer Richter. ibi: die Keyserliche Mayt: oder in dero abvvesen auß dem Reich vns jhres vorhabens. Id verò, An Imperatoria solum, an verò propria auctoritate faciat? quæstionis est. In priorem sententiam inclinarunt Civitates Imperiales, apud Sleid. *d. l.* 8. *p. m.* 124. dum responderunt: quam diu Cæsar aut vita superfit, aut si intra fines Imperii, omnem esse penes ipsum potestatem: absente autem illo, Rei summam ad Ferdinandum quidem venire, sed tanquam nomine & loco Cæsaris: Et apud eundẽ *d. l. pag.* 129. inter conditiones, à Saxone procreando Regi Romanorum prolatas, & hæc erat: Romanorum Rex, vivo Cæsare creatus, non suo, sed Cæsaris tantum nomine Rempubl. administret, nec ullam sibi potestatem, aut Imperium arroget: Principes ac Ordines Imperii non teneantur ei ulla fide, vel jurejurando nisi post mortem Cæsaris. Hocque comprobare videtur Capitulatio Rodolpho. II. Regi Romanorum, superstite parente Maximiliano II. præscripta, ubi habetur: *Wir sollen vnnd vvollen Vns auch keiner Regierung noch* Administration *im Heiligen Romischen Reich vveiters, oder anders underziehen, dann so viel vns dessen von Keyserlicher Majestat.*

vergon-

vergonnet vnd zugelassen vvird: daß vvir auch Ihrer Keyserlichen Majestat die zeit jhres lebens an jhrer hoheit vnd vvurden deß Keyserthums kein jrrung oder eintrag thun sollen vnd vvollen. Verum, quicquid sit, scribunt tamen, hoc non usquequaque observatū fuisse, & constare hoc ex Rescriptis variis & declarationibus Ferdinandi, quibus inserta verba: *Vnd fur vns selbst vnser gnediger befehl.* Hadrian. Gilman. *tom.* 1. *p.* 2. *vol.* 8, *p.* 56. *& seq.* Muscul. *d. l. num.* 98. *R. A. zu Speyer de An.* 1542. *§. So hat dem allē nach, an statt vnd im nahmen Keys. M. vnd fur vns selbst & §. Hierumb vnd die vveil. & §. Damit solches alles R. A. zu Augspurg An.* 1555. *§. So sich dann.* Et complura alia Recessuum loca evincunt; vnum & alterum tantum observavi, queîs Ferdinandus ab hoc more recessit. *Primus* est in *R. A. de Anno* 1542. *§. Vnd damit die zeit.* ibi: *so haben vvir an statt vnd im nahmen der Keys. Majest. den fridstandt &c. erstreckt vnd prorogirt. Alter verò in R. A. de Anno* 1557. *§.* 1. ibi: *haben vvir in nahmen vnd an statt der Rom. Keys. M. ein andern Reichstag bestimpt vnd angesetzt.* Hisce consimiles pauci dabuntur textus, sed priorum infiniti, & cum iisdem alii, quibus Ferdinando adscripta, *Konigliche macht vnd Vollkommenheit R. A. zu Speyer.*

Speyer. de Anno 1542. *§. Wurde sich aber* [*je*]*mandt*, ibi: *von Rom. Keys. vnd Konig*[*li*]*cher macht vnd Vollkommenheit. & §. Hierumb vnd dievveil. R. A. zu Nurmberg. d. An.* 1542. *§. Vnd damit aber das* [*e*]*inziehende. R. A. zu Augspurg An.* 1555. *§. Wir setzen, ordnen vnd vvollen.* Praeterea Majestatem eidem attributam lego. *R. A. zu Speyer de Anno.* 1544. *§. Vnd damit nun dieser &c. zu Augspurg. de Anno.* 1548. *in pr. subscriptionem.* ibid. *Rom. Koniglicher M. Cammerer.* Idem factū in *Cadavischen vertrag*, ubi aliquoties Ferdinādo Majestatis adscribitur titulus & dignitas. Huic affinia sūt quod Regi Romanorum, *l.* liceat Nobilium dignitatum conferre titulos. *R. A. de An.* 1548. *§. Wievvol auch in der Ringerung* [*s*] *handlung*, ibi: *daß die Graffen vnd Herren, so kurtzlich jhre digniteten erlanget, sollen* in recognitionem praeminentiae, *so sie von vns, vnserm freundtlichen lieben Bruder dem Romischen Konige empfangen.* II. Confirmare Academias seu Vniversitates literarias: Ordinat. Camer. *part.* 1. *tit.* 3. *§. Deßgleichen.* III. Banno Imperiali noxios subjicere: *Keyserlicher Landfried zu Augspurg auffgerichtet. An.* 1548. *tit. von auffgerichtem Landsfrieden. §. Vnd ob jemandt.* Bannum suspēdere. *R. A. zu Speyer de An.* 1544. *§. Vnd sollen*

Speyer. de Anno 1542. §. *Wurde sich aber jemandt*, ibi: *von Rom. Keyss. vnd Koniglicher macht vnd Vollkommenheit.* & §. *Hierumb vnd dievveil. R. A. zu Nurmberg. d. An.* 1542. §. *Vnd damit aber das zuziehende. R. A. zu Augspurg, An.* 1555. §. *Wir setzen, ordnen vnd vvollen.* Præterea Majestatem eidem attributam lego. *R. A: zu Speyer de Anno.* 1544. §. *Vnd damit nun dieser &c. zu Augspurg. de Anno.* 1548. *in pr. subscriptionem.* ibid. *Rom. Koniglicher M. Cammerer.* Idem factũ *in Cadauischen vertrag*, ubi aliquoties Ferdinãdo Majestatis abscribitur titulus & dignitas. Huic affinia sũt quod Regi Romanorum. *l.* liceat Nobilium dignitatum conferre titulos. *R. A. de An.* 1548. §. *Wievvol auch in der Ringerungs handlung*, ibi: *daß die Graffen vnd Herren, so kurtzlich jhre digniteten erlanget, solten in* recognitionem præeminentiæ, *so sie von vns, vnserm freundtlichen lieben Bruder dem Romischen Konige empfangen. II.* Confirmare Academias seu Vniversitates literarias: Ordinat. Camer. *part.* 1. *tit.* 3. §. *Deßgleichen. III.* Banno Imperiali noxios subjicere: *Keyserlicher Landfried zu Augspurg auffgerichtet. An.* 1548. *tit. von auffgerichtem Landtfrieden.* §. *Vnd ob jemandt.* Bannum suspẽdere. *R. A. zu Speyer de An.* 1544. §. *Vnd sollen*

sollen die Goßlarischen Bannum mutare in mulctam, *die bestimpte Pan deß Landfriedens in eine Geltpan zuverendern. Keys. Landtfriedens de Anno* 1548. *tit. von gevvalt daß Cammergerichts*, atquè à banno absolvere. *R. A. zu Speyer de Anno* 1542. §. *Die Keys. May. vnd vvir. R. A. zu Speyer, de Anno.* 1544. §. *Wir vnd vnser freundtlicher lieber Bruder. Landfried. de Anno* 1548. *tit. Welche vmb friedbruchs vvillen in die Acht komē.* Quæ tamen omnia ad casum absentiæ Imperatoriç refero, quod & ratio ipsa, & *dd. ll.* allegata requirunt. Illud sanè in propatulo est, Regem Romanorum multis variisque in notis, longissima differentia ab Imperatore discerni, ut hactenus dicta exprimūt. Quibus annecto *I.* quod in insigniis suis Aquilam tantum simplicem, nec ut Imperator duplicem, aut bicipitem habeat positam: Freher, *ad Petr. de Andlo lib.* 2. *c.* 5. Vlyss. Aldrovandus *vol.* 1. *ornitholog. p.* 81. *II.* Quod Imperator, semper Augustus, Rex Romanorum Augustus tantum dicatur: *liber de pace constantiæ. &c. in pr. feudalibus adjectus sanctionibus. III.* Quod Imperator, Regi Romanorum tribuat saltem titulum *Seiner Lieben. R. A. zu Speyr. Anno* 1544. §. *Vnd dievveil aber vvir*, Rex autem Romanorum, Imperatori adscribat quando-

quandoque Majestatem solam. *R. A. zu Speyer. de Anno* 1542. §. *Damit auch solche Ordnung.* Quandoque *Liebden vnd Majestet* conjunctim. *Ordinat. Camer. part.* 2. *tit.* 7. *IV.* Rex Romanorum Imperatorem Dominum suum appellitat. *R. A. de Anno* 1555. §. *Solches alles vnd jedes, vvie obgeschriben.* ibi: *Keyserlichen Mayt: vnsern lieben Brudern vnd Herren. R. A. de Anno* 1559. §. *Alß sich dann auch bißhero.* vbi Ferdinandus fratrem jam dudum mortuum, Domini ornat titulo &c. Idem Ferdinandus, apud Hordleder. *lib.* 1. *de causis belli German. c.* 23. *p.* 94. (vbi tamen paulò infra, iisdem in literis, quibus Imperatorem Dominum & fratrem appellitaverat, vocabulo *Seiner Liebden*, compellat) Imperator Carolus V. Ferdinandum Regem Romanorū simpliciter quandoq; fratrem appellavit. *Vnsern freundtlichen lieben Bruder. d. d. Recess.* Videatur *Reinking. d. tr. lib.* 1. *class.* 3. *c. ult. n.* 56. *& seqq.* variatum tamen in uno atque altero horum, sæpius deprehendi. Quicquid vero sit, Imperator à Romanorum Rege, reverentiæ potius intuitu, quam jurisdictionis, Dominus vocatur. Nolden *de Nob. c.* 2. *n.* 46. A jurisdictione enim Cæsaris exemptus coram Palatino Comite conveniendus, Noldenio *d. l. numer.* 41. videtur, quicquid

quandoque Majestatem solam. *R. A. zu Speyer. de Anno* 1542. §. *Damit auch solche Ordnung.* Quandoque *Liebden vnd Majestet* conjunctim. *Ordinat. Camer. part.* 2. *tit.* 7. *IV.* Rex Romanorum Imperatorem Dominum suum appellitat. *R. A. de Anno* 1555. §. *Solches alles vnd jedes, vvie obgeschriben.* ibi: *Keyserlichen Mayt: vnsern lieben Brudern vnd Herren. R. A. de Anno* 1559. §. *Alß sich dann auch bißhero.* vbi Ferdinandus fratrem jam dudum mortuum, Domini ornat titulo &c. Idem Ferdinandus, apud Hordleder. *lib.* 1. *de causis belli German. c.* 23. *p.* 94. (vbi tamen paulò infra, iisdem in literis, quibus Imperatorem Dominum & fratrem appellitaverat, vocabulo *Seiner Liebden*, compellat) Imperator Carolus V. Ferdinandum Regem Romanorũ simpliciter quandoq; fratrem appellavit. *Vnsern freundtlichen lieben Bruder. dd. Recess.* Videatur *Reinking. d. tr. lib.* 1. *class.* 3. *c. ult. n.* 56. *& seqq.* variatum tamen in uno atque altero horum, sæpius deprehendi. Quicquid vero sit, Imperator à Romanorum Rege, reverentiæ potius intuitu, quam jurisdictionis, Dominus vocatur. Nolden *de Nob. c.* 2. *n.* 46. A jurisdictione enim Cæsaris exemptus coram Palatino Comite conveniendus, Noldenio *d. l. numer.* 41. videtur: quicquid

quid etiam contra dubitet Buxtorff. *ad. A. B. conclus.* 7.

III.

VICARIORUM IMPERII ORIGO & POTESTAS.

Vicarius propriè is est, qui vices alterius sustinet, & ordinario opponitur. Horum quot olim publica pro salute imperii excubuerint, ex notitia Romani imperii, ac Cuiac. in *parat. cod. tit. officio vicarii*, cognoscere licet. Postquam cum Germanico Regno Romanum imperium coaluit, & unam in massam corpus redactum fuit, vicariorum alia longè apparuit facies, hodieque conspicua est. Illud observare licet, imperii nostri vicarios aut esse & dici. I. Generales & Speciales. Dominos de la Scala fuisse reperio generales imperatoris & imperii sacri vicarios Veronæ & Vincentiæ, in diplomate Sigismundi imperatoris *de officio vicarii generalis.* apud Goldast. *tom.* 1. *constit. Imper. p.* 395. Imperator Carolus IV. cum Anno 1378. in Galliam transiisset, Regis in gratiam primogenitum ejus, quem Delphinum vocant, constituit Vicarium imperii generalem Regni Arelatensis, voluitque

luitque hoc extendi ad tempus usque vitæ. Eundem similiter fecit Locum-tenentem & generalem suum vicarium Delphinatus, *& luy donna* ut Gallica sonant verba libelli, cui titulus *entreveue de Charle IV. Empereur et de son fils Wenceslaus Roy des Romains & de Charle V. Roy de France p.* 114.) *& bailla le Chasteau de Pompet sur Vienne, & une autre maison, & la dicte ville appellée chamaux.* Hujus tituli vicarii generales, & alibi quoque mentionem fieri, memoria teneo illibata, & in promptu habeo Glossam in *Clementina*, quæ de Ecclesiis, *de offic. vicar.* nec non Roberti istius exemplum, qui à Clemente V. Pontifice creatus fuit Comes Romandiolæ, & generalis Ecclesiæ vicarius, contra Henricum Lucelburgensem. Arnisæus *de jure majestat. lib.* 1. *cap.* 5. *pag.* 127. Pontifex Urbanus IV. manum alieno admovens juri, legitur Carolum Andegavensem Regem coronasse Siciliæ, & Vicarium generalem imperii per Italiam constituisse, exemplo plane novo, originemque ex discordia, bellis, atq; interregno trahente. His enim animati Pontifices Vicarium imperii constituerũt, *qui n'estoit pas un Empereur, car il faisoit son sejour dedãs l'Allemaigne mais un procureur absolu, qui pouvoit disposer des biens qui restoient de*

 l'Empi-

luitque hoc extendi ad tempus usque vitæ. Eundem similiter fecit Locum-tenentem & generalem suum vicarium Delphinatus, *& luy donna; ut Gallica sonant verba libelli, cui titulus: entreveue de Charle IV. Empereur et de son fils Wenceslaus Roy des Romains & de Charle V. Roy de France p. 114.) & bailla le Chausteau de Pompet sur Vienne, & une autre maison, & la dicte ville appellee chamaux.* Hujus tituli vicarii generales, & alibi quoque mentionem fieri, memoria teneo illibata, & in prompto habeo Glossam *in Clementina*, quæ de Ecclesiis, *de offic. vicar.* nec non Roberti istius exemplum, qui à Clemente V. Pontifice creatus fuit Comes Romandiolæ, & generalis Ecclesiæ vicarius, contra Henricum Lucelburgensem. Arnisæus *de jure majestat. lib. 1. cap. 5. pag. 127.* Pontifex Vrbanus IV. manum alieno admovens juri, legitur Carolum Andegavensem Regem coronasse Siciliæ, & Vicarium generalem imperii per Italiam constituisse; exemplo plane novo, originemque ex discordia, bellis, atq; interregno trahente. His enim animati Pontifices Vicarium imperii constituerũt, *qui n'estoit pas un Empereur, car il faisoit son sciour dedãs l'Allemaigne mais un procureur absolu, qui pouvoit disposer des biens qui restoient de*

l'Empire en Italie: Estienne Pasquier des recherches de la France l. 7. c. 53. p. 919. Quod ut maximè imperatores iniquo ferrent animo, attamen nonnihil tempori inservire coacti, illud retinuerunt, ut hoc modo constitutus à Pontifice vicarius, ab ipsis confirmaretur. Ita An. 1285. Honorius IV. Pinzivallum Fliscũ, Genuensem, imperii vicarium per Italiam abs se constitutum ad Cæsarem, ut ab ipso confirmaretur, misit. Rudolphus verò etsi Põtificem hoc juris usurpare non satis æquo animo pateretur, ne tamen novi alicujus motus ansam præberet, Fliscum confirmat quidem, sed nullis Germanorum copiis auctum in Italiam remittit. Gerhard. de Roo *lib. 1. annal. Austriac. p. 38.*

II. Vicarii in imperio nostro *alii* sunt unius tantũ Provinciæ, *alii* plurimarum, *alius* denique totius imperii. Totius imperii Vicarius is est, quem supra Regem Romanorum diximus. Vicariorum unius vel alterius provincię exempla sunt varia: quæ antequam adducamus, sciendum est, horum nonnullos perpetuos imperii dici vicarios, vel quod eorũ familiæ perpetuò hicce titulus, & quod eidem connexum est jus, cohæreat radicatus, vel quod perpetuo, hoc est, sine diei & temporis certi pręfinitione ipsi hac potestate sint donati. Hugo Marchio Brandenbur-

denburgensis fuisse dicitur vicarius imperii in Thuscia & Hetruria, sub annum 997. apud Goldast. *tom.* 1. *constit. Imper.* Austriacorum, qui est Princeps Belgarũ, simul est perpetuus sacri imperii per universam Frisiam vicarius. Quam dignitatem sibi & posteris acquisivit, à patre Friderico III. Imperat. Cæsar Maximilianus, si fidem habemus Guicciardino *in descriptione Belgii. p.* 173. Carolus IV. Amadeum VI. Sabaudiæ Ducem, Vicarium imperii intra suas ditiones, hoc est, Sebusiano Ducatu & Subalpinæ regionis Principatu constituit: Paradinus *hist. l.* 1. *cap.* 26. *& lib.* 2. *cap.* 14. Hacque potestate cum titulo ejusdem usi sunt successores; videatur Socinus *responsf. juris* 4. *vol.* 3. Iason *responsf.* 227. *lib.* 2. Castrensis *responsf.* 196. Marta *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 33. *num.* 72. Insubrum ac Mantuano Ducibus, titulum Vicarii imperialis tribui annotavit Choppinus *de doman. Franciæ. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 3. *p.* 94. *In Keyser Sigismundts* Reformation. *c.* 20. apud Goldast. *tom.* 2. *der Reichssatz. p.* 136. ita reperio cautum: *Man sol ordnen, daß seyen vier* Vicarii *deß Reichs, da ein jeglicher deß Reichs gevvalt haben soll, vnd ein Paner von dem Heil. Reich inhab, die sollen sitzen in den vier Theilen der Christenheit. Als ein Furst in Oesterreich in einem*

nem Theil; ein Herr von Meylandt in dem andern Theil; ein Herr von Saphoy in dem dritten Theil; ein Herr von Burgund in dem viertenTheil. Wann stoß oder mißhellung von Herren oder Stetten jrgendt auffstunden, das sol fur sie gebracht vverden. Palatinus imperii Vicarius est in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico *d. c. 5. A.B. in pr.* Quousque autem hæc se extenderunt, cum hodie quodam modo obscurum sit; operæ pretium erit audire Goldastum *in derVorrede der Reichssatzungen. p. 291. Dann der Key. hohen Reichs-Pfaltz in Schvvaben, seind vntervvorffen gevvesen, nicht allein derRothvveilisch Hoffgerichts Circkel mit seinen Creyssen. Wie die bestimmet vnd determiniret seyn in der alten Hoffgerichts Ordnung erstes theils tit. 6.* In Maximiliani I. *Ordnung in pr.* in Maximiliani II. *ernevverter Ordnung im 2. theil tit. 1. vvelches Hoffgerichts Oberster Reichs Richter ist der Churfurst am Rhein. dardurch der Pfaltz-graff verstanden vvirdt, das ist gantz Schvvaben vnd Francken, darzu gehorig der Thonavvstrom, bis an die Vngarischen Grentzen, mitTyrol, Carnthen, Beyeren, Oesterreich, der Rheinstrom von seinem vrsprung vnd anstoß der Lombardischen Grentzen, hinnab bis an dasBritanisch Meer, mit Bundten, Schvveitzerland,*

land, Wallis, Saphoy, Burgund, vnd baß in dem Arelatischen Reiche hervvaert deß Rhodani: item Lothringen, der gantze Teutsche Rhein, mit allen Chur: vnd Furstenthummen, Stett vnd Herrschafften, samt allen Niderlanden. Das ist, tota Alemannia, & tota Francia Orientalis. Fuit olim tempus, quo in imperio hæc tria in usu erant jura, Romanum, Longobardicũ & Salicum; & ferebat tum consuetudo, ut de Italia testatur Sigonius *lib.8. de Regno Italiæ, in vita Henrici I. p. m.* 188, út omnes ederent, qua quisq; lege vivere vellet, Romana, Longobardica, an Salica? Cõtingere hac in libertate poterat, ut pater alia, alia successor, alia maritus, alia uxor viveret lege. Nostro ex Aureę Bullę loco itidem notarunt alii, fuisse quoque tempus, quo duplici jure imperium fuerit usum, Franconico (quod fortassis idem est cum illo, quod Suevicum dicitur) & Saxonico. Quod dum generaliter accipiunt, quasi totum Regnum Teutonicũ hisce sub juribus vixerit, recte exinde inferre videntur, totum hoc Regnum sub Vicariatu Saxonis & Palatini esse, certis inter utrumque distinctum limitibus: Richardus Dieterus *de majest. conc.* 21. Thomas Michaël *de jurisd. conclus.* 29. Freherus *de orig. Palat. l.* 1. *c.* 15. Besold. *de reg. success. l.* 3. *disc.* 3. *th.* 5. Buxt. *ad A. B. conc.* 58.

Quando verò ulterius manum extendunt, & non solum totius Teutonici Regni prædictos Vicarios constituunt, verum etiam totius imperii, atque adeò etiam Italiæ, non video, quantum ipsi proficiant. Etenim quis fando unquam percepit, Italiæ istas, quę ad imperium jure pertinent, Provincias, jure aut Saxonico usas, aut Suevico seu Francico? Non enim, ne quis modo allegatum Sigonii mihi objiciat locum, Longobardicũ cum Saxonico, nec Salicum cum Suevico seu Francico jure idem per omnia est. Ac prætęrea Germanica *A. B. d. c.* 5. verba, Francici juris nullam mentionem inferunt: tantum habent, *in Landen am Rhein, in Schvvaben vnd Francken.* Ac quis eò retulerit Italiam? Ergò hic quoque verum erit, neminem vicariatum, ultra territorium, in quo jus Vicariatus ipsi concessum, extendere posse *c. cum nobis. de offic. vicarii.* Ajunt illi, absurdum videri esse, quem sub imperio vel imperatore, non tamen sub hujus Vicariis, Vicarios repræsentare, & surrogatos esse in locum imperatoris, ideoque ejusdem cum eo naturæ, arg. *l. 8. §. 5. C. de rei uxor. action. §. fuerat. 30. Instit. de action.* Cum autem imperator in omnes imperii Provincias agat, suumque exerceat munus, idem quoque ejus licere Vicariis:

tariis: nullam verisimilem posse exhiberi rationem, quæ primum hujus privilegii Vicariatus datorem movere potuerit, ut non omnibus ex æquo imperii Provinciis, per Vicarium prospectum voluerit. Quibus, si placet, & hoc addi poterit, quod si tantum per Regnum Teutonicum Vicariorum hæc se extenderit potestas, non rectè eosdem Provisores aut Vicarios imperii dictos, sed Regni dicendos. Hæc & alia apud me tantæ non sunt auctoritatis, ut à semel concepta opinione me valeant disjungere. Etenim quando mecum perpendo, parentibus licitum esse, uni vel duobus liberis suis tutorem dicere, tertium sine tutore relinquere, *l. 16. §. 2. l. 23. §. 1. ff. de testament. tut.* nulla exinde emergente absurditate, in id proclivis sum, imperatorem, tanquam patrem patriæ, uni Provinciarum imperii Vicarium, Provisorem aut tutorem constituere posse, alteram sine tutore relinquere citra ullam absurditatis suspicionem. Quemadmodum præterea parens vivus omnes liberos (ita enim formamus exemplum) sua habet sub potestate, nec tamen necessario, prædicto casu, omnes illi, ejus post mortem, Vicariorum à patre constitutorum (sunt enim tutores reverà Vicarii quidam patrum. Anton. Faber *in jurisprudent. Papin.*

 titul. 11.

titul. 11. part. 1. Wesenbec. *ad §. 3 numer. 3. Institut. de Attil. tut. & al §. 1. Institut. de tutel.*) subeunt curam quia omnibus Vicarios non constituit: ita in imperio, ut maximè vivus imperator, omnes sub se habeat Provincias, cum omnibus post mortem Vicarios non constituerit, nonnullæ tantum, non omnes, sub Vicariorum erunt provisione: At, inquies, licet non absurde, improbe tamen, & minus ex naturali parentum affectione, agunt illi, qui æqualem liberorum non habent curam. *Novella Leon. 19. circa fin.* Non nego, paritatem affectionis in parentibus erga liberos præsumi, *arg. d. l. 16. in pr. & §. 1. ff. de testamen. tutela.* at non propterea esse. In nostro autem casu eam & esse quoque, nec diversam affectionem imperatorem erga imperii Provincias animatum, ut unam Vicariis curandam transscripserit, alterá sine Vicario reliquerit, liquide apparet. Nam Lombardicum quod attinet Regnum, & bonam Italiæ partem imperio subditam, perpetuis subjecit Vicariis, qui eam sine interruptione, nec habito ad mortem aut vitam imperatoris respectu, curant & moderantur. Regnum vero Teutonicum Vicariis consignavit aliis demum post mortem, vel absentiam suam. Cumque utrique horum speciales, ratione Provin-

ciarum sibi concreditarum, existant, conjunctim tamen sumpti totius imperii vicariatum gerant, imperium quidem totum priori sensu sub unius aut alterius Vicariatu non erit, erit autem sub omnium. Omnes ergo & quilibet præterea eorum, imperatoris sustinebit vices, modo, quem prædiximus, titulo æquali Vicariorum imperii. Ille enim, qui Lombardicum suo sub Vicariatu tenet Regnum, imperii Vicarius per illam Imperii partem est, æque ut illi, qui Teutonici Regni provisores sunt, imperii provisores, à quo ad hoc constituti dicuntur, existunt. Nostra denique si respicimus tempora, Vicariatus Italiæ tantæ considerationis non est, ut erat florido imperio, quippe ille, qui se Christi vicarium prædicat, partim ibi præses est, partim alii, qui privilegiis & contractibus ab imperio se emancipatos contendunt. De Saxonico Electore, Auream Bullam eum vicarium constituere, ea per loca, ubi Saxonica servantur jura, hinc à Doctoribus in quæstionem vocatur. Quid hodiè respondendum sit iis de provinciis, in quibus olim jus Saxonicum observatum, hodiè vero abrogatum noscimus. Sed hoc tenendum est, sufficere prætactis in provinciis olim jus Saxonicum, tempore scil. A. B. fuisse servatum, licet ad

hæc non uſque conſervatum tempora. Ea enim abrogatio juri alteri quęſito iniqua eſſe haud potuit. arg. *l. 5. fin. ff. de pact.* Nec juris Saxonici obſervantia cauſa eſt, quam propter Vicariatus eas per provincias Saxoni fuit concreditus, ſed demonſtrationis ergò tantum adjicitur, Arum. *diſc. 3. ad A. B. th. 29.* quæ, ſi verbis ad tempus præſens relatis uti voluerimus, ita evidentiſſima erit, ut dicamus, Saxonem imperii vicarium eſſe illis in locis, ad imperium pertinentibus, ubi Saxonica jura ſervantur, & ubi tempore conditæ Aureæ Bullæ, fuerunt obſervata. Nec multum, quoad hoc ipſum, ut vides, intererit; ſive cum Ingolſtadienſibus *in Conſil. 22. n. 54. vol. 5. varior. ICtor. German.* ſtatuas, jus Saxonicum ex parte, in Marchionatu Brandenburgenſi & Bremenſi, vigere: ſive hanc aſſertionem in multis falſam deprehendi dicas, cũ Gœd. *conſil. Marpurg. 32. n. 186. vol. 3.* & cum Cothmanno *conſil. 27.* ad Ducatum quoque Megapolitanum idem extendas, quod nullum dubium ſit, quin imperii LL. iſtos uti cenſeri debeat, cum immediatè ab imperio ſint, donec probetur, ſpeciale aliquod jus in illis obtinere receptumque eſſe. *l. 1. ff. de R. l. l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Vt tamen in aliis habeas, ſequi quod poſſis, ecce quod Anton.

... Colerus de jure imperii Germ. ſed. ... ſcripſeris: Optime colligimus ex ... tatione cujuſque provinciæ, in quibus ... omnino diſponi debebat, quodnam ... in dubio ſequi debeant ſubditi, vel ... ſua quotidiano. Sic enim Brunſui... ... quod attinet, in confirmatione imperatoris Ferdinandi, quæ præfigitur der Fürſtlichen Braunſchweigiſchen Hoffgerichts Ordnung. §. Wiewohl, itē. Daß ein ſchleunig unpartheyiſch. und den gemeinen beſchriebenen Rechten gleichförmig recht, mitgetheilet werde, cautum eſt. Deinde idem ipſa ordinatio ſtatuis clare conſtituit tit. trigeſimo ſecundo, circ. fin. den gemeinen geſchriebenen Keyſerlichen Rechten zu reguliren. Et denique titul. 66. §. Es ſoll aber, dicitur: Daß das Sächſiſche Recht im Braunſchweigiſchen Land ſtatt hab. De Brunſuicenſi Ducatu pluribus agit Knichen. de. pact. inveſtitur. p. 1. c. 1. num. 43. & ſeqq. quo loco licet n. 122. cum ſeqq. Die Braunſchweigiſche Hoffgericht: Ordnung, reſtringat ad ſpeciales, eaſque de quibus loquitur, ſcilicet guarandam & leuterationem, ut in iis jus Saxonum ſit ſublatum; & generaliter etiam in materia proceſſus: tamen rationes ſubjectę à D. Iulio id non admittunt, & Knichenio opponimus id, quod dicit in commentario Iur. Saxon.

Ius

ton. Colerus de jure imperii Germ. *sect.* 64. scripserit: Optime colligimus ex ordinatione cujusque provinciæ, in quibus hoc omnino disponi debebat, quodnam jus in dubio sequi debeant subditi, vel etiam usu cotidiano. Sic enim Brunsuicenses quod attinet, in confirmatione Imperatoris Ferdinandi, quæ præfigitur *der Furstlichen Braunschvveigischen Hoffgerichts Ordnung.* §. *Wievvohl,* ibi. *Daß ein schleunig vnpartheyisch. vnnd den gemeinen beschriebenen Rechten gleichformig recht, mitgetheilet vverde,* cautum est. Deinde idem ipsa ordinatio fratris clare constituit *tit. trigesimo secundo, cir. fin. den gemeinen geschriebenen Keyserlichen Rechten zu* reguliren. Et denique *titul.* 66. §. *Es soll aber,* dicitur: *Daß das Sachsische Recht im Braunschvveigischen Land statt hab.* De Brunsuicensi Ducatu pluribus agit Knichen. *de. pact. invest. p. 1. c. 1. num.* 43. *& seqq.* quo loco licet *n.* 122. *cum seqq. Die Braunschvveigische Hoffgerichts Ordnung,* restringat ad speciales, easque de quibus loquitur, scilicet guarandam & leuteratio-nem, ut in iis jus Saxonum sit sublatum; & generaliter etiam in materia processus: tamen rationes subjectę à D. Iulio id non admittunt, & Knichenio opponimus id, quod dicit in commentario Iur. Saxon.

Ius ſpeciale, quale Saxon. alios non ligare, niſi quatenus uſu ſit receptum, Surd. *conſil.* 48. *numer.* 11. Menoch. *conſ.* 4. Quomodo igitur, *ais*, pronunciandum eſt in Ducatu Brunſuicenſi? Reſp. non ut Ingolſtadienſes ſentiunt, nec ut Heidelberg. Knichen A. C. 1587. reſpondit *ex jure Saxon.* ſed regulariter ex jure communi civili, niſi conſuetudo forte præſumitur, ſed à parte ea, quæ allegat, probari debet *l.* 1. *C. quæ ſit longa conſuetudo:* Menoch. *conſil.* 37. *n.* 92. *& conſil.* 75. *n.* 60. *conſil.* 54. *n.* 67. & Weſenbec. *in parat. de LL. n.* 9. ubi docet, quomodo probanda ſit conſuetudo. De Luneburgéſi vide *Pfeil. conſil.* 83. *n.* 6. *cent.* 1. & Knich. *d. c.* 1. *n.* 4. ubi dicit Ducatum Luneburgenſem & Brunſuicor. eodem jure uti: & *n.* 87. quo concludit, Ducatum Luneb. Saxon. radicari, & proinde eodem jure uti. Sed ut dixit, ex conſuetudine, quæ forte ex jure Saxonico originem traxit, hæc dependent. De Mechelburgo Cothman *conſil.* 27. *&* 28. *vol.* 1. ubi de Pomerania adducit hęc Hartm. Piſtor. *inter pr. juris Saxon.* ex quadam Epiſt. verba: *Ich vveiß nicht anders, als es ſey das* jus Saxonicum *in Mechelburg vnnd Pommern abrogirt vnnd auffgehaben.* Sed ad rhombum. Aliquoties hactenus Hiſtoricorum notavi deſidiam, quæ in ſcripta relatis leviori-

[...]ribus nonnullis, ea, quæ gravioris æ[...]ſtimationis erant, immaturo tranſmiſit ſilentio. Eandem circa originem Vicariatus [...], ut & authorem Privilegii Palatino competentus, reitero cantilenam. Freherus *lib.* 2. *ad Petrum de Andlo cap.* 10. perhibet, Vicariatum Palatini fundamenta admodum habere vetuſta, ex jure præfecturæ Palatii veteris, ſive majoratus domus, apud Francorum Reges uſitato. Buxtorffius diſſertat. *ad A. B. concluſ.* 56. vetuſtius exemplum haud proſtare arbitratur illo, quod Aventinus *l. ſeptimo Annal.* habet, & Cruſius in *lib.* 3. *annal. Suevic. part. tertia.* retulit, poſt mortem Rudolphi *I.* ait, antequam Regnum Romanorum accepiſſet Adolphus, interrex erat Ludovicus Palat. Rheni, ſicut in Germania moris eſt, quamdiu ea eſt capite orbata, præfectum prætorio Rheni, Ducemque Bojorum interregem eſſe, atque imperii munia obire. Knich. *de Saxon. non provo. jure verb. electorum. cap.* 1. *numer.* 121 ſcribit, ante Ottonem tertium Palatinos Rheni Comites Vicariatum prometuiſſe. Hæc omnia uti incertos adhuc nos relinquunt, & hæſitantes, quid de origine Vicariatus credendum ſit, ita tamen ex parte in eo nos firmant; etiam ante Bullam Auream hoc privilegium Palatinatui compe-

vioribus nonnullis, ea, quæ gravioris armaturę erant, immaturo transmisit silentio. Eandem circa originem Vicariatus jus, ut & authorem Privilegii Palatino competentis, reitero cantilenam. Freherus *lib. 2. ad Petrum de Andlo cap.* 10. perhibet, Vicariatum Palatini fundamenta admodum habere vetusta, ex jure præfecturæ Palatii veteris, sive majoratus domus, apud Francorum Reges usitato. Buxtorffius dissertat. *ad A. B. conclus.* 56. vetustius exemplum haud prostare arbitratur illo, quod Aventinus *l. septimo Annal.* habet, & Crusius *in lib. 3. annal. Suevic. part. tertia.* retulit. post mortem Rudolphi *I.* ait, antequam Regnum Romanorum accepisset Adolphus, interrex erat Ludovicus Palat. Rheni, sicut in Germania moris est, quamdiu ea est capite orbata, præfectum prætorio Rheni, Ducemque Bojorum interregem esse, atque imperii munia obire. Knich. *de Saxon. non provo. jure verb. electorum. cap. 1. numer.* 121 scribit, ante Ottonem tertium Palatinos Rheni Comites Vicariatum promeruisse. Hæc omnia uti incertos adhuc nos relinquunt, & hæsitantes, quid de origine Vicariatus credendum sit, ita tamen ex parte in eo nos firmant, etiam ante Bullam Auream hoc privilegium Palatinatui compe-

competiisse. De Saxone res quodammodo videtur clarior, nec absoluta tamen, quasi Carolus Duci Saxoniæ, ad exemplum Palatini, Vicariatum contulerit, ut Arumæus *d. disc. th.* 25. aliique alibi annotarunt. Præterea *Aureæ Bullæ textus in principio* tantum temporis, quando vacare imperium dicitur, mentionem facit, quod scil. tunc demum Vicariatui Palatini & Saxonis locus est relictus. Cõmuniter verò addunt & eum casum, quando imperator extra Germaniam abit: Florentinus à Venningen *consil.* 16. *nu.* 138. *inter consilia Claudii Cantiuncula.* Freherus *lib.* 1. *orig. Palat. cap.* 15. & *in not. ad Petr. de Andlo. cap.* 10. *lib.* 2. Buxtorff. *ad A. B. conclus.* 54. *lit. d.* Arumæus *ad A. B. disc.* 3. *th.* 31. Author discursus *von deß Heiligẽ Römischen Reichs Vicariat.* Nituntur autem potissimũ privilegii tenore Palatino dati (cujus & ipse Carolus hic in Bulla facit mentionem) & confirmati à compluribus imperatoribus, præsertim, ut à recentioribus initiũ faciam, à Rudolpho II. anno 1575. 2 Novemb. Anno 1578. Anno 1585. Anno 1594. Maximiliano II. Anno 1559. & 1566. à Carolo V. Wormatiæ An. 1521. die 28 Maii, cujus verba claram cum cæteris hanc reddunt sententiam: *So ein Römischer Keyser oder König uber Berg zeucht,*

zeucht, oder auß dem Reich ist, seiner Liebden unnd einem jeden Pfaltzgraffen, der Churfürst ist, die versehung und verwaltung deßelben gebühret und zustehet, wie wir dann dasselbe, auch sein hergebrachte Freyheit und Privilegium hiervon confirmiret und bestätiget. Freh. dd. l. privilegiis addit observantiam, quæ in quæstionibus circa privilegia magni est momenti, cum tantum præsumatur concessum, quantũ observatum. Ludov. Rom. *consil.* 271. *n.* 4. Decius *consil.* 517. *n.* 7. Refert autem Rudolphum II. Palatinũ, socerum Caroli IV. imper. per totam Germaniam fuisse Vicarium. Ludovicum Barbatum, alio nomine Pium Palatinũ, cum Rupertus Cæsar, pater illius exercitum in Italiam duceret, An. Christi 1401 Ludovicum itidem ab obitu Maximiliani I. usque ad Caroli V. electionem, imperii Vicariatum gessisse. Non equidem negaverim, Comitis Palatini Vicariatus, etiam in absentia imperatoris, ut confirmationes privilegii sonant, locum esse, at idem, ut cum Arumæo *dict. loc. & aliis* de Saxone statuam, prætereaque ex Aurea Bulla utriusque in absentia imperatoris jus firmatum dicam, rationibus eorum non permoveor. Ita verò ille: Quicquid continetur in termino, ad quem fit relatio, dicitur contineri in termino referente

zeucht, oder auß dem Reich ist, seiner Liebden vnnd einem jeden Pfaltzgraffen, der Churfurst ist, die versehung vnd verwaltung deßelben gebuhret vnd zustehet, wie wir dann dasselbe, auch sein hergebrachte Freyheit vnd Privilegium *hiervon confirmiret vnd bestatiget.* Freh. *dd. ll.* privilegiis addit observantiam, quæ in quæstionibus circa privilegia magni est momenti, cum tantum præsumatur concessum, quantũ observatum. Ludov. Rom. *consil.* 271. *n.* 4. Decius *consil.* 517. *n.* 7. Refert autem Rudolphum II. Palatinũ, socerum Caroli IV. imper. per totam Germaniam fuisse Vicarium; Ludovicum Barbatum, alio nomine Pium Palatinũ, cum Rupertus Cæsar, pater illius exercitum in Italiam duceret, An. Christi 1401 Ludovicum itidem ab obitu Maximiliani I. usque ad Caroli V. electionem, imperii Vicariatum gessisse. Non equidem negaverim, Comitis Palatini Vicariatus, etiam in absentia imperatoris, ut confirmationes privilegii sonant, locum esse, at idem, ut cum Arumæo *dict. loc. & aliis* de Saxone statuam, prætereaque ex Aurea Bulla utriusque in absentia imperatoris jus firmatum dicam, rationibus eorum non permoveor. Ita verò ille: Quicquid continetur in termino, ad quem fit relatio, dicitur contineri in termino referente,

rente. Tiberius Decianus; *conſil.* 101.
n. 19. *vol.* 2. vel ut alii, Relatum ineſt in
referente cum omnibus ſuis qualitati-
bus, modis & conditionibus. arg. *l. ait.*
§. 1. *ff. de re judicat. l. in teſtamento. ff. de*
condit. & demonſtr. Nicol. Bellon. *conſ.* 59.
n. 3. ATQVI in privilegio, quod Caro-
lus IV. in prędicto Bullæ ſuæ capite refert,
non ſolum caſus mortis, verum etiam
abſentiæ exprimitur, ut modo explica-
tum. Continebitur ERGO & idem caſus
abſentiæ in textu Aureæ Bullæ, tanquam
in referente. Huic ut reſpondeam, in il-
lud inquirendum erit, *An totum Palati-
ni privilegium, hoc eſt, tam uno quam
altero modo prædicto Imperio vacante,
in Bulla Aurea à Carolo relatum con-
ſpiciatur, An vero uno tantum?* Po-
ſterius Nicol. Rucker. *conſil.* 14. inter
conſilia Claudii Cantiunculæ *numer.* 13.
14. *&* 15. hiſce conteſtatus eſt: Auream
Bullam, ſi recte eam intuebimur, ſub *tit.
de jure Comitis Palatini*, ſolum loqui in
caſu, quo vacat imperium, & quando
eſt ſine Capite, non quando eſt jam pro-
viſum de moderatore, apud quem omnis
juriſdictio & poteſtas. Quam ego ſen-
tentiam propterea amplector, cum ex-
preſſe videam, Textum Bullæ in caſu ejus.
vacantiæ imperii, de qua in antecedenti-
bus capitibus métio facta fuerat, Palatino
Vica-

Vicariatum concedere. Vacantia autem
illa alia non eſt, quam propria, hoc eſt, ut
ſupra *lib.* 2. *c. de Rege Romanorum* fi-
mavimus, quando imperator aut civili-
ter aut naturaliter mortuus. Hoc itaque
in caſu Palatini privilegium tantum ad-
ducit, tanquam in eo, de quo ipſe ſolum
ſibi habebat propoſitum loqui & conſti-
tuere. Non quod altero in caſu, impera-
toris ſcil. abſentiæ, denegare idem Vica-
riatus jus Palatino vellet, aut alias non
agnoſceret, ſed quia, ut dictum, de illo
hic agere non conſtituerat. Vt maxime
ergo privilegium Palatini Carolus retu-
lerit, attamen cum limitata relatio fuerit,
limitatam quoque ſecum habet deciſio-
nem. Ita nempe plus in referente nun-
quam erit, quam in relato, at minus eſſe
poterit, ut caſu noſtro, pro voluntate
ejus qui loquitur. Quando igitur pergit
Carolus, Saxoniæ Electori eadem con-
ſtitutione attribuere proviſionem impe-
rii, addens eodem jure proviſionis ſe frui
velle Ducem Saxonie, Imperii Archima-
reſcallum. Prædicta ſatis evincunt, ma-
le ab aliis contra imperatoris mentem
hæc ad caſum quoque abſentiæ pro-
fectionis imperatoriæ extendi. Suc-
currit mihi nunc aliud, ex quo ſenſum
Caroli clariſſimum deduco. *Dicto cap.* 5.
A. B. habetur, Comitem Palatinum
h
provi-

Vicariatum concedere. Vacantia autem illa alia non est, quam propria, *hoc est*, ut supra *lib. 2. c. de Rege Romanorum* firmavimus, quando imperator aut civiliter aut naturaliter mortuus. Hoc itaque in casu Palatini privilegium tantum adducit, tanquam in eo, de quo ipse solum sibi habebat propositum loqui & constituere. Non quod altero in casu, imperatoris scil. absentiæ, denegare idem Vicariatus jus Palatino vellet, aut alias non agnosceret, sed quia, ut dictum, de illo hîc agere non constituerat. Vt maxime ergo privilegium Palatini Carolus retulerit, attamen cum limitata relatio fuerit, limitatam quoque secum habet decisionem. Ita nempe plus in referente nunquam erit, quam in relato, at minus esse poterit, ut casu nostro, pro voluntate ejus qui loquitur. Quando igitur pergit Carolus, Saxoniæ Electori eadem constitutione attribuere provisionem imperii, addens eodem jure provisionis se frui velle Ducem Saxonie, Imperii Archimarescallum. Prædicta satis evincunt, male ab aliis contra imperatoris mentem hæc ad casum quoque absentiæ profectionis imperatoriæ extendi. Succurrit mihi nunc aliud, ex quo sensum Caroli clarissimum deduco. *Dicto cap. 5. A. B.* habetur, Comitem Palatinum

h provi-

provisorem esse imperii, ad manus futuri Regis Romani, cum potestate, juramenta fidelitatis vice & nomine Sacri imperii recipiendi. Ex his tria noto. I. Quod sit provisor, seu Vicarius imperii, qui à Vicario imperatoris multum est differens, ut ipse Arumæus agnovit. Hoc tamen, ut fatear quod res est, tantum non urgeo, cum videam hic potius provisorem imperii dici passive quam active, hoc est, quod imperii provisionem hanc recipiat, non quod provisione hac imperium repræsentet. *II.* Quod sit provisor ad manus futuri Regis Romanorum. Ergo nondum existentis, aut peregre abeuntis. *III.* Quod juramenta fidelitatis vice & nomine sacri imperii recipiat. Quæ si imperatoris foret Vicarius, aut si imperator adhuc, licet peregre profectus, vivus, non imperii tantum, sed & imperatoris recepturus esset nomine, ut formulæ usitatæ declarant. Vrget Arumæus confirmationis Caroli V. *vber des Statthaltersampt im H. Reich,* illam clausulam, *daß dem Churfursten von Sachsen an seinem Vicariatampt, nach laut der Gulden Bull, kein abbruch oder nachtheil bringen soll,* apud Gold. *par.* 1. *Reichsatz p.* 243. Ast cum hæc expresse ad dispositionē Bullæ Aureæ se referat, amplius quidquam eâdem quod continetur, intelle-
ctum

ctum noluit. Restat ut nos ad exempla conferamus contraria, quibus patet, imperatores aliquoties alios quam Palatinum, peregre abeuntes, post se reliquisse Vicarios: Fridericus I. Vratislaum Bohemum, cum in Italiam iret; & postquam in terram sanctam contenderet, Henricum filium. Dubrav. *hist. Bohem. lib.*12. Sigon. *de Regno Italiæ lib.*15. Fridericus *II.* Albertum Archiepiscopum Magdeburgensem. Spangenberg. *Chron. Mansfeld. cap.* 251. Vicarios dixerunt. Henricus *VII.* profecturus in Italiam, ut coronam imperialem de manu susciperet Pontificis, Iohannem filium, Regem Bohemiæ, Vicarium imperii per Germaniam constituit. Dubrav. *hist. Bohem. libr.*20. *in pr.* Sigismundus bellum contra Bohemos movens, Cunradum Archiepiscopum Moguntinum imperii Vicarium substituit: Nicol. Serar. *lib.*5. *rerum Mogunt.* Carolus V. cum non posset continenter in Germania subsistere, Ferdinandum fratrem imperii Vicarium declaravit: Crus. *part.*3. *annal. Suevic. lib.*11. *cap.*7. & ex eodem Arumæus *d. l.* Quid dicemus? iusne Palatini sublatum arbitrabimur? legibusne magis inhærebimus, an exemplis? Putat ARVMAEVS *d. l.* ita distingui posse: *vel* imperator aliis suas vices demandavit, & cessat Vicario-

 cario-

cariorum potestas: *vel* nullo post se relicto mandato fines imperii reliquit, & ad Vicarios ejusdem pertinet. Cui si quis tritum illud voluerit connectere, hominis provisionem specialem, tollere legis provisionem generalem, arg. *l.* 11. §. 1. *ff. de testam. tutel. in pr. tit. Inst. de legit. agn. tutel. & ibi. Dd.* ei per me quidem hoc licebit, modo noverit, in tutelis quidem & aliis consimilibus, ubi leges tantum in defectum humanæ voluntatis, providerunt, hoc procedere; at in aliis, ubi simpliciter alteri jus, vel lege, vel privilegio, aut alio juris legitimo modo, quæsitum fuit, cessare. Cujusmodi in casu dubio procul hic nos versamur. Vbi ita mihi progrediendum videtur. Exempla hactenus adducta, aut illud respiciunt tempus, quo nondum Palatinus Vicariatus, quem absente imperatore exercere potest (dixi enim supra de eo non satis constare) privilegium obtinuit, aut demũ contigerunt, quando hoc privilegio munitus. De illo nullum est dubium, liberum fuisse Imperatori, ex qua visum illustri familia sibi vicarium deligere. De hoc dubium, quod moveri poterat, hanc per divisionem removetur. *Aut* Imperator sibi vicarium, extra Germaniam concedens, legit, absq; Statuum, & inter eosdem Palatini consensu, *aut* horum consensu;

ſenſu; *aut* nullo poſt ſe relicto diſcedit vicario. Hoc CASV nullus dubitem Palatino vicariatum competere. Vti nec ALTERO, quando citra Palatini & Statuum conſenſum vicarium conſtituit. Qui enim jus Palatino quæſitum ſine facto ejus poterit intervertere? *l. 11. ff. de R. I. l. 13. §. 1. ff. comm. prædior. l. per. ff. de hered. inſt.* Achilles *perſonalis in tract. de adipiſc. poſſeſſ. n.* 334. fuſiſſime Romanus *l. 3. com. concluſ. 1. de jure quæſito non tollendo.* Quî privilegium, quod confirmavit *c. 2. §. 5. A. B.* poterit ſine cauſa, de eo enim loquimur caſu, infirmare? atq; ita ambulatoria uti voluntate, ubi conſtans & uniformis requiritur. Tapia *de conſtit. pr. part. 2. c. 9. n. 6. & 117.* Qui imperii vicarium ſua ſponte & arbitrio poterit citra conſenſum Statuum conſtituere? Cũ An. 1473. inter Fridericum III. & Carolum Burgundiæ Ducem actum fuiſſet, ut hic vicarius per Imperium conſtitueretur, nihil peractum fuit, cum hoc in Imperatoris non conſiſteret poteſtate. Paralipom. *ad Abbatem Vrſpergenſem. p.* 450. Quod ſi tunc temporis Imper. denegatũ fuit, ubi ejus poteſtas liberior, multo magis hodie denegatum erit, ubi tot Capitulationis articulis multum imminutam priſtinam illam multi arbitrantur. TERTIO caſu, quando cum conſenſu

Statuum, atque ita etiam ipsius Palatini imperator vicarium constituit, (uti factum à Carolo V. qui in Recessu imperii Wormatiæ Anno 1521. Ferdinandum fratrem vicarium nominavit. §. *zu unserm Statthalter*, cum consensu Statuum. §. *Und wir Churfursten*) res est quieta, & nullis ambiguitatum fluctibus exposita. Et potest & solitus est Palatinus suo aliquid de jure remittere, integrum imposterum conservaturus, receptis reversalibus, quarum exemplar videre licet apud Goldast. *tom.1. der Reichsatz.p.243.* Causæ eò illum potuerunt inducere variæ, interq; easdem illa, quod de hoc vicariatu idem prædicari queat, quod de tutela, quam licet Bartolus alicubi, motus *l.5.§.2.ff.de manumiss.testam.* honorem dici arbitretur, rectius tamen Bartolo, contradicente Montano *in tr. de tutel.& curator.c.26.n.22, & seqq.* & verius quidem, onus esse §. *item tria. 5. Instit. de excus. tutor.l.3.l.5.l.32. circa fin.ff. eod.* Aut ad minimum honorem onerarium.

TANDEM & illud considerationem meretur, qua potestate Palatinus & Saxo tempore Vicariatus sui, intellige imperio vacante, præditi sint. Aur. Bullæ contextus sequentibus potest includi regulis seu axiomatibus.

PRIMA REGULA. Palatinus

nus & Saxo tempore Vicariatus possunt exercere judicia. Inde est, quod in Camera, tempore interregni, Vicariorum nomine & sigillo peragenda peraguntur. Dicendum videbatur, Camerale quod concernit, judicium illud sub unius Palatini provisione degere, hincque ejus tantum sub nomine, excluso Saxone, processus & alia expedienda. Est namque ille Vicarius in partibus Rheni, ubi Cameræ sedes. Et patrum nostrorum memoria ita observatum, Bruddlachius apud Arumæum *disc. de jure publ. tom. 3. disc. 1. th. 52.* monet, quod Palatinus solus in Camera imperiali, sciente Saxone, etiam in Saxoni subjectos judiciū exercuerit. Idque etiam à Carolo V. cum omnium Principum Electorum consensu confirmatum extitit. Videatur Goldast. *in Reichshandlen.* Verum observantiam observantiæ oppono, & quidem recentiorem veteri. Constat, post mortem Rudolphi *II.* nec non Matthiæ Impp. sanctæ memoriæ, non unius tantum Palatini, sed conjuncto cum Saxonis nomine & sigillo, Cameram jurisdictionis quæ suę erant explicasse. Et sane quando ad Auream Bullam recurrimus, nullam illa hujus rei expressam nobis poterit subministrare decisionem, cum de Camerali judicio, quod demum post eam sub

Maximiliano I. Anno 1495. introductum, Carolus nec cogitaverit, nec cogitare potuerit. Illud quidem agnoſcimus, ſedem hujus judicii Spiram eſſe, eam vero in tractu Rhenano ſitam; aut cum judicium non tantum pro partibus Rheni & Sueviæ, aut ubi jura vigent Franconica, ſed generaliter pro totius imperii provinciis conſtitutum perpendimus; ſoli Palatino ejus proviſionem attribuere non valemus. Ne ſi contrarium egerimus, eum, cui tantum partes Rheni & Sueviæ cum jure Franconico concreditæ, generalem conſtituamus Vicarium per totum imperium. Illud ſpecioſius affirmari poterat, ni experientia & uſus contrarium nos edocerent, Palatinum atque Saxonem, circa proviſionem Cameræ, ita demum concurrere, ſi generalia peragenda, aut mixta, provincias utriuſque Vicariatui aſſignatas concernentia. In reliquis, ſi ex tractu Rheni & Suevico, & in jure Franconico, cauſæ ad Cameram dijudicandæ, ab harum provinciarum incolis, inter ipſos deferantur, nomine & ſigillo Palatini tantum expedienda omnia. Idemque eodem reſpectu de Saxone habendum, ſi quando inter provinciales ejuſdem Vicariatui ſubjectos, Cameræ imploretur auxilium & cognitio. Denique ſi inter Pala-

Palatino subjectos & Saxoni, ultro citroque ad Cameram devolvantur contentiones, Regulam esse, actorem rei forum & judicem sortiri, hoc est, si reus conventus Saxonico Vicariatui subjectis in terris larem foveat, Saxonis nomine expediendum judicium; sin Palatino, transscriptis in provinciis, nomine Palatini. Quemadmodum etiam aliàs rationis est, ut quibus in causis aulicus Imperatoris senatus, vivo judicat imperatore, generaliter in illis utriusque Vicarii tempore interregni aulicus succedat Senatus, sub distinctione præmissa. Non minima quoque primi hujus axiomatis pars est, causarum cognitionem habere, quæ ad judicium Vicariorum prædictorum pertineant. Sunt illæ generaliter indubie omnes, quæ aliàs ad Imperatorem possiunt devolvi. Textus enim noster indistincte loquitur & indifferenter. Vnde viderint illi, qui criminales & feudales excipiunt, contra quid obtinere ratiocinando possint. Mihi, quod judicia ea circa feuda attinet, quæ regalia sunt & majora, atque *Fahnlehen* vocantur, non videtur probari ex Bullæ nostræ textu posse, ea Vicariis denegata; quicquid tandem Brudtlachius asserat *dicto discursu th.60.*

SECVNDA REGVLA HÆC EST: Vicarii potestatem habent ad beneficia Ecclesiastica præsentandi, *Gottes gab zuverleihen*, ut Germanica habet versio. Hanc Vicarios exercere scribit Brudlach. *d. discurs. th.* 64. 1. ratione primatiarum precum. 2. ratione juris patronatus. 3. dotationis. 4. præscriptionis. Rectius utique facturus, si dotatioñe & præscriptionem tacuisset, cum commode ad jus Patronatus, cujus causæ inter alias sunt, referantur. *c. nobis.* 25. *in pr. de jure patron. c. querel. de electione.* Cuchus *lib.* 2. *Institut. juris. Can.* t. 9. p. *mihi* 176. Venatorius *in analysi methodica juris Pont. lib.* 3. *tit.* 38. *p.* 653. Vigelius *lib.* 3. *method. juris Pontif. c.* 14. *p.* 662. De jure Canonico, quod Covarruvias *tom.* 2. *var. resol. lib.* 3. *c.* 20. *n.* 6. tradit, Episcopus non potest potestatẽ conferendi beneficia committere alteri, quã Vicario suo generali. gloss. *c. statutum de præb. in* 6. *& in c. deliberatione in verb. unicuique de offic. delegat. eodem lib.* Oldrad. *consil.* 77. Est & communis Dd. *in dd. cc.* sententia. Quod satis juste obtinuit, ex eo, quod collatio beneficiorum maximi sit momenti, & requirat sedulam ac diligentissimam Prælatorum examinationem & curam. Eandem sententiam asseruit *gloss.* quam ibi Dominic. & Francisc.

[F]rancisc. sequuntur *in c. ult. de offic. Vicarii.* quo in loco Romanus Pontifex [p]erpendens rem hanc seriam esse, statuit collationem beneficiorum minime censeri commissam ab Episcopo Vicario, quem generalem constituit, nisi expressim ejus delegatio & commissio fiat. Sic nec eidem Vicario, vi & ratione generalis commissionis censetur data potestas inquirendi, corrigendi aut puniendi subditorum excessus, nec privandi quemquã Ecclesiastico beneficio, officio, aut administratione *c. licet. de offic. vic.* Hæc siquidem graviora sunt & majora, quam ut in generalem delegationem veniant.

REGVLA TERTIA. Vicarii potestatem habent recolligẽdi reditus & proventus, *deß Reichs Renth und Nutz einzusamlen*. Mentio collectionis tantum hic cum fiat, recte inde infertur, Vicarios eosdem pro opera sua haud lucrari, sed gratis operam suam imperio exhibere. *l. qui negotiationem.* 58. *in pr. ff. de admi. tut. l.* 46. §. 4. *ff. de procur.* at non æque impensas, quas fecerunt, arg. *l.* 10. §. 9. *ff. mandati.* Nec enim humanitati, aut juri conveniens est, præter officium laboriosum, etiam damnum in re bene gesta sustinere. *l.* 7. *ff. testamenta quemadmodum aperiantur. l.* 61. §. 5. *ff. de furtis.*

REGVLA QVARTA. Vicarii potestatem

Francisc. sequuntur *in c. ult. de offic. Vicarii.* quo in loco Romanus Pontifex perpendens rem hanc seriam esse, statuit collationem beneficiorum minime censeri commissam ab Episcopo Vicario, quem generalem constituit, nisi expressim ejus delegatio & commissio fiat. Sic nec eidem Vicario, vi & ratione generalis commissionis censetur data potestas inquirendi, corrigendi aut puniendi subditorum excessus, nec privandi quemquã Ecclesiastico beneficio, officio, aut administratione *c. licet. de offic. vic.* Hæc siquidem graviora sunt & majora, quam ut in generalem delegationem veniant.

REGULA TERTIA. Vicarii potestatem habent recolligẽdi reditus & proventus, *deß Reichs Renth und Nutz einzusamlen.* Mentio collectionis tantum hic cum fiat, recte inde infertur, Vicarios eosdem pro opera sua haud lucrari, sed gratis operam suam imperio exhibere. *l. qui negotiationem.* 58. *in pr. ff. de admi. tut. l.* 46. §. 4. *ff. de procur.* at non æque impensas, quas fecerunt, arg. *l.* 10. §. 9. *ff. mandati.* Nec enim humanitati, aut juri conveniens est, præter officium laboriosum, etiam damnum in re bene gesta sustinere. *l.* 7. *ff. testamenta. quemadmodum aperiantur. l.* 61. §. 5. *ff. de furtis.*

REGULA QUARTA. Vicarii potestatem

testatem habent investiendi de feudis, & juramenta fidelitatis vice & nomine S. Imperii recipiendi. Hujus de explicatione & sensu dubitari poterat, atq; in quæstionem trahi, *An Imperatore demortuo, omnes Imperii vasalli, etiam ante ab Imperatore investiti, Domini mutata persona, investituram à Vicariis petere, atque iisdem nomine Imperii fidelitatem jurare debeant?* Videbatur id dicendum Arg. *cap. un. in pr. l. secundi. Feud. tit. vigesimo nono.* Sed hoc non attento, ille hic casus debet intelligi, quo mortuo vasallo, ejus vel filio, vel in feudo successori, durante Vicariatu annus petédæ investituræ præfinitus, aliàs ad finem decurreret *d. c. un. in pr. & c. un. in princ. l. 1. F. tit. 22.* Aut enim Vicarios hosce imperatoris, licet male, aut imperii nominas. Si Imperatoris, ejus repræsentantes personam, Domini feudi, hoc est imperatoris, mutatam nemo dicet. Si imperii, non est, quod illos, qui jamdudum imperio fidelitatem jurarunt, denuo ad juramentum fidelitatis adigamus. At, *inquies*, novo imperatore electo, Bulla vult, investituram renovari, & de novo ipsi juramenta præstari, quorum formula utiq; continetur, se imperatori & imperio futuros fideles. Quod si nunc illa valida ratio, imperio ab his juramentum fidelitatis haud præ-

præstandum eodem de feudo, de quo semel ab iisdem præstitum, consequens tis, imperatori tantum electo, nec imperio contra receptam formulam, præstandum. *Respondeo*, diversitatem hic observari, & esse inter hosce casus, maximam. Illo imperio manet obstrictus, etiã mortuo Imperatore; hoc imperatori non potest obstringi, nisi ratione imperii, ut ita vel maxime opus sit, mentionem ipsius injici imperii. Nec fortassis multum quis erraverit, si ratione imperii hoc juramentum pro reiterato, ratione imperatoris, pro novo acceperit. *Quartæ huic regulæ annectitur limitatio*: & excipiuntur ab eadem feuda duntaxat Principum, & illa, quæ *Fahnlehen* vulgariter appellantur, quorum investitura & collatio soli imperatori, vel Regi Romanorum reservatur.

QVINTA REGVLA, *& certo respectu generalis præmissarum limitatio hæc est*: Vicarii nullas res imperii alienare, seu obligare tempore vicariatus possunt. Cujus cum facilis intellectus, & planus, operæ pretium non est, soli lumen accendere. Illud tantum monuisse sufficiet, & hac in parte Germanicam versionem à Latina longissime recessisse, quando in vicem modo allatæ regulæ habet, *Vnd derselb Pfaltzgraff hat auß*

Keyser-

præstandum eodem de feudo, de quo semel ab iisdem præstitum, consequens erit, imperatori tantum electo, nec imperio contra receptam formulam, præstandum. *Respondeo,* diversitatem hîc observari, & esse inter hosce casus, maximam. Illo imperio manet obstrictus, etiã mortuo Imperatore; hoc imperatori non potest obstringi, nisi ratione imperii, ut ita vel maxime opus sit, mentionem ipsius injici imperii. Nec fortassis multum quis erraverit, si ratione imperii hoc juramentum pro reiterato, ratione imperatoris, pro novo acceperit. *Quartæ huic regulæ annectitur limitatio :* & excipiuntur ab eadem feuda duntaxat Principum, & illa, quæ *Fahnleben* vulgariter appellantur, quorum investitura & collatio soli imperatori, vel Regi Romanorum reservatur.

QVINTA REGVLA, *& certo respectu generalis præmissarum limitatio hæc est :* Vicarii nullas res imperii alienare, seu obligare tempore vicariatus possunt. Cujus cum facilis intellectus, & planus, operæ pretium non est, soli lumen accendere. Illud tantum monuisse sufficiet, & hac in parte Germanicam versionem à Latina longissime recessisse, quando in vicem modo allatæ regulæ habet, *Vnd derselb Pfaltzgraff hat auß*

Keyser-

Keyserlicher gute zuverbieten alle verenusserung vnnd verpfendung der Guter, so zum Reich gehoren, zeit seiner vervvesung.

Hactenus de illa Vicariorum potestate, quam Aurea Bulla iisdem expresse concedit, & certis quoque limitibus circumscribit. Deinde vero nonnulli generalem formarunt conclusionem, *Vicarios omnino omnia peragere posse, quæ ipsemet Imperator, nisi quid specialiter ipsis reperiatur prohibitum.* Et in specie, horum insistens vestigiis, alibi affirmavi, Vicarios Academiis privilegia concedere posse. *Alii* prodiderunt, eosdem Equites creare; moratorias inducias concedere; delinquentibus gratiam facere; spurios legitimare, ac natalibus restituere posse.

IV. ELE-

IV.

ELECTORUM IMPERII INSTITUTIO.

Si tam illi, qui de Inventoribus, Auctoribus, & rerum primordiis, rara utilitate scribunt, sua promerentur elogia, quam hi, qui per profundum obscuritatis mare natantes, antiquitates abditas rimantur, inventasque aspectui posteritatis, velut in speculo, aut tabula exhibent, nequaquam nobis vitio verti poterit, si de origine & prima Electoralis Collegii institutione paucula in medium protulerimus. Est vero quorundam, & fere communis opinio, Illustrissimi hujus Collegii primordia Ottoni imperatori hujus nominis tertio, ob singularem ingenii præstantiam celeberrimo, & vulgari receptoque nomine, Mirabilia mundi vocitato, adscribenda esse. Is enim cum Gregorium V. Romanum Pontificem, sibi natione & affinitate conjunctum, à populo Romano, Consule Crescentio, ejectum, vi atque armis pristinæ dignitati restituisset, Pontifex (vel ut alii, imperator consilio & approbatione Pontificis) ut hujus merito parem gratiam

IV.

ELECTORUM IMPERII INSTITUTIO.

Si tam illi, qui de Inventoribus, Auctoribus, & rerum primordiis, rara utilitate scribunt, sua promerentur elogia, quam hi, qui per profundum obscuritatis mare natantes, antiquitates abditas rimantur, inventasque aspectui posteritatis, velut in speculo, aut tabula exhibent, nequaquam nobis vitio verti poterit, si de origine & prima Electoralis Collegii institutione paucula in medium protulerimus. Est vero quorundam, & fere communis opinio, Illustrissimi hujus Collegii primordia Ottoni imperatori hujus nominis tertio, ob singularem ingenii præstantiam celeberrimo, & vulgari receptoque nomine, Mirabilia mundi vocitato, adscribenda esse. Is enim cum Gregorium V. Romanum Pontificem, sibi natione & affinitate conjunctum, à populo Romano, Consule Crescentio, ejectum, vi atque armis pristinæ dignitati restituisset, Pontifex (vel ut alii, imperator consilio & approbatione Pontificis) ut hujus merito parem gratiam

tiam referret, ac sibi deinceps tantorum Principum gratiam & favorem conciliaret, magisque devinciret, sanctionem tulit, quæ in hunc usque diem integra & inviolata conservatur, in hæc verba: *Imperatorum nullus hereditariam dignitatem vendicato.* Principes Sex, sacri ordinis tres, profani totidem, eum deliguntо. Hi discordes si fuerint, Bohemiæ Regem cooptanto, Petr. Bizar. *lib.* 23. *histor. Genuens. p.* 554. Eandem sanctionem refert Goldast. *tom.* 3. *Constit. Imper. p.* 371. & facit *fragmentum deß Reichstags vnder Keyser Otten dem III. gehalten, von satzung vnd ordnung der Churfursten deß Rom. Reichs, vnd anderer Stende.* apud Goldast. *in Reichshandlungen. pag.* 16. Iunge Knichen. *de Saxon. non provo. iure. vers. Electorum c.* 1. *p. tot.* Thuan. *l.* 2. *hist. p.* 25. Etiam Reusn. *in enucl. quæst. histor. p.* 81. Vrstis. *in der Baseler Chronick. l.* 2. *c.* 11. *p.* 95. Cromer *lib.* 3. *de rebus Polon. p.* 37. Sleidan. *in orat. ad Imperii Proceres. p.* 8. Verum uti prædicta sanctio merito Gold. *in Reichshandlungen. p.* 16. suspecta est, tanquam merum figmentum, & antiquitatibus contrarium; ita patet. I. ex iis, qui de Imperatorum, Ottonem hunc subsequentium, electionibus, accurate scripserunt, reliquos Principes nondum fuisse exclusos; videatur Wippo *in vita*

Conradi

Conradi Salici. c. de electione Regis. fol. 424.Cæſar Baron. *tom.* 10. *annal. ad annum* 996.§.56. imprimis Goldaſtus *tom.* 1.*conſtitut.p.*259.*&* 287. *II.* Nullus antiquiſſimorum Hiſtoricorum ut Onuphrius Panvinius monet atq; Lehemannus, hujus conſtitutionis mentionem facit. III. Quia in Conſtitutione prællegata Regis Bohemiæ mentio fit, qui tamen ſub Friderico demum I. hoc nomine cœpit inclareſcere. Bodin. 1.*de Republ. c.*9.*ſub.fin.* Nec priorum temporum geſta ferunt, *inquit* Petr. Heig. *quæſt.* 3.*n.*47. Bohemum ſtatim adjectum Electoribus. Bella enim inter imperatores Romanos, & Bohemiæ Duces toties renovata oſtẽdunt, non adeò firmiter Bohemiam cum imperio ſuperioribus ſeculis coaluiſſe. Nec me movet ampliſſimus à Gewoldo *in commentario, de ſacri Romani imperii Septemviratu. c.* 6. catalogus & numero major eorum, qui Ottoni III. hanc Electorum conſtitutionem attribuit, quam qui denegant, unde communem opinionem prævalidam idem concludit. Etenim ut in aliis teſtimoniis, ita hic quoque non tam ſpectanda erit multitudo ac quantitas, quam qualitas ipſa: *Conſtit. Deo autore.§. ſed neq; ex multitudine.* 6.*de concept. digeſtor.arg.c. ult. diſtinct.* 9. Et pauciorum aut ſingularis opinio fortiori ratio-

ne subnixa, communi potior esse debet. Curtius Iunior *consil.63. num. 3. & consil. 16.n.11.* Turamin. *ad l.non puto. 10. ff.de jure fisci. p. 1.c.3.n. 12.* Atque hoc modo profligatis aliorum sententiis à veritate exorbitantibus, statuo, Collegium hoc Electorale, non tam speciali & expressa alicujus Constitutione, quam consuetudine sensim Ordinum consensu approbata, introductum, postque aliquot mutationes intervenientes, tandem à Carolo IV. & reliquis imperii Proceribus, Aurea Bulla firmatum fuisse. Quod ut demonstrem, hac progredior serie. Qui omnibus imperat, ab omnibus debet eligi. *arg.cap.29.de R.I.in 6.* Lupold de Papenberg. *de jure Regni c.12.pag.80.* Hoc primitùs in imperio observatum, multoque continuatum tempore, præter rationem naturalem, quæ nobis hoc infudit principium, historicorum testes sunt codices. Verùm posteaquã hac in multitudine, multa & difficilia, & nonnunquã inconvenientia se proderent, ut olim ad Senatum necessitas, ita hic utilitas curam Reipublicæ ad imperii Proceres deduxit, qui emergente casu Imperatorem elegerunt. Confirmat hanc sententiam Wippo *in vita Conradi Salici. c. de elect. Regis. fol.424.* Inter Moguntiæ, *inquit*, confinia & Wormatiæ locus est, amplitudine plani-

planitiei cauſa, multitudinis maximæ receptibilis. Ibi dum conveniſſent cuncti optimates, & ut ita dicam, vires & viſcera Regni, cis & circa Rhenum caſtra locabant. Quæritur de re ſumma, dubitatur de electione incerta; inter ſpem & metum ſuſpenſi, alterna deſideria cum invicem cognati, tum inter ſe familiares diutiſſimè explorabant. Cum diu certaretur, quis regnare deberet, inter multos electi pauci, & de paucis admodum, duo ſunt ſequeſtrati, in quibus examen extremum ſummorum virorum ſumma diligentia diu deliberatum, in unitatis puncto tandem quievit. Erant duo Chunones &c. In majore Chunone & juniore diu reliqua nobilitas pendebat, ad extremum verò divina providentia contingit, ut ipſi inter ſe convenirent, ut ſi quem illorum major pars populi laudaret, alter eidem cederet ſine mora. *Et paulò poſt* Majorem Chunonem, patruelem ſuum ita alloquentem introducit hiſtoricus laudatus; Hoc modo animi mei vigorem magnis gaudiis augeri ſentio, quod ex tanta concione conſenſus parilis omniũ, nos duos ſolummodo providebat. In omni electione nemini licet de ſe ipſo judicare. Quod ſi alicui de ſe liceret, quot Regulos, ne Reges dicam, videremus? Non erat noſtræ poteſtatis hanc dignita-

tem ex multis inter binos coarctare. Vota, studia, Consensus Francorum, Lotharingorum, Saxonum, Noricorum, Alemannorum, qui optimam voluntatem habebant, ad nos conferebant. Et tandem addit Historicus; Principes consedare, populus frequentissimus adstabat.

Tunc quod quisque diu celatum corde tegebat,
Ferre palam licitum gaudebat tempus adesse:

Archiepiscopus Moguntinus, cujus sententia ante alios accipienda fuit, rogatus à populo, quid sibi videretur? laudavit & elegit majoris ætatis Chunonem. Hanc sententiam cæteri Archiepiscopi, & reliqui sacrorum Ordinum viri indubitanter sequebantur. Iunior Chuno paululū cum Lotharingis placitans, statim reversus, maximo favore illum ad Dominum & Regem elegit. De tempore Friderici I. idem scribit Guilhelmus Brito. *lib.* 3. *Philippidos*, teste Frehero, *ad T. de Andlo. de Rom. Imper. lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 163.

Est enim talis Dynastia Teutonicorum,
Vt nullus regnat super illos, ni prius illum
Eligat unanimis Cleri Procerumque voluntas.

Et Guntherus *in Ligurino lib.* 1. Electionem Imperatoriam ita describit:

Ar-

Conveniunt Proceres, totius viscera Regni,
Sede satis nota rapido quæ proxima Mago.
Huc sacri celebresq; viri, quos laude serena
Infula, vel gladius mundo facit esse verendos.
Ex omni regione fluunt ad publica Regni
Commoda: de summis agere & disponere rebus.
Sic postquam sedere Duces, dubioque volutant
Pectore, cui tanti Regni tribuatur honores.
Saxones & quorum Ripuaria nomina tellus,
Westphaliæque Urbes, & Norica rura regentes,
Allobrogumque Duces coëunt, Cymbriq; feroces,
Vindelici, Rhætique ruunt, quos Suevia nutrit,
Quæq; suos Urbes huc direxere potẽtes &c.

Huc etiam pertinet Edictum Principum Imperii de obitu Imperatoris Heinrici V. & nova electione facienda, apud Goldast. *tom.* 1. *constit. Imper. p.* 259. ubi addit *in margine ibidem*: hinc discimus jus eligendi Imper. ceu penes universos Imperii Principes extitisse, non solum penes solos Septemviros Electores, ut hodie: Et apud eundẽ Goldast. *d. c.* 1. *p.* 287. in Heinrici VI. cõstitutione, fit mentio 52 Principum, qui imperatorem eligere consue-

verint. Iunge subscriptionem subsequentis diplomatis, *p.* 288. Gevvoldus *d.tr.c.* 7.*p.* 122. ex Welberto, quem allegaverat, *c.* 6. *pag.* 89. hoc quod diximus, ita interpretatur; ut Spirituales & Seculares Principes Electionibus imperatoriis adfuisse concedat, sed nudè & simpliciter nominasse eos asserat, quem optarent per Electores eligi, ipsos verò Principes Seculares & Spirituales non elegisse: cum non habuerint voces suffragiorum realium. Idem statuit Windeckius *de Princ. Elector. origine.* c. 5.*p.* 14. Et *pag. sequenti* ejusdem tenoris adducit testimonium Welberti & Amandi cujusdam Secretarii Friderici I. quibus etiam usus Gevvoldus. Sed illud cum aliis historicorum locis minimè convenit, & nescius sum, quid obscuris hisce tribuendum. Planè Amandus mihi suspectus maximè, cum de Friderici I. tempore verba faciens, Electorum numerum constituat senarium dubitativè, vel octonarium. Et posito, aliquando jus hoc eligendi à Principibus reliquis, certis suo ex ordine fuisse datum, ut tempora docent, id utique privativè primùm, & in totum peractum vix concesserim, hoc modò, ut hi quasi reliquorũ propalarent & fortassis etiam trutinarent vota. Probant hoc ea, quæ habet Besoldus *lib.* 2.*dissert. nomico polit.*
3. *num.*

3.num. 5. Liceteque colligere ex Alberto Stadensi, *sub anno Domini* 1240. *fol.* 215. Electoribus potestatem eligendi ita datam fuisse, ut cogerentur tamen eum eligere, quem Principes communibus suffragiis praenominassent. Sed nec hoc ipsum quoque sine mutatione fuit. Successu namque temporis reliquis Principibus nihil amplius juris in electione remansit, sed exclusis iisdem, Electores hoc sui muneris esse arbitrati sunt. Verùm cum haec exclusio odiosa satis, & minùs appareret favorabilis, nec continuo temporis tractu receptam nec firmatam fuisse, probabile est (unde etiam non una omnium electionum facies & forma) sed uti consimilibus in negotiis fieri consuevit, longa manu & consuetudine sine dubio introductam verisimile fit. Tandem radicibus altiùs actis, lege publica, hoc est, Aurea Bulla Caroli IV. stabilita & comprobata fuit, communi Procerum assensu *Aurea Bulla pr.* Atq; hoc ipsum est, quod in dicta Bulla, Iura Electoralia dicuntur Electoribus competere, de jure & antiqua consuetudine, *c.* 1. *in pr.c.*4. §.2. *&* 3. *c.*5. §.3. *c.*9. §.2. Eandem sententiam approbat Innocentius III. *in c. venerabilem, de elect. & electi potestate:* ubi ait, unde illis Principibus jus & potestatem eligendi Regem Romanorum in

imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus, ut debemus, ad quos de jure & antiqua consuetudine cognoscitur pertinere. Qui verò inter Principes & Status imperii sint, & vocentur Electores, ex seqq. rudi quantumvis & crassa Minerva conscriptis patet versiculis:

Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis,
Quilibet imperii sit Cancellarius horum.
Inde Palatinus Dapifer; Sax portitor Ensis;
Marchio Præpositus Cameræ; Pincerna Bohemus.
Hi statuunt dominum cunctis per secula summum.

ELECTORUM POTESTAS ET SUFFRAGIA.

ELectoribus, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus multa sunt communia, ut & Specialia singulis. MULTA COMMUNIA, *vel* respiciunt dignitatem, *vel* officium & potestatem, *vel* huic connexa privilegia. Ad dignitatem referenda. Tituli & encomia. Vocantur verò decus imperii, Illustres Principes Electores, per quos cœpit, & in quib. consistit imperatoriç gloriæ Celsitudo. Sigismund. *in Const. de 1. & success. Elect. Palatin.* §. 1. Co-

Columnæ & latera imperii. A.B. *c.ult.&* *c.*24.§.1. Palmites imperiales: septẽ cãdelabra lucentia in unitate spiritus septiformis. *A.B.in pr.* Columnæ, quę sacrum ædificium, circumspectæ prudentiæ pietate sustentant. *c.* 3.§.1. Membra corporis Imperatoris. *c.*24. *Oberste vnd allernechste Glieder deß H. Reichs. In der Churfursten Vrtheil, alß Konig Wenceslaus abgesetzt vvorden.* apud Goldast. *in Reichssatzungen.p.*159.*& t.un.const. imperial.p.* 830. *BesondereGlieder deß Reichs. In der handlung, Chur vnd Wahl deß Großmachtigsten Konig Carls.* apud Goldast. *in Reichshandl.p.*97. *Oberste Vatter vnd Rathgeber der Teutschen Nation:* apud Hordlederũ *de causis belli German. l.*1.*c.*37.*p.*292.*n.*511. Principes absolutè & per excellentiam, si quis credit Gewoldo *de Sacri Rom.Imp.Septemviratu.c.* 7.*p.*125. Reliqua ad dignitatem Electorum spectantia, egregia & notatu sunt dignissima.

I. Illorum *Hoheit vnd authoritet ist mit eines Romischen Keysers gevvalt vnd hoheit, daher sie auch fliest, dermassen verbunden, daß eine ohne die ander nicht verschmelert vverden, auch ohne die ander bestehen kan: Ia daß die hochste der Churfursten, damit sie vor andern Konigen vnd Potentaten gezieret, eben diese ist, daß sie einen Romischen Keyser, dessen*

hoheit, authoritet, vnd gevvalt, alle andere vbertrifft, von der auch alle andere herstiessen, zu vvehlen haben, ut ex decreto quodam Cæsareo, *die 27. Iulii An.* 1590. refert Bruning. *de variis universitat. speciebus.th.* 10.*lit.a.*

Huc II. pertinet, quod Electores, licet Reges non sint, nihilominus tamen Regibus æquiparentur. Moll. 1. *semestri.* 1. 40.*n.*4. Heigius.*p.*1.*quæst.*4.*n.*51. Warem ab Ehrenberg.*l.*1. *de fœderibus. c.* 2. *n.*147. Vnde Lutherus *in Tischreden cap.* 38.inquit: *Die Churfursten schreiben den Konigen E.L. vnd nicht E.G. denn sie seindt Konigen gleich geachtet.* Planè quod de Lydorum Rege Crœso *Iustinus* ait, eum, si non Regiam, Regiæ tamen dignitati proximam egisse vitam, idem de Electorib. quoque poterit prædicari.

III. In celebratione imperialis Curiæ eundo, sedendo vel stando, nullus alius Princeps, cujuscunque status, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis existat, Electoribus nullatenus præfertur. *c.* 1. *A.B.* Quo fundamento Marchio Brandéburgensis Ratisbonæ noluit priorem locum concedere Rudolpho II. qui tunc temporis solùm erat Rex Hungariæ. Et nuncii atque Legati Electorum absentium, eodem aliquando in loco, recusabant cedere, contentione trium horarum,

rarum, Legatis Caroli Ducis Burgundiæ, tempore Friderici III. Anno 1471. Quanquam verò Carolus IV. in comitiis Metensibus, ubi plurimas condidit leges, quæ A. continentur B. Electorib. secundum ordinem mensæ assidentibus, mensæ suæ assidere fecit Archiepiscopum quendam, Legatum Pontificis; nihilominus tamen in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1556. Archiepiscopus Coloniensis, non cedendum secum constituerat Cardinali Moroni, Legato Apostolico, Canin. *ad A.B.p.3. & seqq.* Hinc in coronatione Caroli V. Regis Angliæ Legatus & Nuncius Apostolicus, pompæ adesse non sustinuerunt, ne ordinarentur post Principes Electores. Hart. Maur. *in relat. coron. Caroli V.* apud Goldast. *in polit. Imperiali. part. 3. discur. 3. p. 269.* Et hæc quidem sessionis prærogativa in Comitiis imperialibus, extra dubium Electoribus competit. In publico autem alio Christiani Orbis conventu, Germani isti (verba sunt Renat. Choppin. *l. 3. de doman Gall. tit. 3. n. 13. p. 497.*) non habent, ex prærogata Septem-viratus dignitate, præjudicatã sessionis ante Principes alios eminentiam. Quippe in sacro Basiliensi cõcilio, Ioannes Germanus, Cabilonensis Pontifex, qui Burgundi Ducis legatum agebat, obtinuit adversus Germanicos

Ele-

Electores, loci prærogativam, insigni decreto Patrum Basilien sium. 26 Maii. An. 1435. Cum Burgundus sexies Dux, quindecies Comes, Decurio parium Gallicorum, à Burgundiæ Ducatu, quæ & Regiis olim titulis insignita fuisset, aliarumque ditionum supremus dynasta, primus secundum Reges, Christianus Princeps esset. Verùm hoc decretum, utpote directò impugnans decisionem *lib.* 1. *Cerem. Eccles. sect.* 13. *c.* 3. Cujus tenor ita conceptus. Principes Electores Romani imperii digniores habentur aliis Principibus, præter Reges, sicut Cardinales aliis Prælatis: nec condignis fulcitum rationibus, Arumæ. *disc.* 4. *ad A. B. th.* 1. meritò in consilio Tridentino insuper habitum fuit, Electoresque, post Legatos Pontificis, præcipuum dignitatis locum obtinuerunt. Thuan. *lib.* 8. *histor.* *Ad officium & potestatem Electorum* pertinent. I. Vt imperatorem eligant solennitatibus *in C.* 2. *A. B.* præscriptis. II. Vt prudentia consilioque suo Cæsari adsint; providentia sua orbi fluctuanti subveniant, *c.* 7. *& c.* 2. *A. B. in pr.* Cæsareæ Sublimitati adsistant, tanquam in partem sollicitudinis constituti. in pr. *c.* 30 *A. B.* III. Vt imperatorem, si necessitas & utilitas publica efflagitet, deponant, ut supra fusius dictum. Quorsum pertinet quod Gerhardus,

dus, Archiepiſcopus Moguntinus, paulò arrogantius dicit apud Cruſ. *part. 3. Hiſt. l. 3. c. 16. p.* 191. de Alberto, Rege Romanorum, cum pecuniam promiſſam non exſolviſſet; ſe, cornu venatorium collo dependens oſtentando, in hoc complures geſtare Cæſares.

IV. Electoribus conceditur, univerſi auri & argenti fodinas, atque mineras ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuſcunque generis metalli, ac etiam ſalis, tam inventas, quàm inveniendas tenere, jure & legitimè poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excluſo, prout poſſunt ſeu conſueverunt talia poſſideri. *c. 9 Aureæ Bullæ.* Olim enim Imperator Argentinarum Regale ſibi ſoli per totum imperium vendicabat, (videatur Goldaſt. *tom. 3. Conſtit. Imper pag.* 362.) ipſiq; Electores de fodinis in Dominiis ſuis extantibus, decimas exſolvere ſolebant. Hoc verò privilegio, omne illud Electoribus acceſſit, ingenti publicarum privatarumq; opum incremento, ut conjicere licet ex eo, quod Albinus, diligens earum rerum annotator, prodidit, intra 79. annos ex una auri Schnebergenſi fodina, per decimas duntaxat, & prærogativas mallei ſignatorii, vulgò, *Schlagſchatz*, in ærarium Saxonicum perveniſſe 41118. tonnas auri,

Albin.

Albin. *part. 3. Chronici Metallici.* Kirchner. *de Republ. disp. 15. th. 1. lit. G.* Verum quod hic per privilegium attribuitur Electoribus, illud temporis progressu ad alios quoque Principes & Status imperii cœpit pertinere, vel ex peculiari concessione, & investitura, vel ex immemoriali præscriptione. Knichen. *de Saxon. non provocand. jure. vers. Ducum. c. 5. n. 109.*

V. Iisdem tribuitur potestas recipiendi Iudæos. *d. c. 9. §. 2.* Hæc tamen hodiè omnibus aliis Regalia habentibus attributa videtur.

VI. Teloniorum de præterito indictorum perceptio, quæ alioquin ad imperatorem spectabat, concessa & communicata Electoribus. *d. c. 9. §. 2.* Novorum verò impositio, cum ne imperatori quidem ipsi sine assensu Electorum competat, ut ex Capitulatione imperatoria patet, nec Electoribus concedi poterit.

VII. Regalem cudendi monetam auream & argenteam, *cap. 10. A. B.* Sunt hæc metallorum potissima, ex quibus nostra conflatur moneta; aliis in Regnis præter illa æs quoque seu cuprum in usu est. De proportione horum metallorum, humana industria legem quæsivit; quam abundantia aut inopia moderatur. Putant nonnulli argentum habere undecuplam, aut si auri maior sit inopia, duodecuplam

cuplam proportionem ad aurum. Arnisæus *de jure majestat. lib. 2. cap. 7. p.* 437. Romani Pontificis taxa addit adhuc dimidiam partem. Bodin. *6. de republ. cap.* 3. Alii unam libram auri æstimant 14. libris & 5. unciis argenti, & 1044. libris æris. Nostro in imperio non tantùm Electoribus, verùm etiam reliquis inferioris ordinis Statibus ferè indistinctim jus monetandi cum fuerit concessum, ut experientia testis est, & partim Recessus imperii *de anno* 1551. §. *Vnd. sollen derentvvegen*. Nec non Goldastus *in Catholic. rei monetariæ. tit.* 11. *pag.* 50. *& seqq.* tot inconvenientia priorum annorum indices, vidimus vidimusq;. Vnde novissima imperatoris capitulatione, liberalitati Cæsaris hac in parte obex positus, sapientissimo consilio, ne imposterum is ulli Statuum sine Electorum consensu jus monetandi largiatur.

VIII. Vt iis, à quibuscunque Principibus vel aliis personis, terras, castra, possessiones, prædia, vel quævis alia bona comparare, seu in donum, vel donationem, ex quacunque causa, aut in obligationem recipere liceat, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, prædiorum seu bonorum conditione consueta, ut videlicet propria recipiantur, vel comparentur ut propria, libera velut

libera,

libera, & ea quæ dependent in feudum, similiter emantur in feudum, seu comparata taliter teneantur. *d. c. 10. Aurea Bulla.*

IX. Vt nemini, Electorum subditos, pro quacunque causa, ad quodcunque tribunal extraneum, evocare liceat, *c. 11. in pr. & fin. A. B.* nec à sententiis Electorum datur provocatio. Credidit enim imperator, eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse, pro sapientia & luce dignitatis suæ, quàm ipse foret judicaturus. *l. un. §. 1. ff. de off. præf. prat.* Vnde nonnulli, Electores & Principes Electoralis familiæ, præfectis prætoriis comparare consueverunt. Wesenbec. *consil. 40. num. 46. & consil. 46. n. 2.* (ubi, quod de Saxone tantùm dixit, ad reliquos extendendum putat Melander *ad Meureri processum part. 2. pag 483.*) Quam comparationem absurdam vocat Andreas Knichen. *de Saxon. non provocand. jur. vers. jus. cap. 3. num. 34.* quòd augustius sit hoc fastigium, quia in heredes transitorium. Sed immeritò. Hilliger. *ad Donnell. 28. comment. 6. lit. V.* Comparatorum enim & similitudine se attingentium non hæc est affectio, ut in omnibus & per omnia sibi sint consimilia,

ea, sed in certo aliquo tertio. Vbi verò illa per omnia conveniunt,non σύγκρισις aliqua aut comparatio erit, sed mera ταυτότης accidentitas. Et quanquam multa in Electorali dignitate, quæ præfectis prætorio nunquam competierunt, Muscul. *de success. conventional. & anomal. memb.1. class.1.concl.1.lit.D.n.18.* multa tamen communia huic dignitati, cum illa præfectoria veteri, Heig. *part. 1.quæst.4.num.14.& seqq.* Nam uti hæc dignitas summa est in Imperio, & Regiæ æquiparatur, ut supra diximus: ita & olim præfecti prætorii Regibus comparati, ut ex Cassiodoro liquet. Vtque olim nulla major Præfectoria post Principem potestas: ita hodie Electoria. In ea autem errare arbitror Schurfium *consil.29. cent.3.num. 1.* Arnisæum *lib.3.de jure Majestat. c. 2. num. 3. pag. 235.* & alios complures, dum arbitrantur, excepto Saxone, Electores omnes, contrario usu, jus suum de non appellando perdidisse. Brandeburgicum verò non ita pridem per concessionem Imperialem idem recuperasse. Quod enim Ecclesiasticos attinet Electores, licet à se appellari jure permiserint, illud tamen salvo prædicto factum privilegio. *Ihrer Churfurstlichen Freyheit vnd Gerechtigkeyt, damit doch gantz vnbegeben*, ut ea declarant,

quæ paulò inferius, ubi in specie de Electorũ privilegiis differendum erit, adducimus. Idem de Palatino dicendum. Brandeburgicus autem jus suum constanter & tenacius dictis retinuit, nec unquam connivendo permisit, ut subditi ad Cameram appellarent. Imò confirmationem juris sui, majorem ad cautelam, ab imperatore Rudolpho II. obtinuit, ut paulò infrà patebit.

X. Possunt celebrare conventus in utilitatem imperii. *A.B.c.12*. Et promittunt imperatores in Capitulationibus, se hoc juris Electoralis nulla impedituros remora.

XI. Præterea dum feuda sua, sive Regalia ab imperatore, vel Rege recipiunt, ad dandum, vel solvendum aliquid, nulli penitus sunt adstricti. *Aurea Bulla. cap.29.*

ELECTORVM SERIES.

Elector Moguntinus.

INter Electores Ecclesiasticos primum locum obtinet MOGUNTINUS, id innuentibus vulgatis versiculis:

Treviris ætate, sed rerum proprietate
Gaudet Agrippina, sed honore Moguntia prima.

Vnde etiam in Curiis imperialibus & Rega;

Regalibus, Romano imperatori dextrum claudit latus, excepta Provincia Coloniensi. *c.* 3. §. 2. *A. B.* Vocaturque. I. Archicancellarius Germaniæ. *A. B. c.* 2 §. 2. *c.* 3. §. 2. Ejus enim officio Germani, & qui Germanico jure ac civitate donati fuere, Pannones & Sarmatæ ascripti sunt, Goldast. *in dedic. tom. un. constit. Imper. pag.* 5. Cui consequens est, apud eundem Archivum Imperii publicum seu chartophylacium, quo publica imperii documenta actaque continentur, Matriculamque Imperii asservari, Rutger. Ruland. *de commiss. l.* 5. *c.* 4. *nu.* 10. Consilium cum Cancellaria, quod in Aula imperatoris habetur, eidem juramento obstringi. Thom. Michael. *de jurisd. concl.* 28. *lit. a.* Eique soli Imperialium decretorum olim signaturam competiisse. *Paurmeister. l.* 2. *de jurisd. Rom. Imper. cap.* 2. *n.* 33. & adhuc hodie competere, ut si Curia imperialis in ejusdem Archicancellariatu celebretur, ipse portet super baculo argenteo omnia sigilla & typaria Imperialia sive Regalia. II. Electoralis Collegii Decanus, ut patet ex epistola Electorum ad Benedictum XII. Pontificem exarata, quæ extat *tom.* 1. *scriptor. German. Freheri. inter Annales Rebdorfii. pag.* 425. *& lib. ceremon. Ecclesf.* 1. *sect.* 13. *c.* 3. Unde Capitu-

lum, seu reliquos Electores, Regno vacante, convocare debet, *A.B.cap.*1.§.19. *cap.*4.§.2. Comparentibus formam juramenti dare. *A.B.c.*2.*in pr.* & in electione Regis Romanorum, Coëlectorum vota perquirere. *d.c.*4.§.3. atque ipse demum ultimò rogatus suum promere. *d.*§.3. Licet olim primus Iure Decani votum suum protulerit, *ut supra* diximus. Habuit præterea olim Moguntinus jus consecrandi Regem Bohemiæ, ut ex Privilegio Ottonis, & Wenceslai videre est apud Trithemium *in Chron. Sponheim. p.*269. & 303. & Bruschium *de German. Episcopat.cap.*2. *catal. Episc. Mogunt.p.*15. Sed idem postea Heinricus, ex Comitibus à Firnenberg Archipræsul Moguntinus, vendidit Ecclesiæ Pragensi, adeò auri erat studiosus amansque, inquit Bruschius. *d.cap.*2.*pag.*10. Aliter tamen refert M. Albert. Argentinensis.*pag.*135. Carolum Moraviæ Marchionem, odio Heinrici Moguntini, Pragensem Episcopum in Archiepiscopum promovisse, & Moguntini subjectione exemisse eidemq; jus coronandi Regem Bohemiç, antea Moguntino competens, concessisse. Knichen. *de Saxon. non provoc. jure verb.Elect.c.*1.*nu.*60. Et extat ejus in cõfirmationé apud Goldast *t.*1. *der Reichssatzungen. p.* 36. *Keysers Carls des* IV.
con-

confirmatio, *daß die Ertzbischoffe zu Prage einen jeden ordenlichen Bohmischen Konig salben vnd kronen mogen, daß auch nunmehr dieses Ampt von Ertzbischoffe von Meintz genommen vnd dem Prager Ertzbischoffe auffgetragen werde.* DENIQVE quanquam ab Archiepiscopo & Electore Moguntino ad Imperatorem & Cameram Imperialem provocare liceat, non tamẽ aliter conceditur beneficium provocationis, nec valet aut recipitur appellatio à Curia Electorali Moguntina, nisi valor caussæ ad summã 400. floren. ascendat, & appellans, antequam appellationem prosequi incipiat, iuramentum appellationis, ac cautionem præstet, ut patet ex privilegio de Anno Christi 1521. sedi Moguntinæ concesso.

Insigne, *das Wapen*, hujus Archiepiscopatus & ejusdem Præsulis Rota est, cujus principiũ à Willegiso, Ottonis III. Præceptore, Archipræsule Moguntino, communiter solent deducere. Notant enim, eundem patre rhedario fuisse natum, in pago quodam Struvingen, Stroangen vel *Schonnigen*, indeque ut suæ sibi originis sortem perpetuò in mentem revocaret, rotam in cubiculo suo pingi curasse, hac inscriptione; Willigis cogita qui sis, & qui fueris. Knichen. *d. l. num.* 63. vel ut habet Peterman.

Etterlin. in Chronic. *der Loblichen Eydtgnoßschafft. pag.* 31. *Er habe von Demut vvegen allevvegen ein Pflugrad bey seiner bettstadt hangendt gehabt, darin geschrieben mit grossen guldenen Buchstaben; Willigis, gedencke van vvannen du kommen bist.* Hujus in memoriam rotam postea insigne successorum hoc in Archiepiscopatu permansisse, accedente insuper Imperatoria confirmatione Heinrici II. Bruschius *d. l. pag.* 7. Pantaleon *illustr. Heroum. part.* 2. *p.* 136. Atque hoc, illudque, quod in Gerhardo de Roo. *Austriac. histor. lib.* 1. *pag.* 39. de Anno 1286. lego, Heinricum Gnitelknopff fuisse Archiepiscopum Coloniensem, antea monachum & filium pistoris, me non tantum suspicari, verum confidenter colligere inducit, olim virtuti, eruditioni, & scientiæ uberiora nostris temporibus fuisse constituta præmia.

Elector Trevirensis.

TRevirensis ornatur Archicancellarii titulo, per Galliam & Regnum Arelatense; *hoc est*, ut explicat Marquard. Freherus *ad Petrum de Andlo. lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 164. per eam Galliæ partem, quæ Regno Arelatensi continetur, olim Imperium Romanum recognoscens. Per reliquam enim Galliam, quid Cancella-

rio

tio opus magis, subnectit idem, quam per Hispaniam aut Africam? Hanc dum mecum trutino explicationem, ea mihi durissima, nec verbis itidem satis apta & conveniens comparet. Ad quid enim, & cui usui verba per Galliam generalia? quorsum copula connectiva, Et? Scilicet, ut constaret, Trevirensem, non solum per reliquam Galliam, verùm etiam per Regnum Arelatense, & versa vice, constitutum Cancellarium. Pertinuit enim olim Gallia tota ad Imperii corpus, à quo tamen postea secessit. Vnde Guntherus *in Ligurino lib.* 1.

At simul à nostro secessit Gallia regno,
Nos priscum Regni morem servamus, at illa
Iure suo gaudet, nostræ jam nescia legis.

Hujus ergo iuris antiqui respectu potius, quam moderni status ratione, ubi nec Gallia, nec Arelatense Regnum quicquam nostro defert Imperio, Cancellarius dici poterit, æquè ut alii veterum dignitatum retinent emblemata, re licet mutata utplurimum. Quorsum etiam mihi inclinare videtur Goldast. *in dedicat. tom.* 1. *constit. Imper.* ubi præter dicta notanter adiicit, in Trevirensis officium partes Hispanicas, æquè ut Pannones & Sarmatæ in Moguntini; ac Sicilia & cæteræ Insulæ marinæ in Colonien-

sis, fuisse deductas. Competit autem ex præscripto *A. B. Caroli IV. cap. 4. §. 3.* Trevirensi votum primum in electione Imperatoris, atque ratione ordinis præcedit Coloniensem; tum quia Gallia ante Italiam, cujus Archicancellariatum gerit Coloniensis, Imperio Germanico accessit, ut eo nomine dignior cœperit haberi. Theod. Gothofredus *in tractatu de la preseance des Roys de France sur les Roys d'Espagne. cap. 1. in annotat. lit. c. fol. 13.* Tum etiam quia Trevirensis Ecclesia major natu, vel antiquior est Coloniensi, quippè ab ipso D. Petro Apostolorũ Principe fundata, per S. Martialem, unum è septuaginta discipulis, ut in veterum historiarum monumentis relatũ legimus, & in hac ipsa causa præcedentiæ refert Albert. Stadensis *in Chronic. Anno* 1240. Krantzius *lib. 8. Metropol. Saxonia. cap. 5.* Kyriander. *in Annalib. Trevirens. p. 11.* Vnde & secunda Roma appellatur, ipseque Archiepiscopus heres Petri, Vicarius & Primas cis Alpes constituitur à Friderico I. Imperatore: Wolfius *Rer. memorab. cent.* 1100. & in Goldasti *collect. constit. Imperial. tom. 1. fol.* 264. Goldastus *de majoratu. lib. 1. c. 20. n. 15. p. 59.* Voluit quidem Tholosanus *lib. 6. de Republ. cap. 13. n. 15. & l. 7. cap. 15. n. 18.* Trevirensi hoc electionis votum nomine com-

competere Galliæ, ut Moguntino Germaniæ, Colonienſi Italiæ: verum Germanici ſtatus ignarus, ut plerique Gallorum alii, in hoc, atque in aliis nonnullis graviter impingit & labitur. Quod ſi enim Moguntinus nomine Germaniæ eligit, ut ipſe perhibet, quænam reliquorum Electorum Secularium, ratione Germaniæ, partes ſupererunt? Si Trevirenſis eligit nomine Galliæ, vel Gallorum, ad quid jurat, ſe electurum per fidem, quâ DEO & ſacro Romano Imperio eſt aſtrictus? *cap. 2. A. B. §. 2.* potius juraret per fidem, quâ DEO & Galliæ aſtrictus. Nec verò, ipſo Tholoſano teſte, Trevirenſis unquam à Gallis mandatum eligendi habuit; non ergo eorum potuit eligere nomine. *arg. cap. 1. §. 18. & 21. cap. 19. A. B.* Accedit quod Electores Eccleſiaſtici, non tam Electionis, quam muneris Cancellarii intuitu diverſa Regionum nota fuerint inſigniti. Nec propterea Electores ſunt, quia Cancellarii; cum & Seculares Electores ſint, nec tamen Cancellarii. Denique admiſſà Tholoſani ſententia, eodem quaſi fundamento concludendum foret, Palatinum eligere Palatinatus, Saxonem Saxoniæ, Marchionem Marchiæ, Regem Bohemiæ Regni Bohemiæ nomine, quæ omnia abſurda. Knichen. *dict. loc. num. 73.* DEINDE

datum est Trevirensi, ut sedeat ex opposito, & lineari directione versus Imperatoris faciem, *gerichts gegen eines Keysers angesicht vber. A. B. cap. 3. §. 2.* utque in directa diametrali linea ante Imperatorem vel Regem transeat, illis solummodò intermediis, qui Imperialia vel Regalia deportant insignia. *Aurea Bulla cap. 21. cap. 22. cap. 26. §. 4. cap. 28. §. 3.* De anomala hac sessione quid habendum, & cur in provinciis Archicancellariatui suo submissis, potestatem non æque ut reliqui Electores obtineat ad dexteram Imperatoris sedere? expeditum hactenus non fuit. Arumæo quidem discursu 3. *ad Auream Bullam th. 2.* visum fuit, Trevirensem de jure suo aliquid Coloniensi cessisse, inque recompensationem ejusdem recepisse, quod etiam extra Cancellariatum suum & provinciam, stabilem eundemque sedendi locum semper teneat, cum tamen Moguntinus & Coloniensis, ratione locorum modò dextrum, modò sinistrum latus occupent. At displicuit hæc divinatio Noldenio *de nobilitate. c. 9. n. 154. & seqq.* ubi eandem somnolentam vocat, & jactationem honoris, præsertim inter Magnates Imperii non præsumendam, scribit; cum horum proprium in quarto sit modo, de gloria & honore certare.
Mar-

Marzarius *consil.26. n.* 4. Ipse ergò, ut Bartolus in arduis quæstionibus auditores, ut cogitarent, monuit, eodem transit præcepto. Nisique dicamus ob id, quod Cæsari ita placuerit legis vigorem habere, cum Pomponio paratus est jurare, Non liquere. Equidem non nego, hujus farinæ in quæstionibus conjecturas nimium lubricas, divinationes ut plurimũ fallaces, at propterea in jure eas reprobatas, si quis dixerit, non tantùm ultimarum voluntatum conjecturas, de quibus non nemo ICtorum primi ordinis integrum consarcinavit tractatum, verum reliquas quoque omnes, de quibus Mascardus *de probat. vol.* 1.*conclus.* 405.*& seqq.* & alii: ut & totam de præsumptionibus doctrinam impugnabit, ausu temerario. Textus sanè juris Civilis. *l.* 31.*in fin. ff. ad l. Aquil. l.* 4. §. 23. *de doli mali & metus except.* à Noldenio inducti, hoc non probant. Et imò generaliter verum est in re certa demum conjecturis locum nõ esse. *l.* 15. §. 1. *ff. de legat.* 3. *arg. l.* 137. §. 2. *ff. de V. O.* Donell. 21. *comment.* 11. Nec quod Apostolus Paulus divini secreta consilii non potuerit agnoscere. *ut c. beatus.* 22. *q.* 2. vel divinare, quicquam ad rhombum facit, sed somnolentè valdè à Noldenio adducitur. Quod tantum in transcursu notare volui, non ea intentione,

ne, quod conjecturam domini Arumæi approbem, sed quod conjecturis locum esse velim.

Non possum, quin apponam veterrima à Carolo IV. Cunoni Archiepiscopo Treverensi, de An. Christi millesimo trecentesimo septuagesimo sexto cōcessa privilegia, quibus prædictus Imperator

CAROLVS IV. *Rom. Imp. Aug. & Bohemiæ Rex, Intuitu venerabilis Cunonis sanctæ Trever. Ecclesiæ Archiepiscopi, sacri Imperii per regnum Arelatense & Galliam Archicancellarii, Principis consanguinei, & devoti sui charissimi, civitatem, oppida, villas, castra & fortalitia ejus & Ecclesiæ prædicta libertat. & libertata confirmat, eademque decernit ad ipsam Ecclesiam Treverensem pertinere, cum jurisdictione, meroq; ac mixto Imperio, & eorundem exercitio, potestateq; animadvertendi in delinquentes istorum locorum. Confirmantur dein, & concedantur eidem Archiepiscopo, atq; ejus Ecclesiæ, proprietas & possessio perpetua castrorū & munitionum, Coche, Kemplen, & Clotten, cum telonio, jurisdictione, & omnibus pertinentiis; item monetam in civitate Treveri vel extrà, locis dominii vel districtus Episcopalis signandi, & falsarios puniendi jus, non obstante, sed sublata prætensione civitatis Treverensis, quod Episcopus in*

in civitate ipsa cum illius consensu monetam cudere debeat. Confirmantur deinde telonia super flumine Rheni & Mosellæ, & immunitas vectigalium pro rebus quas Clerici diœcesis Trever. non negotiandi causa deferunt, item jurisdictio, & conductus super fluvium Mosellæ, unà cum strata ejus utrobiq; dicta Linpadt, à ripa Dilmerbach, prope villam Remich, usque in Rhenum, & cōductus super fluvium Rheni, à Duberbach inter Bris & Rhense, usque ad ripam Nette prope Andernacum, præterea conductus & Foresta in Spurckenberg prope Mōtabur in Lesura, Kyle & Sura fluviis, nec nō toto tractu inter amnes Brimzam & Dronam, strata etiam utraque seu Linpadt & conductus fluminis Saræ ab amne Brimza usq; ad Mosellā, sanctione addita, ne quis, cujuscunque status, illos conductus, per receptionem telonii, vel captionem seu arrestationem personarum, vel rerum, quovis modo, belli quoque temporibus, infringat, quibuscunque privilegiis non obstantibus, vel pravam consuetudinem in istis conductibus naufragorū, vel cadentium bigarum & aurigarum, bona veluti jure Grundrur occupandi, deinceps exerceat, Vasalli, ministeriales, castrenses, cives, oppidani aut subditi Archiepiscopi, tam Ecclesiastici quàm seculares, etiam si quis ministerialis aut

vasal-

vasallus ipsius Caesaris seu imperii foret, ad judicium imperialis aut Regalis Curiæ, vel alterius cujuscunque super quacunq; causa trahi vetantur inviti, sed coram Archiepiscopo similem Regali vel Imperiali aulæ judiciorum formam exercere, atq; una sola pro omnibus terminis citatione uti permittitur. Quibus personis in judiciis suis etiam feudalibus uti possit, & qualiter actis judicum tanquã veris stari oporteat exprimitur. In feudalibus causis, à Curiæ paribus ad Archiepiscopum, ipsi etiam Archiepiscopo, à parium sententiis quibuscunq; ad Casarẽ provocandi facultas tribuitur. Vasalli intra diem & annũ feuda sua requirere atque recipere, nec ea præter domini voluntatem alienare aut obligare jubentur, alioquin libera potestas Archiepiscopo conceditur protinus absque ullo juris ordine talia feuda sibi vendicandi. Insuper Archiepiscopo Trever. indulgetur libertas ultra vel citra montes ad parlamentũ & expeditionẽ Imperatoris haut accedendi, nisi & alii omnes Electores Imperii nominatim vocentur, Archicancellariatus exercitium munusque & proventiones, custodia sigillorum imperialium vel Regalium, institutio & destitutio Cancellarii, Protonotariorum & Notariorum Cancellariæ, quotiescunque contingit, imperatorem vel Regem terminos Arelatensis

tensis regni vel Galliæ intrare, simulque prærogativa vocis primæ, tam in electione Regis Romani futuri Imperatoris, quam in aliis imperii negotiis per Electores communiter tractandis Archiepiscopo Trever. confirmantur; Fortalitia castrave quavis in fundo vel districtu totius Ecclesiæ Trever. vel infra Leucam à locis jurisdictionis ejus, præter consensum Archiepiscopi erigere nemini, nec ipsis quidem Augustis licere, pœna 50. lib. puri auri; insuper Ecclesias vel monasteria seu capellas diœcesis Trever. incastellare absque voluntate ipsius primarii sacerdotis fas haud esse, sub pœna banni Imperialis sancitur. Excommunicati ab Episcopo, vel ejus officialibus & judicibus, ultra annum & diem pertinaces, per ipsum Archiepiscopum vel ejus Curiæ magistrum, proscribi, & in Imperiali banno poni, atque à cunctis vitari jubentur; Bona feudave Imperii qualibet obligata, alienata, venditave, à quocunque redimendi, sibique retinendi facultas, nominatim emptio oppidi Limpurg & castrorum de Coverna cum omnibus pertinentiis, Archiepiscopo confirmatur, Ius argentariarum, seu aliarum minieriarum, in dominio seu districtu Treverensis Ecclesiæ, vel in ipsius diœcesi existentium, nec non thesauri in iisdem terminis inventi, eidem

Archi-

Archiepiscopo conceduntur, nullo cujusquam privilegio, jure vel usu obstante. Potestas cassandi mutandiq; communitates, societates, fraternitates, statuta, consilia & rectores suorum locorum, civitatis & oppidorum, & bonorum suorum Archiepiscopo attribuitur in perpetuum. Subditi Ecclesiæ Treverensis neque ut Pfalburger, oder Mundtleut, neq; si damnati proscriptive, vel hostes Archiepiscopi sint, in civitatibus Imperialibus recipi, sed expelli jubentur. Archiepiscopum Treverensem inimicis suis justum bellū indicere, & in expeditionibus suis vel Imperii quovis locorum victualia capere pro arbitrio posse, nec inde ad damna vel præstationes ullas teneri debere, exprimitur. Omnia feuda Ecclesiæ Treverensis ad eandem, & ad Archiepiscopum, iisdem modis devolvi, quibus ad Cæsarem vel imperium solent, nec ad prolem fœmineam pervenire debere decernitur, nisi de tali privilegio clare doceatur. Merum & mixtum imperium, cum attinētiis in jurisdictionibus diœcesis quæ Freiengereide vocantur, Archiepiscopo confirmatur pariterq; jus tutelæ exercendæ vasallorum suorum impuberum. Si qua collatio beneficii cujusquam diœcesis Trever. Cæsari competat, ipsum Archiepis. Treverensi personas idoneas præsentare debere pro institutione obtinenda declaratur. Sententia

tentia per ipsum Carolum pridem lata pro Cunone contra civitatem Treverensem, qua ipsam, ejusq; dominium directum & utile, advocatiam ibidem cum mero & mixto imperio ac jurisdictione tam Ecclesiastica, quam seculari ad Episcopum & Ecclesiam pertinere decrevit, ratificatur & confirmatur. Deniq; privilegia, sententiæ, libertates, exemptionis gratiæ, atq; omnia quæcunque Trever. Archiepiscopis, eorum Ecclesiæ vel monasteriis & subditis ipsius unquam concessa fuere, monetæ etiam & Iudæi, dominia, jurisdictiones, forestaria, districtus, telonia, stratæ publicæ, conductus per terram & aquas jus navigãdi, piscariæ, aquarum decursus, ripæ & littora in dominio, potestate vel districtu Archiepiscopi & Ecclesiæ Treverẽsis, & omnia feuda, jura & consuetudines, libertates, proventus, bonaq; omnia quæ possidẽt, vel quasi specialiter feuda castrorum de Coverna proprietas, vel quasi monasterii S. Maximini, advocatia monasteriorum de Wadtgassen & de Sprenkersbach, proprietas & possessio oppidi sui Monasterii in Meinfeldt, & castri Thurũ, cum omnib. pertinentiis eidẽ Archiepisc. & Ecclesiæ Treverensi confirmantur, renovanturq; ex certa scientia, de plenitudine potestatis Imperial. Omnia privilegia, literæ Cæsareæ quibuscunq; personis vel locis concessæ, nec non omnia statuta, consuetudines & usus

quatenus adversantur præmissis, cassantur & tolluntur: cum promissione defensionis, & non contraveniendi, per ipsum etiam Imperatorem, addito, in omnibus Episcopi privilegiis latissimam interpretationem fieri debere, & cum inhibitione, ne quisquam mortalium super talibus Archiepiscopos Treverenses molestet. quibus eo nomine permittit &c. etiam pœnas mulctasque statuere in rebelles. Defectus si qui sint in his aut aliis literis Cæsareis, vel quibuscunque solennitatibus, ij de plenitudine potestatis Imperialis supplentur: & hisce tabulis plena probationis auctoritas tribuitur. Prædicta omnia sanciuntur sub pœna centum librarum auri puri. Signum Caroli. Testes citantur Principes Electores & alij, nobilesque & fideles Imperij plerique, sub aurea bulla typario Cæs. Maj. impressa. Datum Bacharach Anno 1376. Indict. 14. 2 Calen. Iunij. Regnorum Caroli 30. Imperii 22. Recognovit Nicolaus Cameracensis Præpositus, vice & nomine Reverendis. Dom. Cunonis Archiepiscopi Treverensis, sacri Romani Imp. per Galliam & Arelatense Regnum Archicancellarii, Imp. aulæ Protonotarius.

Hæc privilegia parum convenientia nomini Augustorum, supremæque Majestati adversa statuit Kyriander de Aug. Trevir. part. 15. p. 159.

Elector

Elector Coloniensis.

COloniensis Archiepiscopus Elector, I. nomen Archicancellarii obtinet per Italiam. *A. B. c.* 3. §. 2. cui adjuncta est Sicilia & cæteræ provinciæ; Goldast. *in d. dic. p.* 5. Hoc diploma quoddam de Anno 1275. Germanice ita exhibet: *Wir Siefert Ertzbischoff von Colln, deß Reichs von Oberberge Ertzcantzler.* Marq. Freher, *in not. ad Petr. de Andl. l.* 2. *cap.* 1. II. Secundo loco votum profert suum in Electione Regis Romanorum. *Aureæ Bullæ cap.* 4. §. 3. III. Eidem competit dignitas, nec non officium, Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi. *d. cap.* 4. §. 3. Scribit Matenesius. *lib.* 3. *de Coronat. Ferdin. II. pag.* 99. hoc jus à Carolo M. primam sedem Aquisgranum statuente Regni Germanici & imperii donatum esse, quamvis Moguntinum non raro hos religionis & ordinis sacri actus imperatoribus impendisse liqueat. Cum Otto I. Henrici I. filius Aquisgrani coronandus esset, *teste Witichindo. lib.* 2. *de rebus gestis Saxon.* in principio, quæstio Pontificum de consecrando Rege, Trevirensis ac Coloniensis orta est. illius quia antiquior sedes esset, hujus quia ad suam diœcesin pertineret locus. & ob id sibi convenire arbitrati sunt hu-

jus consecratiónis honorem. *Uterque tamen cessit Hildeberti Moguntini cunctis notæ almitati.* SIC ILLE. Post quem aliquot imperatores à Moguntinis consecrati sunt. Deinceps vero Henricus III. à Pelegrino Archiepiscopo Coloniensi, teste Krantzio, est coronatus. Filius ejus Henricus IV. ab Hermanno, de quo refert *Lambertus*, quod major generis claritas Hermannum Coloniensem, quam Lupoldum Moguntinensem commendabat. Ille enim Palatinus Rheni erat, hic vero ex Monacho Fuldensi ad Archiepiscopatum evectus fuerat. Ratio præter institutionem potissimum ex eo sumitur, quod urbs regia Aquisgranum intra diœcesin ipsius est, unde jus illud coronandi Cæsarem inviolabiliter, & immutabiliter temporibus præteritis ad hoc usque momentum profluxit. Guntherus *lib. 1. in Ligur.* de coronatione Friderici I. jus illud clare satis demonstat.

Imposuit capiti gestamina regia sacro
Arnoldus, quo tunc pastore Colonia dives
Gaudebat, quippe hunc veteris sibi juris honorem
Vindicat ille locus. ——

Ideo quicunque Henricum *III.* seculi sui

ti sunt Cæsares, hunc honorem, & hoc jus Coloniensi reliquerunt, & inconcusse asseruerunt, adeo ut usque ad A. B. promulgationem idem ipsis justissimo titulo jus acquisitum fuerit, & Austriæ familiæ columen Rudolphus I. à Ludovico Severo Duce Bavariæ & Septemviro electus, ab Sigfrido Coloniensi Archiepiscopo fuerit coronatus, Adolphus successor ab eodem, Lotharius Saxo à Friderico, Otto IV. ab Adolpho, uti & Philippus &c. Maximilianus I. ab Henrico, Carolus V. ab Hermanno, Ferdinand. I. ab eodem &c. Quod vero aliqui ab iisdem Electoribus & Archiepiscopis coronati non fuerint, id vel ex eo profectum est, quod majoribus ordinibus initiati non fuerint, vel quod pallium recens electi à Sede Apostolica consecuti nondum fuerint, sine quo ea quæ ordinis sunt, exercere non possunt: vel denique quod civilia bella, & varietates religionum vetitarum per imperium passim grassantes, aut alii obices id facere non permiserint. *Hactenus Matenesius. d. loc. IV.* Idem in sua diœcesi & Provincia, & extra Provinciam suam, & tota Italia & Gallia dextrum Cæsaris latus claudit. *Aureæ Bullæ. c.* 3. §. 2. *V.* Ejus subditi privilegiati sunt contra Rotwei-

iense, & alia extranea Consistoria, tam in realibus, quam personalibus actionibus. Deinde provocare non licet in causa momentaneæ possessionis, salvo tamen petitorio. Nec etiam in reliquis conceditur appellatio, nisi causa 500. florenos Rhenanos attingat, aliàs sententia executioni subjacet. Quod si summa appellabilis certa est, tũ intra semestre spatium juramẽtum appellationis & cautionem sub hypotheca omnium bonorum suorum præstare tenetur.

Rex Bohemiæ Elector.

INter seculares Electores primus est Rex Bohemiæ ex Regiæ dignitatis fastigio, *cap.* 4. §. 3. *Aurea Bullæ. & cap.* 7. *A. B.* §. 1. unde vocatur *Obrister Churfurst deß Heyligen Reichs, In verkundigung der Wahl* Caroli V. quæ habetur apud *Goldasten. in Reihshandlungen, p.* 100. Verus & legitimus sacri imperii Elector, *d. c.* 7. *Aureæ Bullæ R. A. Zu Augspurg.* 1500. *rubrica: Wie man mit dem Konige.* Quæ cum satis clara sint, mirari non incongrue licet. L. Cur Abbas Stadensis ad annum 124. Speculum Saxonicum *l.* 3. *art.* 57. *Schwvabenspiegel l.* 1. *cap.* 29. §. 2. scripserint, Regem Bohemiæ Pincernæ quidem munere fungi, verum non eligere, cum

cum Teutonicus non habeatur. II. Cur Hostiens. *in c. venerabilẽ. de Elect. & Electi potestate*, dixerit, Regem Bohemiæ de facto hodie jus eligendi sibi arrogare. III. Cur Canonistæ *in d. c. venerab.* Bellarm. *l. 1. de transl. Imperii. c. 1.* Clapmar. *de arcan. Rerum p. l. 6. c. 19. p. m. 236.* Dubrav. *l. 6. hist. Bohemiæ p. m. 50.* Petr. Bizar. *hist. Genuens. l. 23. p. 554.* Ludovicus Guicciardin. *in descript. Belgi. p. m. 313.* & alii prodiderint, Regem Bohemiæ demum, si reliqui Electores discordes fiant, tanquam arbitrum accedere. Quibus convenit illud, quod in *Actis Bohemic. part. 1. in princ. fere* per prosopopœiam refertur:

Ich bin der Churfurſten Oberman,
Weil man nicht vvohl eins vverden kan,
Vnd vvan ſich etvva in der Wahl
Zutrug ein Zvvietracht dazumahl,
VVelchem Ich dan die Stimme mein
Thue geben, der ſoll Keyſer ſein.

Quos contra præter superiora faciunt ea, quæ Goldastus habet *tom. 2. Constit. Imperialis pagina 857. & lib. 3. de Regno Bohem. cap. 5.* & fusius Gevvoldus *de Septemviratu E. R. I. cap. 9.* Ex quibus tantum Rudolphi I. placet excerpere diploma nostram ad sententiam validissimi roboris. *Rudolphus, D. G. Romanorum Rex, semper Augustus, uni-*

versis sacri Imperii fidelibus præsentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Quantò jura personarum prodierint, in lucem notitia clariore, tantò liquidius posteritati successura materia altercandi tollitur. Inquisitionis igitur circumspecta præhabita indagine scrutinieque solerti scire desideravimus, quid, quamtumve juris in Romano competat Imper. & Electione in Romani Regis futuri Imperatoris, inclyto Regi Bohemiæ, Principi & filio nostro charissimo, & heredibus ipsius. Quo facto Principum, Baronum, Nobilium & procerum Imperii, nec non veteranorum communi assertione & concordi testimonio comperimus assonantem, ipsum Regem Bohemiæ Imperii debere pincernam existere, ac officium pincernatus apud eum, nec non ejus heredes jure hæreditario residere. Extitit etiam dilucide declaratum, prædictum Regem Bohemiæ & suos heredes, in electione Regis Romanorum futuri Imperatoris, cum cæteris Electoribus habere debere, ad similitudinem aliorum Electorum, eligendi plenarium jus & vocem. Hæc vero jura Pincernatus & Electoratus, ne dum dicto Regi & suis hæredibus didicimus competere, sed etiam suis progenitoribus, abavis, atavis, proavis, avis, pu-

reple-

re plenissime competebant. Volentes itaque dicti Regis & heredum suorum dispendiis cavere, jus & officium pincernatus in imperio, sibi & heredibus ejus, & non aliis competere, & in electione Regis Romanorum futuri imperatoris habere jus & vocem, clare recognoscimus, approbamus, & præsentium testimonio profitemur. Si quid autem diminutionis vel calumniæ, quod non credimus, cavillose, malitiose vel subdole possit opponi, supplemus de plenitudine potestatis. In cujus rei testimonium præsens scriptum Majestatis nostræ sigillo fecimus communiri. Datum Erfordiæ sexto Kalend. Octobr. Indict. tertia. Anno Domini millesimo ducentesimo & nonagesimo, Regni vero nostri decimo septimo.

Hisce ergo ex fundamentis, cum more debito Rex Bohemiæ non esset vocatus ad designationem Maximiliani I. ita exigentibus simultatibus imperatoris Friderici III. & Regis Bohemiæ, pœnam in A. B. positam instanter postulavit, armaque minitatus est; nec in gratiam redire voluit, nisi hac conditione, ut remitteretur Regibus Bohemiæ obsequium, quo imperatori in Italiam concedenti astringitur, aut ipsi liceret ejus vice octingen-

tos ducatos exſolvere. Quod cum ipſi fuiſſet denegatum ab Electoribus, tandem transactione inita conventum inter eos, ne ſub pœna quingentarum Marcarum auri puri Reges Bohemiæ impoſterum excluderentur. ex Hartman. Mauro *de Coronat. Caroli V.* Knich. *de Saxon. non provoc. jure, verbo Elector. c.* 1. *n.* 236. *Satzung, vvann die Konige zu Boheimb zu der VVahl eines Romiſchen Keyſers oder Koniges nicht beruffen, vvas fur Pœn darauff ſey.* apud Goldaſt. *tom.* 2. *der Reichsſatzungen. p.* 178. Non ſolum vero Bohemus cum reliquis Electoribus commune votum, ut & alia, habet, verum etiam multa ſingularia, egregia privilegia & prærogativas obtinet.

I. Eſt Pincerna imperatoris, proindeque in celebratione imperialis Curiæ primum potum tenetur porrigere imperatori, non tamen ſub corona Regali, niſi libera voluntate, *d. c.* 4. *§.* 4. *c.* 27. *§.* 5. Videatur Conſt. Ruperti ad Goldaſt. *t.* 2. *conſt. Imperial. p.* 92. *§. ult.* ibi: Archipincernatus officium coram imperatore vel Rege Romanorum in ſolennibus Curiis ſub corona Regali exercere non debet, nec tenetur ad hoc, niſi velit facere ſpontanea voluntate. Poterit tamen juxta beneplacitum, in præſentia imperatoris vel Regis Romanorum, dum ſolennes curias

curias celebrari contigerit, procedendo, sedendo, vel stando, Regalem gestare coronam. Nec dignitati ejusdem, de qua mox, officit, quod officium hoc suum post omnes reliquos Electores perficiat, *d. c.* 27. §.5. Nam hoc ex ordine naturæ æstimandum est, ut potus cibum subsequatur. Est autem potus iste vinum aqua permixtum. *d. c. A. B.* quod ex præcepto Salomonis *Prov. c. ult. vers.*4. conjectura labili deducit Nolden. *de Nobil.c.*8. *n.* 78. Salomonis regula est: Regibus non dandum vinũ, cum nullum secretum sit, ubi regnat ebrietas, & ne forte bibant, & obliviscantur judiciorum, & mutent caussam filiorum pauperis.

II. Est inter Collegas seculares primus, ut dictum. In celebratione Imperialis Curiæ, & in qualibet sessione, ubi imperatorem vel Regem Romanorum cum Principibus Electoribus sedere contingit, à dextro imperatoris latere immediate post Archiepiscopũ Moguntinum, vel Coloniensẽ, distinctione *d. c.*4. §.1. *A. B.* observata, locum habet. Ipse in processionibus imperatorem seu Regem Romanorum immediate, nullo interveniente, sequitur. *cap.* 22. *A. B.* Nec obstat, quod dicitur *c.*26.*A.B.in f.* imperatricẽ, vel Reginam Romanorum, suis Augustalibus amictam insigniis: Regem vel imperatorem

ratorem immediate sequi debere. Nam licet hoc ipsum in exemplari, quod ex Archivis Palatinis juris publici factum est, ita ad literam habeatur, nihilominus tamen in aliis compluribus, & quidem correctioribus editionibus (qualis est Cujaciana, & illa, quæ Recessibus imperii præfixa) alio, & plane cum *d. c. 21.* convenienti sensu hæc leguntur verba *c. 26.* imperatrix etiam vel Regina Romanorum suis augustalibus amicta insigniis, post Regem; vel imperatorem Romanorum, & etiam post Regem Bohemiæ (qui imperatorem immediate subsequitur) ad locũ sessionis procedat. Aut si prior ista scriptura verior, dicendũ erit, Regem Bohemiæ imperatorem immediate sequi, *d. c. 22.* quando scilicet imperatrix processioni non adest, *d. c. 26. f.*

III. Vt Electoribus cæteris specialiter concessæ sunt civitates & arces, quas Electorio nomine obtinent, ita Lusatia etiam inferior ad Regem Bohemiæ pertinuit eodem titulo. Geor. Fabritius *orig. Sax. lib. 5. p. 542.*

IV. Nullam ejusdem Regni personam, cujuscunque tandem illa sit conditionis, in quacunque causa, ad cujuscunque actoris instantiam, extra Regnum Bohemiæ, & judicium Regalis curiæ citari, trahi, aut vocari posse, omni contra-

contrario processu irrito, *A.B. c.8*. Nullum cujuscunq; conditionis Regni hujus subditum à processibus, sententiis interlocutoriis vel definitivis, sive præceptis Regis Bohemiæ, aut suorum Iudicum posse appellare, aut aliunde provocare, hocq; modo provocantem ipso facto causam suam perdere. *d. c.* 8. tamen excipit Goldastus *d. lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 24. I. Feudales controversias. In illis enim posse Regem coram Cæsare, & subditos coram iis, à quibus feuda obtinent, conveniri. *A.B.tit.* 11.§.*ult. edit. German.* II. in loco contractus sive delicti, cõveniri Bohemos posse coram judice loci, si præsentes contrahant, aut delinquant. Iunge Rummelin. *ad A.B.p.2. diss.* 1. *th.* 10. *& seq.* III. Diffamantes aliquando fuisse evocatos, *ex l. diffam.* ad alia judicia, sed non cõparuisse, injunctum tamen illis ab evocantibus judicib⁹ fuisse perpetuum silentiũ. IV. Posse à Cameræ, aut Rotvvilani judicii Commissariis, hujus Regni subditos, extra Regnum, testimonii dicendi causa evocari.

V. Ab antiquo illis licuit, & in possessione pacifica continua fuerunt Reges Bohemię, monetas auri & argẽti, in omni loco & parte Regni sui, & subditarum terrarum & pertinentiarum omni, ubi Rex ipse decreverit, ipsiq; placuerit, cudi facere & mãdarę, sub omni modo & forma in

ma in Regno ipso Bohemiæ in his ad hæc usque tempora observatis, *c.* 10, *A.B.* vel ut ejusdem Caroli IV. constitutio alia *de Privilegiis Regni Bohemiæ* habet, apud Goldast. *in Reichssatzungen part.* 1. *p.* 15.

VI. Dum Rex Romanorú aut imperator futurus pro tempore existens pro suscipiendis imperialibus infulis in urbé Romanam proficiscetur, Rex Bohemiæ non teneatur ut antea eidé dare & mittere, nisi centú quinquaginta armatos, aut marcas argenti totidem: quávis superiori tempore trecentos armatos dare, aut tot argenti marcas dare fuerit astrictus.

VII. Rex Bohemiæ Conventibus imperii ordinariis interesse non cogitur indistinctè, sed si certis tantum instituantur in locis. Vel ut nova Privilegia Friderici Regi Georgio, Regnoque Bohemiæ concessa inducuntur *in der Beylage der Böhmischen deduction*. *n.* 21. Rex Bohemiæ ad Curiam vocatus aut requisitus, salvoque conductu, prout moris est, provisus venire aliàs non debeat, nisi Romanorum Regem aut imperatorem apud Nürembergam, aut Bambergam, Curiam imperialé habere contigerit & celebrari. Hujus occasione, quod scil. Rex Bohemię conventibus imperii non intersit, nec ad ea vocetur, arbitratur Reinkingius *de Reg. secul. & Eccles. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 3. *n.* 27.

n.27. & 31. Eundem Statum imperii non esse; cum omnis Satus imperii vocetur ad Comitia, & habeat votum ac sessionem in illis. Verum non solum Reinkingius sibi ipsi est contrarius, ut locus allegatus collatus cum. 1. *lib. & class.* 4. *c*. 21. evincit; sed etiam male præterea colligit, qui ad Senatum & Consilium imperii non admittitur, non est Status imperii. Nam qui ad Comitia vocantur, & in illis votum atque sessionem obtinent, omnes sunt Status imperii, at non protinus, qui ad Comitia non vocatur, nec in illis votum & sessionem habet, Statuum eximendus numero. Falsum quoque est, Regem Bohemiæ ad Consilium & Senatum imperii non admitti, nec vocari: licet verum sit, vocatum indistincte non teneri comparere. Et quis est tam iniquus, qui quod Privilegii & gratiæ loco Bohemo datum fuit, ejusdem in odium velit detorquere? Quis dicet, Bohemum, eo quo vocatur & admittitur casu privilegii expresso, Statū esse; altero, quo non vocatur, aut non rite, Statum non esse. Scilicet ad onus imperii Statuum pertinet in Comitiis ut compareant.

VIII. Dum Rex Bohemiæ à Rege Roman. seu imper. Regalia seu Investituram cum solennitate & Banderiis sibi conferri petierit, ut solennitatibus expletis Bande-

ria

ria ipsi Regi minime læsa, fracta aut lacerata restituantur: cum quib. ad hospitium suum à solio Cæsareæ Majest. revertatur.

IX. Regi Boëmiæ ad suscipienda Regalia sua proficiscenti per Regem Romanorum aut Imperatorem eunti, ac ad regnum, terras & dominia sua redeunti, de salvo conductu provideatur.

X. Rex Boëmiæ Investituram & Regalia sua suscipere non teneatur, nisi in metis vel finibus regni sui, aut finitimis locis 10 vel 15 miliaribus Alemanicis à Regno suo & Dominiis suis distantibus.

XI. Dum per Roman. Regem, aut Cæsarem Capitaneus vel Capitanei per S. imper. constituuntur, ex tunc idem Capitaneus, sive Capitanei, de subditis Regis Boëmiæ ipsis præcipiendo, aut mandando, contra libertates Regni Boëmię se nullatenus intromittere debebit vel debebunt: quin imo potius præfato Regi Boëmiæ apud suos subditos præcipiendi authoritas salva permanebit, prout hactenus fieri consuetum est & observatum.

XII. Circulo nulli addictus est, neque contributionibus, aliisque oneribus obnoxius. (Cluten *in syllog. rer. quotidian. th. 24. lit. o.* Quorum posterius hodie si obtinet, quod tamen totis viribus negat Goldastus *de Regno Bohem. l. 2. c. 16. n. 1. & seqq.* olim tamen fortassis haud æque obtinuit,

obtinuit,ut nonnulli ex editis Brunsuicensibus *actor. tom.2.* matriculis, colligunt. Arumæus *disc.4.ad A.B.th.ult.lit.S.*)

XIII. Rege defectum ætatis patiente, non proximus agnatus, ut vult *cap.7. A.B.* sed proceres Regni ad Electionem Imperatoris, nonnullorum ex sententia admittuntur. Exempli loco adducunt electionem Caroli V. de quo Goldastus *in Politischen Reichshandl. part.1.pag. 29.*

XIV. Reliqui Electorales Principatus vacantes ad Imperatoriam provisionem pertinent, excepto Regno Bohemiæ, cujus Regnicolis in casu vacationis jus cōpetit eligendi Regem Bohemiæ, faciendique juxta continentia eorundem privilegiorum, & observatam consuetudinem diuturnam. *d. cap. 7. A. B. §. fin.*

Elector Palatinus.

DIsputatum aliquādo fuit inter Christophorum Gewoldum, Consiliariū Ducalem Bavaricum, & Marquardum Freherum, ConsiliariūElectoris Palatini, scriptisq; in publicum evulgatis ultro citroque contentionis tracta serra, *An Electoratus Palatino Rheni competat, an Duci Bavariæ?* Pro Bavariæ Duce quem laudavi, Gewoldus *de S. I. R. Septemviratu. c.10.per totum.p. 188. & seqq.*

seqq. Windekius *de Electoribus. cap.* 17. *pag.* 50. ita ratiocinantur.

I. Ex Ditmari historia. *lib.* 4. *fol.* 56. probatur, Bojariæ Ducé, ab Ottone III. (cui communiter Electoralis collegii institutio attribuitur) dapiferi officio, quod Electoratui huic inseparabiliter connexum, adhibitum fuisse, nec constat ex ullo probato autore vetusto, Palatinum Rheni Comitem, huic muneri præfectum fuisse.

II. Præterea ex historiis quoque notum, Ducem Bavariæ tanquam Electorem & Archidapiferum more ab antiquo recepto in coronatione Regis Roman. eidem globum aureum in manus tradidisse, & pomum illud aureum prægestasse Imperatori in solenni deductione. Quod & ipsum arctissimè Electoratui huic annexum.

III. Electores feuda officiorum à Bambergensi ut teneant, ita à tempore divisionis, per Cæsarem Ludovicum inter fratris sui, Ducis Rudolphi, tunc defuncti, suosque filios factæ, Palatini Boiariæ tenuerunt. Et licet postea nonnulli Ducum Bavariæ Ducatu expulsi, amissa cum aliis juribus hac quoque dapiferia, illam ipsam tamen postea recuperarunt. Quod si vero ad Palatinos Rheni, aut ad ipsum Palatinatum Dapiferiæ officium, seu,

feu, quod idem eft, Electoratus pertinuiſſet, Cæſar Fridericus I. fratri ſuo Conrado Hermanno Palatini Comitis Rheni ſucceſſori, eundem conceſſiſſet. Sed contra feudum iſtud dapiferatus ſibi retinuit, & de eodem ab Epiſcopo Bambergenſi inveſtitus fuit.

IV. Subortâ lite inter Regem Bohemiæ Ottocarum, & Bavariæ Duces, Ludovicum & Henricum fratres, de Electoratu, Cæſar Rudolphus & Principes, auditis partibus, publicis literis teſtati ſunt, Ducibus Bojariæ jus eligendi Romanorum Regem competere, ratione Ducatus Bavariæ ex antiquo.

V. Dignitas Electoralis Bavariæ Ducatui adeo annexa ſemper fuit, ac Ducibus eiſdem competiit, ut quamvis plures, quam unus, uno eodemque tempore Duces in regimine eſſent conſtituti, omnes tamen & ſinguli jus & facultatem haberent eligendi, vocibus nimirum eorundem Ducum eligentium pro una inter ſeptem Principum, jus in electione Regis Rom. habentium numero, computatis. Quem moré diu duraſſe conſtat.

VI. Alberto Romanorum Rege occiſo, Clemens V. Pontifex ad Rudolphú, non ut Comitem Palatinum Rheni, ſed tanquam ad Bojariæ Ducem literas dedit, illumque admonuit, quam curam

circa electioné alius Regis, ut Elector adhibere deberet. VII. Licet Rudol. Palatini Rheni, Bavariæq; Ducis, Cæsaris Ludovici fratris prognati, exclusis prædicti Ludovici filiis ac posteris, contra ejusdé Imperat. divisionem contraq; pacta utriusq; partis conventa, juramentoq; firmata, sibi de facto arrogaverint huc etiam usque, attamen factum juri haud ullū poterit objicere remoram; cum præsertim constet ex originalibus literis, Bavariæ Duces nunquā per tantum temporis intervallum, quod ad præscribendum tale jus incorporale legitimum habetur, siluisse, verum protestando jus suum conservasse. Quoties etiam ab Imper. Ducatus, & aliorum jurium investituram petierunt, toties etiam Electoralis prærogativæ confirmationem & infeudationé petierunt, ut literæ investituræ testantur. Cumq; anno 1544. ab Imper. Carolo V. in Comitiis Spirę Frider. Palatinus Electoratus infeudationem requireret, eodem tempore simul interposita fuit protestatio nomine Ducis Bavariæ Guilhelmi IV. & impetratum rescriptum Cæsareum, quod infeudatio Electoratus cum suis pertinétiis & juribus Duci Friderico facta, Duci Guilhelmo in jure suo præjudicare nullatenus debeat, Gewol. p. 230. Freherus, uti contrariæ ab initio assertor senten-

sententiæ. *Origin. Palatin. part.* 1. *c.* 15. ita ejusdem postea defensor extitit, *in Epist. responsoria de Electoratu S. Rom. Imper. Comitivæ Palatinæ Rheni antiquitus annexo & cohærente.* Hunc, inter alios, secutus postea Buxtorffius *ad A. B. tb.* 5 5. *lit. e.* Nolden *de Nobilitate c.* 8. *n.* 84. Fundamenta præcipua hæc habent.

I. Communis illa historicorum ICtorumq; sententia, quæ Otton. III. auctorẽ Electoralis Collegii constituit, unanimi fere labio inter Principes illos Laicos, Palatinum Comitem Rheni fuisse collocatum, tanquam Palatinum Rheni, non ut Ducem Bavariæ (in quã familiam longo post Otton. III. temporis intervallo Palatinatus cum Electoratu demũ fuit illatus) affirmarunt. Id videre est apud Schardiũ, Cisnerum, Beutherum, P. Heigiũ, A. Knichen, qui dum de Electorali scripserunt collegio, auctorũ nomina & testimonia collegerunt. Quod si aliquis, aut Italus, aut alius exoticus aliquis, minus recte hac de re scripsit, at non errarunt Saxones prisci, in vicinia, & populares, qui in vernaculo jure suo hoc non omiserunt: Primus est inter Illustres Rheni Palanzgravius, qui est Dapifer: Secundus Dux Saxoniæ, Marescalcus: Tertius Marchio Brandenburgensis, Camerarius: Bohemiæ Rex pincerna est &c. Specul.

Saxon. *lib.3.art.57.* Et Bojorum Livius (quo elogio Andream Presbyterum Ratisbonensem Aventinus cohonestat) qui ante annos paulò minus ducentos, sub Ludovico inclyto Duce vixit, ejusq; auspiciis histotiam suam edidit, *pag.42.* hanc in rem ita scripsit. Quod non per successionem, sed per electionem Imperii gubernacula traderentur, & præsertim per Imperii officiales: qui sunt Archiepiscopi & Archicancellarii &c. Comes Palatinus Rheni Archidapifer, Dux Saxoniæ Archimarescallus &c.

II. Sed neque fando unquam, inquit *Freherus*, illud inter Bavaros, aut Rhenicolas auditum hactenus fuit, neq; ipsi Serenissimi Bojorum Duces tale quid antehac cogitarunt, aut crediderunt, nedum prætenderunt, aut ostentarunt. Quod si jure patrii & amplissimi Ducatus Bojarici, Electoratum suæ familiæ competere putassent, quid causæ habuissent, quod splendori proprio & paterno dotalem aut maternum, in nominum suorum præscriptionem fere perpetuo & immutabili quodam moreantepo nerent? Cur leones Palatinos in deigmate, & insignibus gentilitiis, ad dextram & honestiorem partē, potius collocassent, quàm virgatum alternantibus cœruleo candidoque colore rhombis clypeum, inde ab

obsesso

obſeſſo Capitolio Brennoque & Chrixe Ducibus cognitum. Hîc tamen illud notandum, poſtquam per conjugium Ottonis, Ludovici F. cum Agnete Palatina, familiæ Boicæ dignitas ditioque inſerta & juncta, ipſa vero Palatinorum proſapia penitus deficeret & extingueretur, ab eo tempore, veluti mixtione aut confuſione quadam utriuſque familiæ facta, omniq; diſcrimine ſublato, omnia communia & promiſcua & alternantia & convertibilia reddita, nomina præſertim & tituli, id eſt, res per ſe inanes. Itaque ſive Bavarus, ſive Palatinus præponeretur, parum referre viſum: & fuerunt, quibus illud, alii, quibus hoc nomen aut ſpecioſius aut amabilius apparuerit.

III. Firmat hanc ſententiam authoritas & deciſio Caroli IV. Imperatoris. Ita clariſſimis & diſertis legitur verbis in Aurea Bulla. *cap.* 7. & 20. ibi: Sanè generaliter longe lateque eſt publicum, & quaſi per totum orbem notorie manifeſtum, Illuſtres, Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgenſem, virtute Regni & principatuum ſuorum, in Electione Regis Romanorum, jus, vocem & locum habere. Eò etiam referri poterunt ejuſdem Bullæ. *cap.* 1. §. 13. *c.* 4. §. 1. & 3. *c.* 5. §. 1. & 3. *c.* 11. §. 3.

cap. 22. *c.* 25. §. 1. *cap.* 27. §. 4. *cap.* 30. §. 1. Quibus in locis Comitis Palatini Rheni, nullibi autem in toto prædicto Bullę contextu Ducis Bavariæ, Electoris mentio fit. Atque hæc, cum de communi consensu, non tantum Electorum, sed omniũ omnino Principum & Ordinum Imperii condita & publicata fuerint, nemo ut initio, quod contradiceret, habuit, ita postea nec contrahiscere ausus est. *Altera* apud Goldastum *tom.* 2. *der Reichsfatz. p.* 43. ubi idem Carolus in declaratione *vber der ChurPfaltz Recht vnd* succession, expresse constituit, *dass Er habe das Chur-Recht von vvegen der Pfallenz.*

IV. Agnovit hoc ante Carolum, pater ejusdem, Iohannes Rex, qui testificatur vidisse, & approbat ordinationem Ludovici Imperatoris de Comitibus Palatinis Rheni, (*non Ducibus Bavariæ*) quis ipsorum jus seu vocem electionis habere merito deberet. Ludovicus autem IV. Cæsar, Serenissimorum Bavariæ Ducum omnium progenitor, & familiæ Princeps, omnium optimecognitum habens jus & prærogativam Palatini fratris sui (*unde nec in electione Alberti & Henrici VII. se ingessisse, neque in propria sui creatione quidquam prætendisse legitur*) ordinationem istam de Comitibus Palatinis condidit, & erga fratris filios

fios æquum se exhibuit. Ante hunc, ut Rebdorffius habet, sub Anno 1300 Archicancellarii Imperii, Electores scilicet Ecclesiastici, Rudolphum Comitem Palatinum ad Rhenum, vocarunt eligentes ipsum pro judice, & asserentes, ad Comitem Palatinum pertinere, quod sit officium Palatinæ dignitatis, ex quadam consuetudine, de causis cognoscere, quæ ipsi Regi moverétur. Hæc præcipua tela, quibus uterq; suam ut præcaveat necem, nec nudum videatur ostendere latus, ea, quæ adversarii sunt protelare anxius est & diligés. Nunc Investitura Cæsarea, Palatino Rheni exauctorato, Bavariæ Duci Electoratũ addixit; nõ quod meminerim, ullã prædictorũ habitam fuisse rationem, sed quod Cæsaré, qui ad se devolutũ Electoratũ delicto Palatini contendebat, meritis & opera fideli permoverat Bavarus ad antidotum. Sed & isthæc quoq; translatio, Saxoni & Brandenburgico, Electoribus, non usquequaq; visa legitima.

Electoris Palatini præeminentiam sequentia satis ostendunt superque.

I. Ipse in electione Regis Romanorũ quartum votum obtinet, *d. c.4. A.B.§.3.*

II. Ipse ad dextrũ Imper. latus assidet continuo, post Regẽ Bohemiæ, *d.c.4.§.1.*

III. In processione solenni, gestat pomum Imperiale aureum *cap.22. de*

quo supra dictum; quodque pomum ex concessione Caroli V. Fridericus II. Palatinus Elector vacuo clypeo inseruit, imitatione Collegarum Saxonis & Brandenburgici, qui officiorum insignia, suis gentilitiis insertarunt. Freher. *in orig. Palatin. cap.* 15. *fol.* 106. Idem in Galliis quoq; aliquandiu in usu fuit, ut insignia officiorum, quasi haberent typos: id testatur André Fauym. *livr.* 2. *des premiers officiers de la couronne de France. chap.* 8. *pag.* 152. & ex Claudio Fauchet: Freherus *ad Petrum de Andlo de Romanorum Imperio lib.* 2. *cap.* 8. *pag.* 190. IV. Est Imperii Dapifer, & in solennibus Curiis, quatuor scutellas argenteas, cibis repletas, reponit in mensam ante Imperatorem *cap.* 27. *A. B.* §. 4. Hinc est quod in diplomate Ruperti, Comitis Palatini apud Lehemannum *lib.* 7. *Chron. Spir. cap.* 52. & 54. vocatur *der Oberste Truggseß deß Heiligen Reichs*, voce sine dubio literis paululum, ut in aliis quoque, immutatis & præcisis, Germanâ tamen, quasi *Trug* aut potius *Trag das Essen*. Feuda huic dapiferatus officio connexa, quæ à Bambergensi Episcopo in feudum tenet, sunt, Castrum *Hohenstein*, advocatia bonorum & hominũ oppidi *Harsbruck, Vilseck, Aurpach, Tagentz, Velden &c.* ut Investitura Bertholdi, Episcopi Bambergen-

bergensis, facta Ludovico, Anno 1269. prodit, apud Gewold. *de S. Rom. Imper. Septemviratu cap.* 10. *pag.* 210. & 211. ubi notandum subjicit, Conradum hujus nominis secundum, Ierusalem & Siciliæ Regem, Ludovici & Henrici Bavariæ Ducum ex sorore nepotem, avunculis suis partim donationis titulo assignasse, partim in solutũ eisdem dedisse, cum bona alia, tum advocatiam quoque prædictam *in Harspruck, Vilsecke, Amberg, Aurbach*, cum castro *Hohenstein*: attestantibus hoc ipsum literis donationis, nec non confirmationis Rudolphi I. Cæsar. de Anno 1273. V. Vacante Imperio est & dicitur ejusdem Vicarius, in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Frãconico. *A.B.c.* 5. Verum cum & Saxoniæ Elector, & alii quoque Imperii sint fuerintque Vicarii, ea de re fusius *capite finali præsentis libri dicam*. VI. Est secundum Auream Bullam judex Imperatoris, non autẽ cum illo concurrit Saxo, ut rerum Germanicarũ imperitus censor Bodinus existimavit, *l.* 2. *de Re. c.* 6. *n.* 224. VII. Elector Palatinus oppida & Dominia Imperii à Cæsaribus oppignorata, iisdem conditionibus, & pretio eodem, quo oppignorata fuerunt, redimere potest, donec à Cæsare reluantur: Zach. Vietor. *de causis exemptionum conclus.* 35.
Privi-

Privilegiū hoc ex Vicariatu originē duxisse scribit Marq. Freher. *in orig. Palat. c.15.§.& de Vicariatu. vers. deniq. ad hec.*

VIII. Idem Privilegio acceptam refert potestatem, non solum creandi Nobiles, verum etiam Comites. Freher. *ad Petr. de Andlo. lib.2. de Imp. Rom. c.11.* Cluten. *Syll.rer.quotid.con.24.lit.L.*

IX. *Pfaltzgraff Churfurst ist mit diesem* Privilegio *begnadet, daß alle Keßler, die in diesem nachgesetzten Bezirck Kreyß und* terminey, *mit Nahmen, von der Sar im Elsaß an biß gen Lautern, von Lautern biß gen Kirn, von Kirn vber Some, biß gen Coblentz, von Coblentz biß gen Montenbavver, von Montenbavver biß gen Friedtberg, von Friedtberg biß gen Gelnhausen, vnd gen Miltenberg, von Miltenberg biß gen Dunckelspuhel, von Dunckelspuhel biß an die Entz, von der Entz biß an die Murgg, von der Murgg biß vvieder an die Sar, in Statten, Festen, Marckten, Thalern, Dorffern, vnd vberal vvo sie binnen den obgenandten* termineyen *vnd Kreisen vvohnendt seindt, vnd hernachmals zu allen zeiten sitzen vnd vvohnen vverden, Pfaltzische dienstmanne, vnd denselben mit gelubde vnd Eyden zugethan sein, vnd gleich andern Pfaltzischen eigenen Leuten, zuverspreche vnd zuver-*

ant-

antwvorten stehen, vnder andern mit solcher gevvohnheit, freyheyt vnd herkommen, daß niemand innerhalb den vorgeschriebenen termin*eyen vnd Creißen, Kessel noch Pfannen feil haben, oder die pletzen soll oder moge, er thue es dann mit guten vville, vnd verhencknus bemeltes Keßlers handvvercks, alß dessen handvverck dieser LandRecht ist; Pfaltzische Lands-Ordnung tit.*32. *p.* 128. cui junge Wehnerum *pract. obser. verb. Schirmbrieff. p.* 599. & Meisterum *im Notariatspiegel. l.* 5*. part.* 2. *fol.* 714.

X. *Die Pfaltzgraffen Churfursten von seindt den Romischen Keysern vnd Konigen gefreyet vnd versehen, dessen sie auch jn* possess*, nutz, vvehr vnd gebrauch gevvesen, vnd noch seindt, daß alle bastart, auch andere fremde Personen, Mann vnd Fravven, so keynen nachfolgenden Herrn haben, niemandt außgenommen, also vvillfarige, so innvvendig ihren Furstenthummen vnd Landen, auch den beyliegenden Stifften, Herrschafften, Statten, Flecken vnd Gebieten, in Statten, oder auff dem Land gebohren, oder darinnen vvonhafftig vveren, ihre Leibeigene angehorige. vnd daß dieselben bastardt, vvo sie ohne LeibsErben mit Todt abgangen sein, deßgleichen andere, so auch keine Erben haben oder verlassen, in allen*

ihren

ihren verlassenen Haaben vnd Guttern, liegenden vnd fahrenden, auch an schulden, pfanden, vnd andern wo die gelegen sein, nichts außgenommen, die sonstē nach gemeinen beschriebenen Rechten, in ihrer Keyserlichen Mayestat vnnd deß Reichs Cammer verfallen vveren, an die Pfaltz, alß Landtsfurßten geerbet sein, vnd sie auch zu ihren handen einziehen vnd nemen, die gebrauchen, nutzen vnd niessen, vnd in allvvege damit alß andern ihren eigenen Guttern, nach deren vvillen vnd vvolgefallen handlen sollen vnd mogen. Pfaltzische Landsordnung. tit. 8. pag. 52. junge Knichen. *part.*2. *de pact. investitur.c.*3.*n.*28.

Ab Electore Palatino olim non licebat provocare, nisi summa appellationis 500. floren. excederet: ex privilegio de Anno 1541. quæ summa postea Anno 1566. ad 600. flor. aureos extensa: hodie ad mille redacta est, adeò, ut nisi caussæ valor 1000. flor. in auro attingat, appellatio interdicta sit, ut ex privilegio *de An.* 1578. apparet, quod proximesequitur. Et hæc summa mille flor. aureorum ad utrumque Palatinatum Rheni, Bavariæ tam superioris quam inferioris pertinet, *im Obern vnd Vndern Furstenthumb der Pfaltz am Rhein vnd Beyern Ober-Hoffgericht.* Vide *ChurPfaltz. Lädrecht. part.*

*part.1.vom Hoffgericht.tit.*50. Et quod à Consistorio Electoralis Palatinatus Heidelbergensis ad Cameram rectà appelletur, vid. Meichsner.*tom.* 4.*decis. Camer. decis.*36.*n.*1.*fol.*1001.

Subditi officiales & Vasalli Electoris Palatini privilegiati etiam sunt contra Westphalica & alia extranea judicia, de Anno Christi, 1520. nec non contra Rotwilense tribunal, de Annis 1474.& 1518.

Elector Saxoniæ.

QVemadmodum Electoralis dignitas modò dicta in familia perpetuam, eamque fixam non habuit sedem, ita ab Ottonis III. quoque tempore, ut annotarunt ii, qui ad ejus tempora Electorum referunt primordia, Electoratus Saxoniç varias diversasque per familias permeavit.

I. Ex Hermanni Billingi posteris Lunæburgensium Ducum alii tres, alii quatuor numerant: Cluten *in sylloge rer. quotidian.th.*24.*lit.m.*In hac familia Electoratum annos circiter quinquaginta supra centum permansisse, tradit Gewoldus *de S.R.I.Septemviratu.c.*12.*p.*236.

II. Ex Comitum Supplenburgi, unicum Lotharium, postea Imperatorem.

III. Ex Ducũ Bavariæ Guelphorũ duos.

IV.

IV. Ex Principum Anhaltinorum ſive Aſcaniæ, octo, Henrico Guelpho in publicis Comitiis Ratisbonæ An. 1180. exauctorato, Fridericus I. Imper. Bernhardo Anhaltino, una cum Electoratu Saxoniæ Ducatum in feudum conceſſit: Gewoldus *d. l. p.* 137. Indeque hac in familia eadem dignitas perduravit annis 227. ſecundum Fabritium, vel 242. ſecundum Spalatinum *tom.* 2. *fol.* 29. vel 253. ſecundum Fauſtum *in Stambaum. fol.* 162. *& in anatom. Statua Danielis. part.* 4. *fol.* 339.

V. Ex Comitum Wettinenſium, & Marchionum Miſniæ, ſeu domo Wittekindæa: Cluten *d. l.* Ex eodem hæc & alia, ne ſyllabâ mutatâ, ſuppreſſo nomine transſcripſit Auguſtus *Viſcher* in diſcurſum hiſtorico-politico juridicum *de Electione Regis & Imperatoris Romanor. conclus.* 10. *n.* 51. quem nobili plagio aliquot in locis conſarcinatum obſervavi. Junge Clutenio, ſi lubet, Auguſtinum Brunum *d. in triade. p.* 100. ac Albinum *in der Meyſſniſchen Chron. tit.* 16. *p.* 431. Hiſce in tranſlationibus duo potiſſimum controverſa ſunt: *An citra injuriam Ducum Saxoniæ Lauenburgenſium & Anhaldinæ familiæ, Sigiſmundus Imperator Ducatum & Electoratum Saxoniæ, Friderico I. bellicoſo dicto, Marchioni Miſ-*

niæ concedere potuerit? Fuit hæc controversia non solum in auditorio Imperat. ventilata, verum etiam prætextu denegatæ justitiæ ad Concilium Basiliense ab Erico Duce Lauenburgensi delata, nullitatem provocationis postea deducente Imperat. Sigismundo Vlmæ in Comitiis An. 1434. ut videre licet apud Goldast. *tom.2.constit. Imperial.p.*440. & *in Discursu, Ob die Romische Keys. Mayestet in sachen Furstenthumb &c.belangent, allein zuerkennen. p.* 22. *& seqq.* Pro Erico Krantzii testimonium *l.8. Saxon. & l.9. cap.*19. & aliorum patrocinium, quæ ab Andr. Knichen *de Saxon.non provoc.jure. verb. Elect.c.2.n.6. & seqq.* afferuntur.

PRIMUM quod Krantzii fundamentum est, Duces Lauenburgenses à Bernhardo Vrso Duce Saxoniæ, oriundi sunt, cujus ad familiam spectabat Electoratus.

DEINDE actibus certis jus hoc suum fundarant Lauenburgenses. In discordi electione Friderici & Ludovici, Ericus I. cum Rudolpho Duce Saxoniæ de Electionis jure contendit. Friderico Rudolphus, Ludovico Ericus I. suo suffragio adstipulatus est. Electioni quoque interfuit Ericus II. in designatione Guntheri Comitis in Schwartzburg. Crantz. *d.lib.* 9.c.26. unde videbatur, Sigismundum injuriâ Ericum IV. præteriisse.

TERTIO, orta disceptatione de jure eligendi inter Duces Saxoniæ superioris & inferioris, Rudolphum & Ericum I. Carolus IV. Tangermundæ transactione composuit litigium, ut alternis vicibus interessent, tituloque communi uterentur. Quæ compositio duravit, usque ad Sigismundi Imperat. tempora: Krantz. in *Saxon. l. 10. c. 3. & in Vandal. lib. 9. cap. 1.*

QVARTO, Ericus IV. ab ipso Sigismundo Imper. simultaneam investituram nactus, in eventum, si Rudolphus sine liberis decederet: Literæ hàc de re confectæ Anno 1414. die Luciæ, Imperii Hungarici 28. Romani 5. Spalatinus *tit. 2. fol. 32.* Atque hæc sunt Erici fundamenta, quæ quasi breve in compendium contracta, Sigismundus in prædicta epistola ad Concilium Basiliense enunciat, dum Ericum, Ducatum Saxoniæ, Archimarescallum & jus eligendi Romanum Principem ad se tam hereditario quam etiam infeudationis jure pertinere, contendere ait. Ad hæc respondet Knichen. I. Duces Lauenburgenses à Bernhardo Vrso oriundos quidem, ast ex agnatione non mascula, sed fœminea. Namque ab Helice filia Ottonis Magni, ex familia Hermanni Billingi prodierunt, nempe Albertus Vrsus, & ex eo Bernhardus Dux Saxoniæ, unde Albertus primus Elector, & Hen-

& Henricus, stirps Anhaldinorum ex illa linea. Chitræ. *in Chron. Saxon. l. 2. fol. 69.*
II. Quamvis deficiente linea Alberti II. Ducatus Saxoniæ videbatur ad Ericum IV. spectare, quia tamen is investitura non erat comprehensus, prætendere jus aliquod non poterat, præsertim Saxonicum, quo utimur, quod descendentes quidem admittit, non autem agnatos, nisi expresse & diserte vocati fuerint.
III. Quæ de vicissitudinaria Electione & cõmuni titulo refert Krantzius, suspicionem incurrunt. Erico enim ejusq; familiæ plus æquo addictus fuit, uti conqueritur Albinus *de Saxon. orig.* tum quod alteratio neque in electione Wenceslai, nec Ruperti, neque etiam Sigismundi fuerit edocta vel observata. Alioqui cum Ottonis Schurensis ex filio nepos, Ludovicus Elector, Rudolpho filio Palatinatum cum Electoria dignatione, & partem Ducatus Bavariæ, Ludovico verò Bavariam eâ conditione reliquisset, ut vicissitudinario jure prædictam excelsitatem possiderent, postmodum cum Ludovicus Imperator defuncto fratre Rudolpho, quem Comitatu Palatinico Rheni, & Ducatu Bojariæ expulerat, quod Fridericum Austriacum in electione voto suo sublevasset, divisione cum ejus filiis initâ alterna

suffragatio fuit repetita: Andreas Presbyter Ratisbonens. *ad annum* 1329. *fol.* 78. id tamen ipsis negatum fuit, quia Palatino Comiti, quippe qui Palatinatū reapse possidet, Electorium ἀξίωμα competit. Hubert. Thom. Leodius *de Palatinorum origine, fol.* 20. non tā quod pactio inobservantiam suggesserit, quam quia Aureâ Bullâ Caroli IV. contrarium sancitū. Deniq; prætensa investitura sub- & obreptitia, imo technis & fraude à Cancellario Imper. hujus præter scitum, emendicata.

Interim tamen negandū non est, ante solennem hanc investituram Friderico Marchioni titulum & insignia Electoratus, sive Ducatus Saxonici, Presburgi tributa. Non quidē an. 1424. sed an. 1425. die Epiphaniæ, Regni *Vngarici an.* 36. Romani 13. Bohemici 3. *Est* autē hanc ad investituram notandum. I. quid ditionis atq; territorii ad Saxoniæ Electoratū pertineat. Æneas Sylv. *de statu Europæ. c.* 24. parvum principatū vocat, inter Misniam Silesiamq; cujus Witteberga caput sit. Doceri autem potest, primis investituræ literis, quæ apud Pet. Alb. *Chron. Misn. t.* 16. integræ extant, ejusdem Saxoniæ Ducatus sive Principatus parvi, ut Electoratus membra 6. 1. Comitatū Palatinum cum arce atq; oppido Alstet. 2. Comitatum Brenensem. Burggraviatū Magde-

Magdeburgẽsem, una cum juribus Magdeburgi, & in salinis Saxonicis, Burggravio competentibus. In quibus ditionibus universis cum præter civitates, *Wittenberg, Beltzigk, Bruck, Niemick, Brettin, Jeßen, Hertzbergk, Liebenwerda, Bitterfeld, Kembergk, Schmidtbergk, Schweinitz*, etiam continentur *Zana, Graffenhanichen, Brena, Gammern, Seida, Luchaw, Schonenwaldt, Schlieben, Ebigaw, Warnburgk*: Altstedum arx atq; oppidum per transactionem Nürnbergensem anno 1554. Febr. die 24. ad Ducalem domum ab Electorali devolutum, hodie pro una dimidia Altenburgum, pro altera Isenacum spectat. Hinc apparet. I. ut scribit Hordlederus *d. l.* 5. *c.* 22. *p.* 1207. quidnam Ducatus atq; Principatus Saxoniæ nomine *A.B. tit.* 7. *ver. sanè. & tit.* 20. *ac* 24. §. *decernimus*, veniat, & quos illa terra districtus, homagia, vasallagia scindi, dividi, dimembrari vetet. II. Non videri verisimile, Ducatus Saxoniæ oppida venisse in divisionẽ hereditatis Ernesti Electoris & Alberti fratrum, Ducum Saxoniæ, quod tamen scribit Fabric. 7. *orig. Saxon.* III. Verissimè scriptum à Knichen *de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum Saxoniæ c.* 3. *num.* 182. vigore Bullæ Carolinæ, solum Saxoniæ Ducatum, ita appellatum in

ſpecie, cenſendum individuum. Non Landtgraviatum Thuringiæ; non Marchionatum Miſniæ; non oram Franconiæ, ſive diſtrictum Coburgenſem. Adde non Voigtlandiam. Non ſi reditus atque fructus ſpectes, Comitatum Hennebergicum. Haud enim ſcio, annon de territorio ipſo, propter ea, quæ ſcribit Spangenberg. *in Chron. Hennenberg. lib. 5. cap. 27.* aliud dicendum fuerit. Ac facit cum Knichenio Betſius *de pact. familiar. illuſtr. c. 9. fol. 605.* Beſold. *diſput. nomico polit. lib. 1. diſſert. 6.*

Totius verò territorii Saxonici duplex mihi cognita eſt diviſio. VNA, quæ tempore Iohannis Friderici Electoris obſervata, circulos quatuor principales continens: 1. Saxonicum. 2. Thuringicum. 3. Miſnicum. 4. Francicum. Thuringicus ſubdividebatur in 1. tractum Orlanum. 2. Salanum, *Sahlgrundt.* 3. Vinarienſem. 4. Gothanum & Weranum. Miſnicus verò diviſus in principales duos: Voigtlandicum & Torgenſem. Reperias etiam in *Receſſu Comitior. provincial. Vinarienſium Iulii die 13. anno 1546. edito,* in octo circulos eandem ditionem diſpertitam fuiſſe. 1. Saxonicum. 2. Vinarienſem. 3. Gothanum. 4. Peſnicenſem. 5. Zuiccavienſem. 6. Torgenſem. 7. Aldenburgicum.

cum. 8. Plaviensem. Quæ tamen partitio eodem recidit, præsertim si Francicum circulum nonum annumeres. ALTERA moderna, quæ sex absolvitur circulis: 1. Saxonico. 2. Thuringico. 3. Misnico. 4. Lipsico. 5. Montano *dem geburgischen Kreiß*. 6. Voigtlandico: Hordleder *de causis belli German. l.5.c.22.p.*1206. II. Quod Magdeburgum & Halam attinet, transactum inter Saxoně & Brandenburgensem hoc modo: ut Saxo omnibus juribus in dictos Episcopatus (*deß Bannes befehlungen, Graffengedinge vnd bestellung, vbung vnd gebrauch der peinlichen Gericht vnd* jurisdiction, *vnd derselben* execution) renuntiaverit pro se & tota progenie. an. 1579. Hordlederus *d.l.5.c.28.fol.*1223. *Nach dem aber der Burggr. zu Magdeburg ein Burggr. deß H.Reichs vnd desselbigen ein sonderer stand, auch das Burggrafffschaffthumb zu Magdeburg, auff sonder Empter, vvelche ausser deß Stiffts Magdeburg gelegen, außgesetzt vnd fundirt ist, als Gomern, Raris, Elbenavv, Gottavv, als hat der Churfurst zu Sachsen sich derhalb deß tituls, Burggraff zu Magdeburg, mit den darzu gehorigen Emptern vnd Wapen nicht begeben. Der Burggrafffschafft Magdeburg Wapen ist ein halber vveisser Adler, im rohten*

 Felde,

Felde, mit der guldenen Cron auff einer seiten, auff der andern rohte Balcken im vveissen Felde, die quer gezogen. Albin. *in Meißnisch Chron. tit.* 16.*pag*.436.

Sunt & alia in Electore Saxoniç notabilia, quæ partim ejus munus, partim insignem præeminentiam concernunt.

I. Est Imperii Archimarschallus *d.c.* 5.*A.B.§*.2. Habetque sub se hereditarium Imperii *Marescallum von Pappenheim*, & sine dubio illum, qui titulo Marescalli perpetui Imperii Vesontioni degit, cui jure recepto Cæsaris equus competere dicitur, quando eam ingreditur urbem: Oliverius Marchianus *comment.l.*1. *c*.7. Chop. *de domanio Gallico.l.*3.*tit*.26.*nu*. 11.*p*.668. Nomẽ Marschalli, ut antiquũ, ita ratione deductionis suæ obscurum.

II. In electione Imperatoris quinto loco votum profert suum. *A.B.c*.4.*§*.3.

III. In Comitiis, ac processionibus Imperialibus, gladium Imperialem seu regalem evaginatum strictumq; Imperatori prægestat, in peculiaris Majestatis symbolum. *A.B.c*.26.*§*.3.& *c*.22. Vnde non solũ nomen Protospatharii obtinet, Crus. *Hist.Suev. par*.2.*l*.1.*c*.6. Verum etiam insignia habet, gladios decussatim compositos, de quibus Alb. *in Meisn. Chron.t*.16.*p*.435. ita scribit: *Der Chur-Sachsen Wapen ist ein Fahn, so oben*

schvvartz, vnd vnten vveiss, darinnen zvvey rohte Schvverter vberschrencket, hiervon ist in den alten reimen:

Zvvey Schvvert das Marschallampt bedeuten,
Die Wendischen Heydē ausszureuten.

Horū *unum* tamen munus Electorale designare crediderim, *alterum* fortassis tesseram, de qua Knichen *de Saxon. non prov. jure. verb. Electorum c. 1. num. 169.* Quod autem sertum rutaceum attinet, id reliquis familiæ Saxonicæ commune est, à tempore Bernhardi Principis Anhaldini & Saxoniæ, quod fortè per æstū rutâ coronatus Fridericus I. sertum capiti suo detractum, in ipsius clypeum projecisset, Rittersh. *in orat. de Frid. Barbaross. p. 31.*

IV. In solennibus Curiis, posito ante ædificium sessionis Imperialis vel Regalis acervo avenæ, tantæ altitudinis, ut pertingat usq; ad pectus vel sellam equi, cui insidet Elector Saxoniæ, idem in manu habere debet baculū argenteum, & mensuram argenteam, replendoque mensuram eandem avenâ, famulo primitus venienti ministrare. *A. B. c. 27. §. 1.*

V. Vacante Imperio est ejusdem Vicarius & provisor, in illis locis, ubi jura Saxonica vigent. *d. c. 5. A. B. §. 2.* de quo fusius infra.

VI. Leonhardus Hutterus in Irenico

cap.29.p.135. scribit, Electorem Saxoniæ in Comitiis Imperialibus in spiritualibus & religionis negotio, Palatinum verò in temporalibus & Protestantiū causis civilibus directorium habere. Verum cum hoc eidem non tanquam Electori Saxoniæ, sed tanquam inter Augustanæ confessionis socios potentiori competat, reliquorum votis & consensu, de eodem hîc amplior non sum.

VII. Subditi ejusdem ad aliud judicium extra territorium trahi non possunt; nec ab ejusdem processibus, sententiis interlocutoriis & definitivis, sive præceptis, ad quodcunque tribunal aliud licet appellare, quamdiu querulantibus justitiam non denegaverit. *cap.11. A.B. §.3.* Hoc de negotio post Andream Knichen, qui integro tractatu de Saxonico non provocandi jure & privilegio egit, multa notabilia congessit Wehnerus, & in tomum ultimum Symphorematum Gylmanni contulit, quæ cum lectu scituque digna sint, pleraq; hûc transferre volui. AIT ILLE: Elector, Duces, & tota domus Saxonica adeò privilegiata est, ut ab eorum sententiis non appelletur, quod ultra Auream Bullam Caroli IV. Imper. patet ex privilegio renovato & confirmato, Anno Christi 1559. quo de vide absolutissimum tractatum D. Andreæ Kni-

Knichen Iureconsulti. Ac extat præjudicium & decisio *in observat. Lips. in* 55. *observ.* 36. *anno* 1573. cujus verba sunt: Cum in judicio Lipsensis Curiæ, *im Oberhoffgericht zu Leipzig*, Luciæ 73. privilegium hoc proxime subsequens primum à Ferdinando confectum, publicè in consilio legeretur, sequentia collegi. Rationes privilegii tales erant. I. Quia omnes Electores in A. B. ita essent privilegiati. II. Quia Duces Saxoniæ ultra hominum memoriam hâc prærogativâ usi sunt, ut ab illis, eorumque Curiis appellare non liceret. III. Siquidem Cameræ jus Saxon. provinciale, secundum quod ut plurimum causæ in his terris deciduntur, ignotum sit. IV. Quia gradatim in his terris appellari potest. Saxonicis I. A civitatibus ad Curiam, postea ad Electorem, ut proinde ad Cameram appellare non sit opus, nec jure fieri poterit, cum tertio non liceat provocare, nec quisquam de iniquitate poterit conqueri, cum ultra appellationis facultatem etiam Leuteratio recepta sit. Quod si in aula Principis ageretur causa per leuterationem, *Item durch Oberleuterung*, & revisionem actorum; satis gravato succurri potest. Et privilegium Imperatoris SIGISMUNDI extat, quod Duces

Duces Saxoniæ in jus vocari coram aliis judicibus non possint, *vvegen deß Rothvveilischen vnd Westphalischē Gerichts,* coram quibus aliquando omnes causæ actæ fuerunt. Hinc origo est Curiarum in his terris. Et cum in Comitiis Duces Saxoniæ hoc suum Privilegium proposuissent, nemo contradixit. Et huc fuit respectum An. 1555. in Emend. Constitution. Cameræ, ubi factâ mentione privilegii sub *titul. de appellation.* inserta fuit clausula, *Einem jedem an seinen Rechten ohne schaden*, & confirmationes repetiuntur. Mauritius denique à Carolo V. petiit, ut appellationes in Camera non admitterentur, sed remitterentur. Et proposuit Augustus Elector, multos malitiose appellare à suis sententiis, *derovvegen auß vvohl bedachtem vvillen* omnium Electorum Imperii, *confirmiren vvir* Maximilianus II. Imperator *dieses* Privilegium *dem gantzen Hauß zu Sachsen, daß niemandt bey keynem Bey-oder Endvrtheil, Erkandtnussen, Decreto, vnd Abschiede, so in ihrem Nahmen vnd dero Höfen gesprochen vverden, an Keyser oder Cammergericht* appellare volentes, *daß dieses* Privilegiú *soll krafftig vnd bestandig seyn*, derogantes Cameræ Constitutionibus & Legibus ex plenitudine potestatis & motu proprio. Nec debent Du-
ces

ces Saxoniæ deferre appellationibus, *Sollen auch in Cammergericht nicht angenommen vverden, noch auff die selben inhibition aufsgehen.* Etsi de facto in Camera reciperentur, hoc non debere esse fraudi illorum privilegio. Cassantes ejusmodi appellationes ex nunc, prout tunc omni meliori modo. Et mandamus Cameræ, ne in hoc impediat Duces Saxoniæ debetque convenientes punire in centum libris auri, dimidiâ parte Duci læso, altera dimidia Imperatori applicanda, de Anno 1559. die 2. Maii. *Als Graff Gunther von Schvvartzburg anno 1575. vom Hoffgericht ans Cammergericht appellirte, auch* Compulsoriales *aufsbrachte, seind diese bei dẽ Hoffgericht* me præsente *nicht angenommen vvorden, aufs Befelch defs Churfursten zu Sachsen, vnd ist der* Notarius, *der die* Appellation in præsentia Iudicis & assessorum Curiæ insinuitte, *verstrickt vvorden, d. obs. 6. Lips.*

Extenditur autem hoc Privilegium non tantum ad Electoratum, sed & ad singulos Ducatus & ditiones domus Saxonicç: etiam ad eas, in quibus jus civile locum obtinet. Licet enim sub Principibus Ducibus ac Electore Saxoniæ, utplurimum jus Saxonicum observetur, tamen in ditione Coburgensi & Hennebergensi,

bergensi, excepto processu& formalibus, jus civile in materialibus, hoc est, in decidendis causis attenditur, ad sylvam usque Thuringicam, quam vocant, de quo etiam disputat Dn. Knichen *loco supra dicto*. Idque præjudicio quodam Cameræ Imperialis confirmatum est, in causa T.contra S.quanquam contrarium dicatur à Gylmanno *tom.3. Symphor. fol.31.* & repetitur *ibidem fol.274.* itemque à Gilhausen, *in arbore judiciaria cap.8. part.3. fol.597. nu.24.* quod scilicet Camerales quidam à Saxone appellari posse putent, non ut ab Electore, sed Duce Saxoniæ. Atque ita *Mannsfeld* citationem obtinuisse adserit, periculo tamen partis. Et nuper An. 1592. in Novembr.28. vel 29. *(ait)* in quadam causa *Nurnberg* cōtra *Mannsfeld, die Vierer betreffende*, citra vibus Noribergensibus processus decreti sunt, citatio, & compulsoriales, periculo tamen partis; idque causam fuisse, quod ab Electore appellabatur, non tanquam ab Electore aut judice ordinario, sed tanquam compromissario.

Ac licet Privilegium nostrum Saxonicum non modò omnem appellationem prohibeat, sed nec supplicationem, revisionem, reductionem, NVLLITATEM, quæstionem suspecti, nec ullum alium provocationis modum admittat, nisi justitia

ſtitia protracta fuerit aut denegata, prout late comprobavit Dn. Knich. *in d. tractatu de Privilegio juris Saxon. provocationis neſcio:* Et Wehnerus *tom. ult. Symphorem. Cameræ.* (ex quo pleraque, quæ modo diximus, mutuati ſumus) Gylmannus tamen *d. tom. 3. fol.* 274. præjudicia quædam Cameralia refert, quod ſcilicet non obſtante privilegio Saxonico in Camera Imperiali ſuper nullitate agi poſſit, ut in cauſa *Aufſſers* contra *Roſenavv* nullitatis Anno 1591. Et in aliis etiam mandata contra Duces Saxoniæ decreta eſſe, ibidem ſubdit, veluti in cauſa L. contra S. de relaxando captivo Anno 1591. Menſe Iunio. *Wievvol S. beim R. I. ſich deſſen hoch beſchvveret.* Item in cauſa R. contra S. Anno 1594. Menſe Martio.

Notandum etiam, quod ob violatam pacem publicam Duces Saxoniæ, eorumq; ſubditi in Camera Imperiali conveniri poſſint. Mynſinger. *cent. 5. obſ.* 58. *num.* 1. Petr. Friderus Mindan. *lib.* 1. *de proceſſ. in Camer. extrah. cap.* 22. *num.* 1. Plura huc ſpectantia ſuppeditabit ſæpè allegatus Andreas Knichen. *in allegat. tract.*

Elector

Elector Brandenburgensis.

Elector Brandenburgicus. I. est imperii Archicamerarius, *d. c. 27. A. B. §. 6.* nomine à Camera, quæ olim cubiculum usitatius. Imperatores Romani antiqui, habebant præpositos sacri cubiculi (& inter hos primicericum, id est, qui primum locum, gradumque obtinebat inter cubicularios,) quorum munus quadantenus cum hoc nostro videtur convenisse. Eadem illi fungebantur dignitate, qua erant illi, qui eminentissimam prætorianam vel urbanam meruerant præfecturam, aut certè militarem magisteriam potestatem, neque inter eos post depositas administrationes ulla erat discretio, sive Principis adoraturi admitterent Imperium, sive pro suo arbitrio solennes festivitates, & cætus, vel salutationes, vel quælibet alia officia frequentarent. *l. 1. C. de præpositis sacri cubiculi. lib. 12.* Eorum possessiones erant immunes ab angariis, sive parangariis, vel etiam paraveredis. Domos eorum in qualibet civitate positas, ab omni hospitum cujuslibet dignitatis inquietudine vindicat. *l. 2. d. t.* Coram Comite ex magistro officiorum tantum, non alibi cogebantur respondere *l. 3. d. t.* Extra aulam,

aulam, quando proficiscebantur, cingulo uti poterant *l. ult. d. t.* Fauyn *lib. 2. des officiers de la coronne de France. chap. 8. pag* 124. Camerarii munus sub secunda Regum Galliæ familia ita describit: *La charge du Chambellan estoit, de faire tenir le Palais tousiours net, & proprement tapissé, les habillements du Roy bien nets, & bien ployéz, son lict bien faict (au pied duquel le Chambellan est tenu de coucher, au cas que la Royne n'y soit) & son linge bien blanc. A quoy il falloit, que la Royne prist garde, comme debvant par dessus tous les autres, avoir soin de la Personne du Roy son mary, duquel elle a l honneur d'approcher le plus pres, que toute autre personne, ioinct que naturellement, les femmes sont plus propres d'avoir l'oeil au mesnage, que les hommes. Dessaubz la Royne le Chambellan avoit le soin de tout, & tous deux ensemble avojent leur Argentier, ou Tresorier, pour donner recompense aux Gentils hommes, & Valets de Chambre, & aux Soldats de la porte du Roy, De honestate Palatij, seu specialiter de ornamento Regali, nec non & de bonis Militum, ad* REGINAM *præcipuè, & sub ipsa ad* CAMERARIVM *pertinebat.*

Il avoit aussi la disposition, & pouvoit ordonner des deniers destinez pour les presents extraordinaires, que l'on faissoit aux

Ambassadeurs des Princes estrangers. De donis verò diversarum Legationum ad CAMERARIVM *aspiciebat, si ce n'estoit Presents de si grand prix, que le Roy commandast au Chambellam d'en communicquer à la Royne.* Nisi fortè jubente Rege, tale aliquid esset, quod Reginæ ad tractandum cum ipso congrueret. II. Sextum habet votum in electione Imperatoris *d.c.4.§.3.* III. Idem in processionibus Imperialibus defert sceptrum, consistens à latere sinistro Ducis Saxoniæ *c.22. & c.26.§.3.A.B.* IV. In solenni Curia porrigit Imperatori aquam manibus abluendis. *d.c.27.§.3.* V. Est & fuit ultimus inter Electores Politicos *d.d.c.c.* Nec enim Beutero *in animadversion. Historic.c.15.n.37. & seqq.* concedendum est, Carolum IV. classes Electorum mutasse, ac constituisse, ut Palatinus inter Electores politicos antea ultimus; nunc primus; Brandenburgicus verò olim primus, nunc ultimus esset. Nulla namque probabili ratione id confirmat, & ex speculo Saxonico, quod A.B. longè antiquius est, aptè refellitur.

Eodem ferè modo, quo de Saxone dictum, privilegiatus est Elector Brandeburgicus. Nam nec ab hoc appellatio admittitur, tã ex privilegio speciali de An. 1568. quã ex Aurea Bulla Caroli IV. Imp.

Ob

Ob violatam tamen pacem publicam, tam Elector Brandenburgicus, quam subditi ejus in Camera convenire possunt, quod observarunt Mynsinger. *centur.* 5. *obs.* 58. *n.* 1. Petr. Frider. Mindan. *lib.* 1. *de process. in Camera extrahend. c,* 22. *n.* 1.

Septemviratus Brandeburgicus sex habuit familias.

I. Fuit Comitum Wettinensium, è quâ tres.

II. Comitum Stadensium, è quâ quatuor.

III. Comitum Ascaniæ & Principum Anhaltinorum, è quâ tredecim.

IV. Comitum Wittelspachiorum & Ducum Bavariæ, è quâ tres.

V. Luneburgica, è quâ duo.

VI. Comitum Zolerensium, & Burggraviorum Noribergensium, ex quâ supra novem numerare licet.

V.
COMITIORVM IMPERII

SERIES,
IVS,
SVFFRAGIA,
POTESTAS.

PRincipum, Procerum & statuum imperii jus & potestas non solum se extendit ad personas & res ditionum suarum, quibus vigore territorialis superioritatis præsunt: sed vel maximè in totius imperii Romani administratione, in jure consultandi & statuendi, una cum Imperatore in publicis imperii conventibus consistit, Matth. Steph. *de jurisd. lib.2. part.1. cap.7. num.1.* Postquam namque summus Princeps in partem sollicitudinis imperii status assumpsit, benè cognovit, quod cum eorum consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem imperii Romani, & ad suæ Majestatis gloriam redundare, ut loquuntur Impp. *in l. humanum, C. de legib.*

Comitia à coëundo dicta, quod populus in his coire vel in unum locum convenire solebat. Horum usus fuit antiquissimus, in politia Hebræorum, Græcorum, Romanorum & omnium ferè gentium,

gentium, ut multis oſtendit Althuſ. *Politic.c.33.num.30.& ſeqq.* adeoq; nullum unquam extitiſſe regnum vel imperium, in quo ad conſilia reipub. cauſa ineunda publicorum congreſſuum uſus non fuerit neceſſarius, Bertram. *de Comit. concluſ.* 7. Rationes hujus juris inveſtigat & reddit pulcras Althuſ. *d. loc.* [Angli comitia Regni, Parlamentum vocant, Petr. Suav. Polan. *in hiſtor. concil. Trident.lib.5.p.*431.]

De Comitiis imperii Romani & tam Imperatoris quàm ordinum jure in illis, noviſſimè & diligentiſſimè ſcripſerunt Tob. Paurmeiſter. *de juriſdict. lib.2.c.3. per tot.* Matth. Wehner. *pract. obſervat. verb. Reichstag,* Althuſ. *d. cap.* 33. *ferè per totum.* Bertram. *in diſputation.de Comitiis diligenter conſcripta per tot.* [Domin. Arum. *integr. tractat. de Comit. Anno* 1630.] Ego ne vel aliorum labores meos faciam, vel in hac materia quæ magis ex uſu, eoque non ita frequenti & omnibus obvio, quàm ex arte tractanda & tradenda, non me multum diffundam,ſed quædam ad continuationem inſtituti ex ipſis imperii receſſibus & aliorum ſcriptis proponam.

Comitia ex ſtylo & uſu imperii Romani ſunt Imperatoris & ordinum imperii conventus, publicæ utilitatis cauſa inſti-

Suffragia in his ferebant cives in centurias descripti, etiam extra urbem habitantes in provinciis.

Locus horum Comitiorum fuit campus Martius.

Tributa Comitia erant, in quibus per tribus divisus populus suffragia ferebat, qua de re latius discurrit Althus. *d. cap.* 33. *num.* 41. *& seqq.*

In populari statu penes populum omne jus Comitiorum residebat, donec Iulius Cæsar primus cum populo hoc jus divideret, quod cum per bella civilia & impotentem Triumviratum abiisset in desuetudinem, reduxit Augustus: Sueton. *c.* 40. *&* 41. Dion. *lib.* 53. Tiberius verò jus omne hoc sibi & senatui sumpsit, excluso populo. Tacit. 1. *annal.*

In imperio nostro Romano-Germanico Duplicia ex usu habemus Comitia, universalia & particularia.

Vniversalia sunt Cæsaris & omnium ordinum conventus, vulgò *Reichstag*, *gemeine Reichsversamblungen.*

Particularia verò sunt quando pars quædam statuum convenire solet. Inter hæc referuntur conventus Electorum, qui in genere dicuntur *Churfursten Tage*, *der Churfursten Versamblungen.* In specie verò ratione subjecti occupantis, quando vacante imperii Romani sede ad ele-

ctionem

ctionem conveniunt, dicuntur *Wahltage*.

Hisce etiam adscribendi conventus circulorum *Kreyßtage*, qui ordinariè singulis annis semel, & necessitate flagitante sæpius conveniunt, ac de contributionibus, monetis, præsentatione adsessorum, executionibus contra contumaces faciendis deliberant, Rutg. Ruland. *de Commissar. lib. 5. c. 4. part. 2. num. 54.* adde Denais. *in jur. Camer. tit. 212. verb. Pacis publicæ conservatio.*

Particularibus Comitiis similiter adscribuntur conventus, quando ex universo quidem statuum ordine & collegio quidam seliguntur, qualis fuit olim conventus Regimenti *deß Reichs Regiment*: hodie etiam deputatorum vulgo *Deputationstag*, qui primò institutus in Comitiis Augustanis de An. 1555. *R. A.* de An. 1555. *So sich dan abermahls*, quos Archiepiscopus & Elector Moguntinus tanquã Archicancellarius imperii, nomine & auctoritate Cæsarea ex certis personis cogit, d. §. *So sich dann abermahls*, ibi: *setzen, ordnen vnd vvollen, das seine Liebde*, (intellige Archiepiscopum Moguntinũ) *als Ertz-Cantzler deß Reichs, im namen vnd von vvegẽ der Keyserlichen Majestat, oder vvo dieselbe außerhalb dem Reich vvere, vnsertvvegen vnd an vnser*

 (intel-

(intellige Regem Romanorum tunc temporis Ferdinandú) *statt, die andere Churfursten, auch von der Fursten sechs, nemblich vns als Ertzhertzogen zu Oesterreich, Melchiorn Bischoffen zu Wurtzburg, Wilhelmē Bischoffen zu Munster, Hertzog Albrechten in Beyern, &c. vnd dann Gervvicken Apt zu Weingarten vnd Ochsenhausen, von der Prælaten: Friederichen Graffen zu Furstenberg, &c. von der Graffen vnd Herren: Colln vnd Nurnberg, von der Statte vvegen, auff einen bestimpten Tag gen Franckfurt am Mayn zusammen beschrieben, &c.* Et licet hujus conventus jus ad certas personas in d. constitutione restrictum sit, postea tamen ita declaratum, ut ad hæredes transiret, additis in Principum ordine prioribus, Duce Iuliacensi & Hassiæ Landgravio, *R. A. zu Augspurg*, de Anno 1559. §. *Auff daß dann diß fals vnsere vnnd deß H. Reichs Ordnung vnmangelhafft sey, vnd die Gebühr erfolgen moge, haben vvir vns auff jhr der Churfursten, Fursten, Stande, Rahte vnd Gesandten gut bedüncken mit jhnen, vnnd sie sich hinvvider mit vns verglichen, daß jetzt angeregte Disposition in ermeltē deß funff vnnd funfftzigsten Iahrs ergangenen Abscheid verleibt, so hiebevor auff die namhafft gemachte Fursten vnd Stande gestanden, auff derselbigen Nach-*

kommen

kommen vnd Erben zustellen, also vnd dergestalt, daß auff solchem fall, vvofern sich derselbe vber versehē zutruge, ermelter vnser Neve vnd Churfurst, der Ertzbischoff zu Meyntz, zu mehrer Gevvißheit, die andern seiner Liebde Mit-Churfursten, vnd neben demselbigen einem Hertzogen zu Oesterreich, den Hertzogen zu Munster, den Bischoffen in Ober-vnd Nider Beyern, den Hertzogen zu Gulich, den Landtgraffen zu Hessen, als von Fursten, einem Apt zu Weingarten, von der Prelaten, den Graffen zu Furstenberg, von der Graffen vnd von der Frey-vnd Reichs-Statt vvegen, die Satt Coln vnnd Nurnberg &c. beschrieben, dieselbe auch zuerscheinen schuldig seyn sollen, zu berahtschlagen, zu handeln vnd zu schliessen, alles auff maß der gemelt vnser jungst allhie auffgerichter Abscheid außvveiset vnnd mitbringet.

Causa hujus conventus ordinaria in dd. constitutionibus exprimitur, si videlicet graves adeo motus oriantur in imperio, quibus compescendis vires unius, trium vel quinque circulorum non sufficiunt, & Capitanei eorum universorum circulorum auxilio opus esse censent, qui Moguntino negocium exponunt, & is nomine Cæsareo conventum istum convocat.

Similis est conventus visitatorum

Cameræ *Visitationtag*, qua de re vid. Denaiſ. *in jur. Camer. verb. visitatio.* § 321.

Vniverſalia Comitia indicit Imperator, ſed non niſi de conſenſu Electorum, ſecundum leges Cæſari in Electione dictas, R.A. de Anno 1507. §. *Haben wir ein gemeine Reichsverſamblung nach vorgehabtem Rath vnnd gutachten vnſer vnd deß Heiligen Reichs Churfurſten, R.A.* de Anno 1576. §. *Als haben mit Rath vnd Beliebung vnſer vnnd deß H. Reichs Churfurſten nicht vmbgehen mogen, eine gemeine Reichsverſamblũg auß zuſchreiben*, cum ſimilibus, [adde R.A. de Anno 1567. §. *Weil vvir*. Et de An. 582. §. *Derhalben.*] Idq; facit aliquando motu proprio, urgente tamen utilitate publica: aliquando verò ad devotam ſtatuum ſupplicationem & inſtantiam, *R.A. zu Regenſpurg*, de Anno 1541. §. *Darzu haben vvir auff Churfurſten vnd Furſten, vnd der Abvveſenden Bottſchafften vnderthanigſte Bitt an vns in Schrifften gelangt, auch mit zeitigem Raht vnſer vnnd deß H. Reichs Standen einen gemeinen Reichstag anhero außgeſchrieben.*

Principes verò & ſtatus imperii vocati ad Comitia comparent humiliter, & *erſcheinen gehorſamlich*, & non niſi cum venia ante exitum eorum ſine indignatione Imperatoria diſcedunt, *R.A. zu Re-*

Regenſpurg, de An. 1546. §. *Dieweil vvir aber*, ibi: *ſo gleich ... gehorſamlich erſcheinen, auß ihren Ehehafften vnd Vrſachẽ, mit vnſerm Vorwiſſen vnd gnedigen Bewilligung, vnd daneben auch der Proteſtirenden, &c.* Comparent autẽ vel per ſe vel per Legatos, *R.A. zu Speyer*, de An. 1542. §. *Auff welchen Reichstag, Churfurſten, Furſten, vnd andere Stande in ziemlicher Anzahl eygener Perſon, vnd etliche durch jhre Bottſchafften, durch jhren Volligen, mit vollmachtiger Gewalt, gehorſamblich ankommen vnd erſcheinen.* Præſtat tamen perſonalis ſtatuum præſentia, præſertim ſi res valde arduæ tractandæ. *R.A. zu Wormbs*, de An. 1545. §. *Vnd ſeynd auff ſolchen Reichstag*, in fin. ibi: *die Sachen theyls alſo beſchaffen vnd geſtalt, daß ſie ohn jhre Perſonliche Gegenvvertigkeit mehrer Reichsſtande, nicht vvol erlediget oder verglichen mogen vverden*, adde R.A. de An. 1546. §. *Wir haben vns auch mit vnſern*, circ. f. Indeq; per Legatos comparentes in litteris allegare & exponere debent cauſas idoneas quare perſonaliter Comitiis intereſſe nõ potuerint, *R.A. zu Trier vnnd Coln.* de Anno 1512. §. *Es ſollen auch die Churfurſten*, ibi: *Perſonlich, oder durch jhre vollmachtige, treffentliche Bottſchafft, vvo ſie in eygener Perſon zu erſcheinen, redlichẽ*

Hin-

Regenſpurg, de An. 1546. §. *Dievveil vvir aber*, ibi: *ſo gleichvvol allhie gehorſamblich erſcheinen, auß jhren Ehehafften vnd Vrſachē, mit vnſerm Vorvviſſen vnd gnedigerBevvilligung. vnd darneben auch der Proteſtirenden, &c.* Comparent autē vel per ſe vel per Legatos, *R. A. zu Speyer*, de An. 1542. §. *Auff vvelchen Reichstag, Churfurſten, Furſten, vnd andere Stande in ziemlicher Anzahl eygener Perſon, vnd etliche durch jhre Bottſchafften, durch jhren Volligen, mit vollmachtigerGevvalt, gehorſamblich ankommen vnd erſcheinen.* Præſtat tamen perſonalis ſtatuum præſentia, præſertim ſi res valdè arduæ tractandæ, R. A. *zu Wormbs*, de An. 1545. §. *Vnd ſeynd auff ſolchen Reichstag*, in fin. ibi: *die Sachen theyls alſo beſchaffen vnd geſtalt, daß ſie ohn jhre Perſonliche Gegenvvertigkeit mehrer Reichsſtande, nicht vvol erlediget oder vergliechen mogen vverden*, adde R. A. de An. 1546. §. *Wir haben vns auch mit vnſern*, circ. f. Indeq; per Legatos comparentes in litteris allegare & exponere debent cauſas idoneas quare perſonaliter Comitiis intereſſe nō potuerint, R. A. *zu Trier vnnd Coln*. de Anno 1512. §. *Es ſollen auch die Churfurſten*, ibi: *Perſonlich, oder durch jhre vollmachtige, treffentliche Bottſchafft, vvo ſie in eygener Perſon zu erſcheinen, redlichē*

Hin-

hinderung hetten, die sie bey jhren glauben, mit brieffen vnd siegeln bethearen sollē, &c.

Status imperii collocantur in tres Classes & senatus (*Reichs-Rahte,*) quarum prima Electorum: secunda Principum: tertia civitatum imperialium. Principibus annumerantur etiam Comites & Barones in jure consultandi & suffragandi in Comitiis; non tamen omnes, sed hi saltem, qui sunt status imperii, votumque & sessionem in Comitiis habent, *die Stimm vnnd Standt in Reichsversamblungen haben, Reichs A.* de An. 1548 §. *Wan auch ein Außgezogener,* junct. §. *Wie wohl in der Ringerungshandlung.* Nam illi Comites qui non sunt status & immediati, jure Comitiorum non gaudent. Comitibus autem & Baronibus qui sunt status imperii hoc jus est, ut quidem omnes ad conventus vocentur, sed duorum saltem suffragiorum jus habent, & in duas tribus distinguuntur, Suevicam & Wetteravicam, Paurmeister. *dict. cap. 2. n. 25.* De jure autem Comitiorum & Forma, quædam subjiciam ex Matth. Wehner. qui hac de re ita scribit.

Ius autem Comitiorum ac suffragiorum inter Cæsarem & status ita est divisum, ut Imperator jus habendorum Comitiorum ac ordines convocandi habeat, sed non nisi auctoritate & consensu Electorum,

juxta

juxta leges Cæsari in Electione dictas. Idemque antequam diem futurorum Comitiorum edicat, Electores singulos per literas consulere solet. Haben auff gutachten vnd Raht, vnser vnd deß H. Reichs Churfürsten, eine gemeine Reichsversamblung außschreiben lassen, idque Epistolis Cæsareis, quibus ad Comitia vocantur status, vulgo außschreiben zu Reichstag, inseri solet ita. Wann dann sampt vns vnd deß H. Reichs Churfürsten, nach reiffer stattlicher Erwegung, vnvermeidlich, vnd vnumbgänglich zu seyn befunden, einen allgemeinen Reichstag anzustellen, darzu vns vorgemelte Churfürsten, einhellig jhren Consens, dem herkommen gemeß, vnter jhrer Liebden Handschrifft vnd Siegeln gegeben, die bestimmung deß Tags heimgestelt, vnd als viel die Maiestatt betrifft, jhnen vnser vnd deß H. Reichs Statt Außgang, vmb erheblichen vrsachen wollen, gefallen lassen, &c. In reliquis summa imperii potestas (ex mente Wehneri) in duos semisses tribuitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent, sicut olim quoq; inter Cæsarem & populum jus Comitiorum divisum Suetonius scribit, sed pro partibus divisis. Inter Imperat. verò & ordines jus omne imperii, excepta juris singularis vel privilegiorum concedendorum facultate pro partibus indivisis distri-

butum

juxta leges Cæsari in Electione dictas. Ideoque antequam diem futurorum Comitiorum edicat, Electores singulos per literas consulere solet. Haben auff gutachten vnd Raht, vnser vnd deß H. Reichs Churfursten, eine gemeine Reichsversamblung außschreiben lassen, idque Epistolis Cæsareis, quibus ad Comitia vocantur status, vulgò außschreiben zu Reichstag, inseri solet ita: Wann dann sampt vns vnd deß H. Reichs Churfursten, nach reiffer stattlicher Ervvegung, vnvermeidlich, vnd vnumbgenglich zu seyn befunden, einen allgemeinen Reichstag anzustellen, darzu vns vvolermelte Churfursten, einhellig ihren Consens, dem herkommen gemeß, vnter ihrer Liebden Handschrifft vnd Siegeln gegeben, die bestimmung deß Tags heimgel setzt, vnd als viel die Mahlstatt betrifft, ihnen vnser vnd deß H. Reichs Statt Augspurg, vmb erheblichen vrsachen vvillen, gefallen lassen, &c. In reliquis summa imperii potestas (ex mente Wehneri) in duos semisses tribuitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent, sicut olim quoq; inter Cæsarem & populum jus Comitiorum divisum Suetonius scribit, sed pro partibus divisis. Inter Imperat. verò & ordines jus omne imperii, excepta juris singularis vel privilegiorum concedendorum facultate pro partibus indivisis distributum

butum est. Ordinũ semissis in tres sextan- tribuitur, quorum unum Electorum, alte- rum Principum (quo nomine omnes Prin- cipes Politici & Ecclesiastici, Prælati, Co- mites & Barones hic veniunt) tertium Li- berarum imperii civitatũ senatus obtinet. Et quanquã hac pars dimidia ita sit fu- divisa inter senatus, jure tamen suffragi- orum ferendorũ dispari utuntur. Electoru enim & civitates in suis queq; classibus viritim suffragia ineunt. In Principũ au- tem senatu, alia Principũ propriè sic dicto- rum, alia Prælatorũ, Comitum & Baronũ ferendi suffragii ratio est. Et quantum ad Principes Ecclesiasticos, Episcopi omnes singularum sententiarum dicendi jus ha- bent. Quibus ex veteri Prælatorum ordine hodie accedunt Magistri ordinũ Equitum Teutonicorũ (Teutsche Meister, sive Ma- rianorum ac divo Iohan. Sacrorũ, Abbas Fuldensis, Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Corbeiensis, Prumensis, Sta- bulensis, Præpositi Elbangensis & Berch- telsgadensis. Principũ Politicorũ familia quadam unum, quadam respectu diversa- rum linearum duo, tria vel quatuor vota habent, ut ex subscriptionibus recessuum imperii patet. Sed quia Prælati, Comites & Barones, Principes numero longè supe- rant, ideoq; sententiarũ multitudine, uni- versa ad se trahere possint. Igitur jam olim gradus

gradus suffragiorum ita constituti sunt, ut Principes Ecclesiastici, & qui ex Prælatis ipsis accensentur, omnes ut diximus viritim: Prælati vero & Comites curiatim sententias dicunt, hoc discrimine, ut Prælatorum curia unius, Comitum verò ac Baronum à Locis in duas tribus, Suevicam ac Wetteravicam dissecta, duorum ferendorum suffragiorum jus habeat. Ut ita computato votorum numero, Cæsaris ad ordines universos, ut jam monuimus, hemiplia: ad singulas ordinum classes tripla. ad Electores singulos 21. ad Principes tam Ecclesiasticos quam Politicos 180. ad Prælatos, Comites & Barones, qui ut præmisimus non viritim, sed curiatim sententias dicunt exigua. ad Civitates vero sigillatim 210 sit ratio. Electorum porrò ad singulos Principes fere tripla, ad Prælatos & Comites non adeò magna: ad Civitates, plus paulo quàm tripla est proportio.

Forma Comitiorum in eo consistit, quod primum Imperator habito Electorum consilio & adventu, literis ad singulos ordines missis, edicit, quis dies & locus Comitiis futurus sit. Hodie enim pro rebus ac causis incidentibus est in Cæsaris ac ordinum arbitrio, quis locus & tempus sit comitiale, quanquam olim singulis annis festum Purificationis Ma-

ria

gradus suffragiorum ita constituti sunt, ut Principes Ecclesiastici, & qui ex Prælatis ipsis accensentur, omnes ut diximus viritim: Prælati verò & Comites curiatim sententias dicunt, hoc discrimine, ut Prælatorum curia unius, Comitum verò ac Baronum à Locis in duas tribus, Suevicam ac Wetteravicam dissecta, duorum ferendorum suffragiorum jus habeat. Vt ita computato votorum numero, Cæsaris ad ordines universos, ut jam monuimus, hemipla: ad singulas ordinum classes tripla. ad Electores singulos 21. ad Principes tam Ecclesiasticos quàm Politicos 180. ad Prælatos, Comites & Barones, qui ut præmisimus non viritim, sed curiatim sententias dicunt exigua: ad Civitates verò sigillatim 210. sit ratio. Electorum porrò ad singulos Principes ferè tripla, ad Prælatos & Comites non adeò magna: ad Civitates, plus paulò quàm tripla est proportio.

Forma Comitiorum in eo consistit, quod primùm Imperator habito Electorum consilio & adventu, literis ad singulos ordines missis, edicit, quis dies & locus Comitiis futurus sit. Hodie enim pro rebus ac causis incidentibus est in Cæsaris ac ordinum arbitrio, quis locus & tempus sit comitiale, quanquam olim singulis annis festum Purificationis Mariæ

P

via erat constitutum, ut Francofurti ad Mœnum Comitia celebrarentur, & per unum mensem continuarentur. R. A. zu Wormbs, de Anno 1495. part. 1. & tit. 1. daß ein Reichstag soll ein Monat wehren. Literis illis Cæsareis redditis, Principes & status vel in persona, vel per legatos suos se sistunt, quibus aut specialis mãdata aut universalem potestatem concedunt curandi ea, quæ in communi ad salutem Reipubl. pertinere videbuntur. Sic hi legati ad Comitia venerunt, nomina sua apud Electorem Moguntinum imperii Archicancellarium profitentur, editis mandatis ac literis fidei, quas vulgo Credentias vocãt (Credentzschreiben). Postquã conventum est de consilio Electorum, Cæsar curiam in qua plerumque habentur comitia, solemni pompa ascendit præcedentibus longo agmine Principibus Politicis, eorumve legatis, ex quibus Elector Saxoniæ imperii Archimarschallus strictum gladium proxime ei præfert, Electoribus atque reliquis Principibus Ecclesiasticis sequentibus: ibi constructum ex tempore tabulatum conscendit, & in solio editiore tapetis & aliis rebus more regio magnificentissime exornato collocatur. Sedentem senatus Electorum paulo inferiore hoc ordine circumsidet. Ad dextram Archiepiscopus & Elector Moguntinus, quem sequitur Colonien-

sis,

sis, Trevirensis è regione Cæsari opponitur. Ad sinistram Rex Bohemiæ primum, secundum Comes Palatinus Rheni, tertium Dux Saxoniæ, quartum Marchio Brandeburgicus, Electores Politici occupant. Pro Principibus reliquis duo adhuc subsellia uno gradu Electorum, duobus vero Cæsaris sede inferiora, in eodẽ tabulato stragula quoque veste pretiosissima decorata conspiciuntur: in quorum dextro reliqui Archiepiscopi, item domus Austriæ & Burgundiæ legati: in sinistro reliqui Principes Politici eorundemq; legati consident: Principibus junioribus, Consiliariis & officialib. Cæsareis ex adverso Cæsari adstantibus. Facto consessu ac turba sedata, ex Principibus quidam, cui hoc demandatum est, è sede sua assurgens, Cæsaris nomine brevibus gratias agit: quod edicto audientes Electores, Principes & ordines tanto numero comparuerint. Quem ipse Imper. subsequi solet, gravi & succincta oratione, qua repetita gratiarum actione, ut causas edicti conventus gravissimas ex promulganda propositione cognoscere, ac quæ ad Reipub. salutem sint necessaria, in medium consulere velint, eosdem hortatur.

Postea per Secretarium Cæsareũ propositio descripto publico legitur. Qua finita, Electores, Principes, Ordines & Legati consurgunt, & paululum collocuti, per

Electorem Moguntinum in hanc sententiam respondent: Cognovisse se, ex recitata propositione ob quas gravissimas causas Imperatori conventum edicere visum fuerit. Quod igitur à tanto tempore suscepti Magistratus, tanta fide ac diligentia publici imperii negotia sibi commendata habeat, agere se ipsi gratias, quas possint animo concipere, maximas, ac in omnibus, quæ ad salutem & dignitatem imperii pertinere videbuntur, studia sua & officia uti debita, ita promptissima deferunt. Vtq; de reb. propositis rectius deliberare & sententias suas in medium afferre possint, exempla seu copias recitatæ propositionis sibi edi, ea, qua decet reverentia submisse petunt, seq; ac sua omnia Cæsari officiosissime commendant. Ad quæ pro delata opera & studiis suis iterum gratias agit ipse Cæsar, ac ut de singulis propositionis capitibus primo quoque die sententias suas proferant, denuo monet, ac Principibus & ordinibus universis ac singulis gratiam & benevolentiam suam clementissime pollicetur.

Atq; his ita peractis, à solio suo surgens Imp. eadẽ qua ingressus est pompa ad palatium suum educitur, & Principes Ordines ac Legati quisq; in sua diversoria discedũt. Postero vel aliis sequentibus diebus Principibus ac Ordinibus in locum conventui generali designatum ab Electore Moguntino con-

no convocatis, capita deliberationis eo ordine quo proposita fuerunt expedienda suscipiuntur, ita ut ordines in suas quique curias vel senatus, ut vocant, secedant, ubi secundum ordinem ac prærogationem singulorum suffragia ineunt, atque re expedita, in Electorum consilio [imChurfursten Raht,] atque explorata, quod in aliis classibus super articulo præposito sint dictæ sententiæ, rursus in Curiam communem convocatæ classes tres omnes, id quod ipsis in commune visum est, exponunt. Non enim personarũ vel ordinum, sed classium sive curiarum vincit numerus. Ideoque classium dissentientium suffragiorũ adCæsarem nullius momenti est relatio. Si verò ita, ut diximus in suffragiis ineundis legitimus classium numerus expletus, commune ordinum consultum per selectos quosdã imperatori exponitur, cui si idem quoque placet, confecta res est, sin minus, tamdiu replicando, duplicãdo, &c. inter se adductu, hinc inde pro opinione sua argumẽtis idoneis à Cæsare & ordinib. disceptatur, donec vel hi in illorum, vel illi in horũ sentẽtiam sponte concedant, ac quod ita in cõmune placuerit, decreti Comitialis, ac legis habet vigorem.

Causæ & negotia quæ in Comitiis tractãtur res arduę, *R. A. zu Eßlingen,* de An. 1526. §. *als furnemblich,* & plerumque illa quæ totum imperii corpus tangunt,

Suffragia in his ferebant cives in centurias descripti, etiam extra urbem habitantes in provinciis.

Locus horum Comitiorum fuit campus Martius.

Tributa Comitia erant, in quibus per tribus divisus populus suffragia ferebat, qua de re latius discurrit Althus. *d. cap.* 33.*num.*41. *& seqq.*

In populari statu penes populum omne jus Comitiorum residebat, donec Iulius Cæsar primus cum populo hoc jus divideret, quod cum per bella civilia & impotentem Triumviratum abiisset in desuetudinem, reduxit Augustus: Sueton. c.40.& 41. Dion. *lib.* 53. Tiberius verò jus omne hoc sibi & senatui sumpsit, excluso populo. Tacit. 1. *annal.*

In imperio nostro Romano-Germanico Duplicia ex usu habemus Comitia, universalia & particularia.

Vniversalia sunt Cæsaris & omnium ordinum conventus, vulgò *Reichstag, gemeine Reichsversamblungen.*

Particularia verò sunt quando pars quædam statuum convenire solet. Inter hæc referuntur conventus Electorum, qui in genere dicuntur *Churfursten Tage, der Churfursten Versamblungen.* In specie verò ratione subjecti occupantis, quando vacante imperii Romani sede ad electionem

ctionem conveniunt, dicuntur *Wahltage*.

Hisce etiam adscribendi conventus circulorum *Kreystage*, qui ordinariè singulis annis semel, & necessitate flagitante sæpius conveniunt, ac de contributionibus, monetis, præsentatione adsessorum, executionibus contra contumaces faciendis deliberant, Rutg. Ruland. *de Commissar. lib.* 5. *c.* 4. *part.* 2. *num.* 54. adde Denaif. *in jur. Camer. tit.* 212. *verb. Pacis publicæ conservatio.*

Particularibus Comitiis similiter adscribuntur conventus, quando ex universo quidem statuum ordine & collegio quidam seliguntur, qualis fuit olim conventus Regimenti *deß Reichs Regiment*: hodie etiam deputatorum vulgo *Deputationstag*, qui primò institutus in Comitiis Augustanis de An. 1555. *R. A.* de An. 1555. *So sich dan abermahls*, quos Archiepiscopus & Elector Moguntinus tanquã Archicancellarius imperii, nomine & auctoritate Cæsarea ex certis personis cogit, d. §. *So sich dann abermahls*, ibi: *setzen, ordnen vnd vvollen, das seine Liebde*, (intellige Archiepiscopum Moguntinũ) *als Ertz-Cantzler deß Reichs, im namen vnd von vvegẽ der Keyserlichen Majestat, oder vvo dieselbe außerhalb dem Reich vvere, vnsertvvegen vnd an vnser*

 (intel-

(intellige Regem Romanorum tunc temporis Ferdinandũ) *statt, die andere Churfursten, auch von der Fursten sechs, nemblich vns als Ertzhertzogen zu Oesterreich, Melchiorn Bischoffen zu Wurtzburg, Wilhelmẽ Bischoffen zu Munster, Hertzog Albrechten in Beyern, &c. vnd dann Gerwicken Apt zu Weingarten vnd Ochsenhausen, von der Prælaten: Friederichen Graffen zu Furstenberg, &c. von der Graffen vnd Herren: Colln vnd Nurnberg, von der Statte wegen, auff einen bestimpten Tag gen Franckfurt am Mayn zusammen beschrieben, &c.* Et licet hujus conventus jus ad certas personas in d. constitutione restrictum sit, postea tamen ita declaratum, ut ad hæredes transiret, additis in Principum ordine prioribus, Duce Iuliacensi & Hassiæ Landgravio, *R. A. zu Augspurg*, de Anno 1559. §. *Auff daß dann diß fals vnsere vnnd deß H. Reichs Ordnung vnmangelhafft sey, vnd die Gebuhr erfolgen moge, haben wir vns auff jhr der Churfursten, Fursten, Stande, Rahte vnd Gesandten gut beduncken mit jhnen, vnnd sie sich hinwider mit vns verglichen, daß jetzt angeregte Disposition in ermeltẽ deß funff vnnd funfftzigsten Iahrs ergangenen Abscheid verleibt, so hiebevor auff die namhafft gemachte Fursten vnd Stande gestanden, auff derselbigen Nach-*

kommen

kommen vnd Erben zustellen, also vnd dergestalt, daß auff solchem fall, wofern sich derselbe vber versehẽ zutruge, ermelter vnser Neve vnd Churfurst, der Ertzbischoff zu Meyntz, zu mehrer Gewißheit, die andern seiner Liebde Mit-Churfursten, vnd neben demselbigen einem Hertzogen zu Oesterreich, den Hertzogen zu Munster, den Bischoffen in Ober- vnd Nider Beyern, den Hertzogen zu Gulich, den Landtgraffen zu Hessen, als von Fursten, einem Apt zu Weingarten, von der Prelaten, den Graffen zu Furstenberg, von der Graffen vnd von der Frey- vnd Reichs-Statt wegen, die Satt Coln vnnd Nurnberg &c. beschrieben, die selbe auch zuerscheinen schuldig seyn sollen, zu berahtschlagen, zu handeln vnd zu schliessen, alles auff maß der gemelt vnser jungst allhie auffgerichter Abscheid außweiset vnnd mitbringet.

Causa hujus conventus ordinaria in dd. constitutionibus exprimitur, si videlicet graves adeo motus oriantur in imperio, quibus compescendis vires unius, trium vel quinque circulorum non sufficiunt, & Capitanei eorum universorum circulorum auxilio opus esse censent, qui Moguntino negocium exponunt, & is nomine Cæsareo conventum istum convocat.

Similis est conventus visitatorum

Cameræ

Cameræ *Visitationtag*, qua de re vid. Denaiſ. *in jur. Camer. verb. viſitatio*, § 321.

Vniverſalia Comitia indicit Imperator, ſed non niſi de conſenſu Electorum, ſecundum leges Cæſari in Electione dictas, R. A. de Anno 1507. §. *Haben vvir ein gemeine Reichsverſamblung nach vorgehabtem Rath vnnd gutachten vnſer vnd deß Heiligen Reichs Churfurſten*, R. A. de Anno 1576. §. *Als haben mit Rath vnd Beliebung vnſer vnnd deß H. Reichs Churfurſten nicht vmbgehen mogen, eine gemeine Reichsverſamblũg auß zuſchreiben*, cum ſimilibus, [adde R. A. de Anno 1567. §. *Weil vvir*. Et de An. 582. §. *Derhalben*.] Idq; facit aliquando motu proprio, urgente tamen utilitate publicâ: aliquando verò ad devotam ſtatuum ſupplicationem & inſtantiam, *R. A. zu Regenſpurg*, de Anno 1541. §. *Darzu haben vvir auff Churfurſten vnd Furſten, vnd der Abvveſenden Bottſchafften vndertha-nigſte Bitt an vns in Schrifften gelangt, auch mit zeitigem Raht vnſer vnnd deß H. Reichs Standen einen gemeinen Reichstag anhero außgeſchrieben*.

Principes verò & ſtatus imperii vocati ad Comitia comparent humiliter, *erſcheinen gehorſamlich*, & non niſi cum venia ante exitum eorum ſine indigna- … Imperatoria diſcedunt, *R. A. zu Regenſpurg*, de An. 1546. §. *Dievveil vvir aber*, ibi: *ſo gleichvvol allhie gehorſamlich erſcheinen, auß jhren Ehehafften vnd Vrſachē, mit vnſerm Vorvviſſen vnd gnediger Bevvilligung, vnd darneben auch der Proteſtirenden*, &c. Comparent autē vel per ſe vel per Legatos, *R. A. zu Speyer*, de An. 1542. §. *Auff vvelchen Reichstag, Churfurſten, Furſten, vnd andere Stande in ziemlicher Anzahl eygener Perſon, vnd etliche durch jhre Bottſchafften, durch jhren Volligen, mit vollmachtiger Gevvalt, gehorſamblich ankommen vnd erſcheinen*. Præſtat tamen perſonalis ſtatuum præſentia, præſertim ſi res valde arduæ tractandæ. R. A. *zu Wormbs*, de An. 1545. §. *Vnd ſeynd auff ſolchen Reichstag*, in fin. ibi: *die Sachen theyls alſo beſchaffen vnd geſtalt, daß ſie ohn jhre Perſonliche Gegenvvertigkeit mehrer Reichsſtande, nicht vvol erlediget oder vergliechen mogen vverden*, adde R. A. de An. 1546. §. *Wir haben vns auch mit vnſern*, circ. f. Indeq; per Legatos comparentes in litteris allegare & exponere debent cauſas idoneas quare perſonaliter Comitiis intereſſe nō potuerint, R. A. *zu Trier vnnd Coln*. de Anno 1512. §. *Es ſollen auch die Churfurſten*, ibi: *Perſonlich, oder durch jhre vollmachtige, treffentliche Bottſchafft, vvo ſie in eygener Perſon zu erſcheinen, redlichē Hin-*

Regenspurg, de An. 1546. §. *Dievveil vvir aber*, ibi: *so gleichvvol allhie gehorsamblich erscheinen, auss jhren Ehehafften vnd Vrsachē, mit vnserm Vorvvissen vnd gnedigerBevvilligung. vnd darneben auch der Protestirenden, &c.* Comparent autē vel per se vel per Legatos, *R. A. zu Speyer*, de An. 1542. §. *Auff vvelchen Reichstag, Churfursten, Fursten, vnd andere Stande in ziemlicher Anzahl eygenerPerson, vnd etliche durch jhre Bottschafften, durch jhren Volligen, mit vollmachtigerGevvalt, gehorsamblich ankommen vnd erscheinen.* Præstat tamen personalis statuum præsentia, præsertim si res valdè arduæ tractandæ, R. A. *zu Wormbs*, de An. 1545. §. *Vnd seynd auff solchen Reichstag*, in fin. ibi: *die Sachen theyls also beschaffen vnd gestalt, dass sie ohn jhre Personliche Gegenvvertigkeit mehrer Reichsstande, nicht vvol erlediget oder vergliechen mogen vverden*, adde R. A. de An. 1546. §. *Wir haben vns auch mit vnsern*, circ. f. Indeq; per Legatos comparentes in litteris allegare & exponere debent causas idoneas quare personaliter Comitiis interesse nō potuerint, R. A. *zu Trier vnnd Coln*. de Anno 1512. §. *Es sollen auch die Churfursten*, ibi: *Personlich, oder durch jhre vollmachtige, treffentliche Bottschafft, vvo sie in eygener Person zu erscheinen, redlichē* Hin-

hinderung hetten, die sie bey jhren glauben, mit brieffen vnd siegeln bebearen solle, etc.

Status imperii collocantur in tres Classes & senatus (*Reichs-Rahte,*) quarum prima Electorum: secunda Principum: tertia civitatum imperialium. Principibus annumerantur etiam Comites & Barones in jure consultandi & suffragandi in Comitiis (non tamen omnes, sed hi saltem, qui sunt status imperii, votumque & sessionem in Comitiis habent, *die Stimm vnnd Standt in Reichsversamblungen haben, Reichs A.* de An. 1548 §. *Wan auch ein Ausgezogener*, junct. §. *Wie wohl in der Ringerungshandlung.* Nam illi Comites qui non sunt status & immediati, jure Comitiorum non gaudent. Comitibus autem & Baronibus qui sunt status imperii hoc jus est, ut quidem omnes ad conventus vocentur, sed duorum saltem suffragiorum jus habent, & in duas tribus distinguuntur, Suevicam & Wetteravicam, Paurmeister. *dict. cap.* 2. *n.* 25. De jure autem Comitiorum & Forma, quædam subjiciam ex Matth. Wehner. qui hac de re ita scribit.

Ius autem Comitiorum ac suffragiorum inter Cæsarem & status ita est divisum, ut Imperator jus habendorum Comitiorum ac ordines convocandi habeat, sed non nisi auctoritate & consensu Electorum, juxta

juxta leges Cæsari in Electione dictas. Idemque antequam diem futurorum Comitiorum edicat, Electores singulos per literas consulere solet. Haben auch gutachten vnd Raht, vnser vnd deß H. Reichs Churfürsten, eine gemeine Reichsversamblung außschreiben lassen, idque Epistolis Cæsareis, quibus ad Comitia vocantur status, vulgo außschreiben zu Reichstag, inseri solet ita: Wann dann sampt vns vnd deß H. Reichs Churfürsten, nach reiffer stattlicher Erwegung, vnvermeidlich, vnd vnumbgenglich zu seyn befunden, einen allgemeinen Reichstag anzustellen, darzu vns vielermelte Churfürsten, einhellig ihren Consens, dem herkommen gemeß, vnter ihrer Liebden Handschrifft vnd Siegeln gegeben, die bestimmung deß Tags heimgel setzt, vnd als viel die Malstatt betrifft, ihnen vnser vnd deß H. Reichs Statt Augspurg, vmb erheblichen vrsachen willen, gefallen lassen, &c. In reliquis summa imperii potestas (ex mente Wehneri) in duos semisses tribuitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent, sicut olim quoq; inter Cæsarem & populum jus Comitiorum divisum Suetonius scribit, sed pro partibus divisis. Inter imperat. verò & ordines jus omne imperii, excepta juris singularis vel privilegiorum concedendorum facultate pro partibus indivisis distributum

juxta leges Cæsari in Electione dictas. Ideoque antequam diem futurorum Comitiorum edicat, Electores singulos per literas consulere solet. Haben auff gutachten vnd Raht, vnser vnd deß H. Reichs Churfursten, eine gemeine Reichsversamblung außschreiben lassen, idque Epistolis Cæsareis, quibus ad Comitia vocantur status, vulgò außschreiben zu Reichstag, inseri solet ita: Wann dann sampt vns vnd deß H. Reichs Churfursten, nach reiffer stattlicher Ervvegung, vnvermeidlich, vnd vnumbgenglich zu seyn befunden, einen allgemeinen Reichstag anzustellen, darzu vns vvolermelte Churfursten, einhellig ihren Consens, dem herkommen gemeß, vnter ihrer Liebden Handschrifft vnd Siegeln gegeben, die bestimmung deß Tags heimgelsetzt, vnd als viel die Mahlstatt betrifft, ihnen vnser vnd deß H. Reichs Statt Augspurg, vmb erheblichen vrsachen vvillen, gefallen lassen, &c. In reliquis summa imperii potestas (ex mente Wehneri) in duos semissos tribuitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent, sicut olim quoq; inter Cæsarem & populum jus Comitiorum divisum Suetonius scribit, sed pro partibus divisis. Inter Imperat. verò & ordines jus omne imperii, excepta juris singularis vel privilegiorum concedendorum facultate pro partibus indivisis distributum

butum est. Ordinũ semissis in tres sextantes tribuitur, quorum unum Electorum, alterum Principum (quo nomine omnes Principes Politici & Ecclesiastici, Prælati, Comites & Barones hic veniunt) tertium Liberarum imperii civitatũ senatus obtinet. Et quanquã hæc pars dimidia ita sit subdivisa inter senatus, jure tamen suffragiorum ferendorũ dispari utuntur. Electores enim & civitates in suis queq; classibus viritim suffragia ineunt. In Principũ autem senatu, alia Principũ propriè sic dictorum, alia Prælatorũ, Comitum & Baronũ ferendi suffragii ratio est. Et quantum ad Principes Ecclesiasticos, Episcopi omnes singularum sententiarum dicendi jus habent. Quibus ex veteri Prælatorum ordine hodie accedunt Magistri ordinũ Equitum Teutonicorũ (Teutsche Meister, sive Marianorum ac divo Iohan. Sacrorũ, Abbas Fuldensis, Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Corbeiensis, Prumensis, Stabulensis, Præpositi Elbangensis & Berchtelsgadensis. Principũ Politicorũ familiæ quædam unum, quædam respectu diversarum linearum duo, tria vel quatuor vota habent, ut ex subscriptionibus recessuum imperii patet. Sed quia Prælati, Comites & Barones, Principes numero longè superant, ideoq; sententiarũ multitudine, universa ad se trahere possint. Igitur jam olim

gradus suffragiorum ita constituti sunt, ut Principes Ecclesiastici, & qui ex Prælatis ipsis accensentur, omnes ut diximus viritim: Prælati verò & Comites curiatim sententias dicunt, hoc discrimine, ut Prælatorum curia unius, Comitum verò ac Baronum à Locis in duas tribus, Suevicam ac Wetteravicam dissecta, duorum ferendorum suffragiorum jus habeat. Ut ita computato votorum numero, Cæsaris ad ordines universos, ut jam monuimus, hemipla: ad singulas ordinum classes tripla. ad Electores singulos 21. ad Principes tam Ecclesiasticos quam Politicos 180. ad Prælatos, Comites & Barones, qui ut præmisimus non viritim, sed curiatim sententias dicunt exigua: ad Civitates vero sigillatim 210. sit ratio. Electorum porrò ad singulos Principes ferè tripla, ad Prælatos & Comites non adeó magna: ad Civitates, plus paulò quàm tripla est proportio.

Forma Comitiorum in eo consistit, quod primùm Imperator habito Electorum consilio & adventu, literis ad singulos ordines missis, edicit, quis dies & locus Comitiis futurus sit. Hodie enim pro rebus ac causis incidentibus est in Cæsaris ac ordinum arbitrio, quis locus & tempus sit comitiale, quanquam olim singulis annis festum Purificationis Ma-

gradus suffragiorum ita constituti sunt, ut Principes Ecclesiastici, & qui ex Pralatis ipsis accensentur, omnes ut diximus viritim: Pralati verò & Comites curiatim sententias dicunt, hoc discrimine, ut Pralatorum curia unius, Comitum verò ac Baronum à Locis in duas tribus, Suevicam ac Wetteravicam dissecta, duorum ferendorum suffragiorum jus habeat. Vt ita computato votorum numero, Casaris ad ordines universos, ut jam monuimus, hemipla: ad singulas ordinum classes tripla. ad Electores singulos 21. ad Principes tam Ecclesiasticos quàm Politicos 180. ad Pralatos, Comites & Barones, qui ut pramisimus non viritim, sed curiatim sententias dicunt exigua: ad Civitates verò sigillatim 210. sit ratio. Electorum porrò ad singulos Principes ferè tripla, ad Pralatos & Comites non adeò magna: ad Civitates, plus paulò quàm tripla est proportio.

Forma Comitiorum in eo consistit, quod primùm Imperator habito Electorum consilio & adventu, literis ad singulos ordines missis, edicit, quis dies & locus Comitiis futurus sit. Hodie enim pro rebus ac causis incidentibus est in Casaris ac ordinum arbitrio, quis locus & tempus sit comitiale, quanquam olim singulis annis festum Purificationis Ma-

 ria

ria erat constitutum, ut Francofurti ad Mœnum Comitia celebrarentur, & per unum mensem continuarentur. R. A. Zu Wormbs, de Anno 1495. part. 1. & tit. 1. daß ein Reichstag soll ein Monat wehren. Literis illis Cæsareis redditis, Principes & status vel in persona, vel per legatos suos se sistunt, quibus aut specialia mãdata aut universalem potestatem concedunt curandi ea, quæ in communi ad salutem Reipubl. pertinere videbuntur. Sic hi legati ad Comitia venerunt, nomina sua apud Electorem Moguntinum imperii Archicancellarium profitentur, editis mandatis ac literis fidei, quas vulgo Credentias vocãt (Credentzschreiben). Postquã conventum est de consilio Electorum, Cæsar curiam in qua plerumque habentur comitia, solemni pompa ascendit præcedentibus longo agmine Principibus Politicis, eorumve legatis, ex quibus Elector Saxoniæ imperii Archimarschallus strictum gladium proxime ei præfert, Electoribus atque reliquis Principibus Ecclesiasticis sequentibus: ibi constructum ex tempore tabulatum conscendit, & in solio editiore tapetis & aliis rebus more regio magnificentissime exornato collocatur. Sedentem senatus Electorum paulo inferiore hoc ordine circumsidet. Ad dextram Archiepiscopus & Elector Moguntinus, quem sequitur Colonien-

sis,

sis, Trevirensis è regione Cæsari opponitur. Ad sinistram Rex Bohemiæ primum, secundum Comes Palatinus Rheni, tertium Dux Saxoniæ, quartum Marchio Brandeburgicus, Electores Politici occupant. Pro Principibus reliquis duo adhuc subsellia uno gradu Electorum, duobus vero Cæsaris sede inferiora, in eodē tabulato stragula quoque veste pretiosissima decorata conspiciuntur: in quorum dextro reliqui Archiepiscopi, item domus Austriæ & Burgundiæ legati: in sinistro reliqui Principes Politici eorundemq; legati consident: Principibus junioribus, Consiliariis & officialib. Cæsareis ex adverso Cæsari adstantibus. Facto consessu ac turba sedata, ex Principibus quidam, cui hoc demandatum est, è sede sua assurgens, Cæsaris nomine brevibus gratias agit: quod edicto audientes Electores, Principes & ordines tanto numero comparuerint. Quem ipse Imper. subsequi solet, gravi & succincta oratione, qua repetita gratiarum actione, ut causas edicti conventus gravissimas ex promulganda propositione cognoscere, ac quæ ad Reipub. salutem sint necessaria, in medium consulere velint, eosdem hortatur.

Postea per Secretarium Cæsareū propositio descripto publico legitur. Qua finita, Electores, Principes, Ordines & Legati consurgunt, & paululum collocuti, per

Electorem Moguntinum in hanc sententiam respondent: Cognovisse se, ex recitata propositione ob quas gravissimas causas Imperatori conventum edicere visum fuerit. Quod igitur à tanto tempore suscepti Magistratus, tanta fide ac diligentia publici imperii negotia sibi commendata habeat, agere se ipsi gratias, quas possint animo concipere, maximas, ac in omnibus, quæ ad salutem & dignitatem imperii pertinere videbuntur, studia sua & officia uti debita, ita promptissima deferunt. Vtq; de reb. propositis rectius deliberare & sententias suas in medium afferre possint, exempla seu copias recitatæ propositionis sibi edi, ea, qua decet reverentia submisse petunt, seq; ac sua omnia Cæsari officiosissime commendant. Ad quæ pro delata opera & studiis suis iterum gratias agit ipse Cæsar, ac ut de singulis propositionis capitibus primo quoque die sententias suas proferant, denuo monet, ac Principibus & ordinibus universis ac singulis gratiam & benevolentiam suam clementissime pollicetur.

Atq; his ita peractis, à solio suo surgens Imp. eadē qua ingressus est pompa ad palatium suum educitur, & Principes Ordines ac Legati quisq; in sua diversoria discedūt. Postero vel aliis sequentibus diebus Principibus ac Ordinibus in locum conventui generali designatum ab Electore Moguntino con-

no convocatis, capita deliberationis eo ordine quo proposita fuerunt expedienda suscipiuntur, ita ut ordines in suas quique curias vel senatus, ut vocant, secedant, ubi secundum ordinem ac prærogationem singulorum suffragia ineunt, atque re expedita, in Electorum consilio [*im Churfursten Raht,*] *atque explorata, quod in aliis classibus super articulo præposito sint dictæ sententiæ, rursus in Curiam communem convocatæ classes tres omnes, id quod ipsis in commune visum est, exponunt. Non enim personarũ vel ordinum, sed classium sive curiarum vincit numerus. Ideoque classium dissentientium suffragiorũ ad Cæsarem nullius momenti est relatio. Si verò ita, ut diximus in suffragiis ineundis legitimus classium numerus expletus, commune ordinum consultum per selectos quosdã imperatori exponitur, cui si idem quoque placet, confecta res est, sin minus, tamdiu replicando, duplicãdo, &c. inter se adductu, hinc inde pro opinione sua argumẽtis idoneis à Cæsare & ordinib. disceptatur, donec vel hi in illorum, vel illi in horũ sentẽtiam sponte concedant, ac quod ita in cõmune placuerit, decreti Comitialis, ac legis habet vigorem.*

Causæ & negotia quæ in Comitiis tractãtur res arduę, *R. A. zu Eßlingen*, de An. 1526. §. *als furnemblich*, & plerumque illa quæ totum imperii corpus tangunt,

ideoq; de particularibus rebus non censetur actum, nisi id nominatim exprimatur. Tales sunt quæ circa universalem politicá potestatem versantur, ut est legum latio, bellorum indictio, fœdera, contributiones, causę exemptionum, & pręsertim quomodo pax publica tá in civilibus quam Ecclesiasticis & religionis negotiis firmetur & conservetur, *Trophan-vnnd, Religionfried*, quomodo Cameræ judicium ordinetur, *desCammergerichts Wesen*, de monetis *Muntzsachen:* de matriculæ redintegratione *Erga ntzung deß Reichs Matricul.* Et in summa quicquid est, quod ad gloriam Dei, conservationem justitiæ, honestatis & publici status ædificationem conferre possit, *R. A. zu Augspurg*, de An. 1530. §. *Nach dem vvir.* Obiter etiam hîc nota quod Comitiorú jus vulgo *Reichstage* proprie Imperio cóveniat, aliis vero regnis ad similitudiné & imitationem imperii. Hinc Ferdinand. Roman. Rex conventus, quos tanquam Rex in Hispania habuit, Carolus non *Reichstage*, *sed Landtage* appellavit.

DIS-

DISSERTATIO

continens

Compendiosam augustissimorum Imperialium Comitiorum explicationem.

CYrus apud *Xenophontem l.* 8. Neque aureum illud sceptrum est, inquit, quod regnum defendit, sed copia consiliariorum; ea regibus sceptrum verissimum, tutissimumque est. Et secundum *Pet. Gregor.* nullam reperire licet Rempublicam, quæ sine consilio viguerit. Adeò ut verissimum illud *Salustii* merito censeatur; omnia regna, civitates, nationes, usque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuere: ubicunque gratia, timor, voluptas ea corrupere, paulo post imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremo servitus imposita est. Hinc sapientissime alloquitur Proceres imperii Frid. Barbarossa apud *Gunth. in Ligur. l.* 8.

—— *Vestris cupio disponere cuncta Consiliis.*

Vbi *Rittersh. in not.* Hoc, ait, boni Principis est, salutaria consilia admittere, & auscultare, nihilque penitus non antegressâ seria deliberatione suscipere. Et iterum apud *Gunth. l.* 6.

—— *Hanc illis gaudens injungere curam*
Vt super Ecclesiæ seu regni jure, salubri
Consilio, monituque virum formare laborent.

Hoc Exemplum Friderici adhuc hodie observare tenentur ejus successores Romani Impp. vel reges, qui, quoties necessitas Reip. suadet, Ordines seu Status imperii omnes & singulos convocare, atque cum iis de Reip. summa deliberare & statuere solent. Atque hi conventus vocantur comitia, quasi conitia à coëundo, quod conveniant præcipui ordines Reipublicæ, & ita sint quasi regni Epitome & compendium, secundum *Keckerman. libro 1. Politic. c. 7.* Siquidem in ista consultatione, totum regnum repræsentetur, & tota salus regni in deliberationem cadat, *Hotom. de antiq. jure regni Galliæ c. 14. & seqq.*

Penes hæc, teste *Paurmeist. de Iurisd. l. 2. c. 2.* omnis fere imperii administrandi vis ac potestas est: In hisce consilia communicantur de summa rerum & præcipuis rerumpublicarum articulis. In hisce plurimum momenti consistit: sive ad evertendam, sive ad mutandam, sive ad conservandam Remp. imo sunt fundamentum Reipublicæ, uti eleganter loqui-

loquitur *celeberrimus Dn. D. Arnis. tract. de I. Majest. l. 2. c. IV. n.* 17. Vide etiam *Hincmar. Epist.* 3. ubi de utilitate Comitiorum ita loquitur: Ratio, inquit, qua totius regni status, antepoſito omnipotentis Dei judicio, conſervari videbatur, hæc eſt. *Et Christ. Lehman in der Speyerischen Chronick l. 2. c.* 37. Reges, inquit, non niſi alienis oculis & auribus vident & audiunt, alieno arbitrio vivunt, & de ſumma rerum ſtatuunt, & à ſuis veluti fraudulenta indagine cincti, qui alios ducere debebant, ipſi ducuntur. Comitiorum igitur uſum eſſe, ut Rex cum populis ſibi ſubjectis, quaſi in privatum colloquium deſcendat, ut de Republ. in commune conſulat, & privatorum querelas, aut res, ut vere habent, citra fucum intelligat, quod per ſuorum fraudes & dolos plerumque non licet. Et propterea magno bono comitia celebrari, cum omnibus mala ſua liceat, & incommoda expromere liberè. Et ſecundum *Bodinum de Republ. l.* 3. *c.* 7. innumerabiles ſunt comitiorum utilitates. Nam ſi conſcribendi exercitus, imperanda tributa, cogenda pecunia ſit, tum ad hoſtes repellendos, tum ad latrocinia perditorum hominum coërcenda, tum ad portus, arces, mœnia, ſarta tecta, vias, & cætera id genus, ſarcienda, quæ

nulla ratione possent à singulis, omnium optime ab universis conficiuntur. Et iterum: Singulorum voces, ait, minus exaudiuntur, totius vero provinciæ clarissima vox est, & rogatio efficax.

Definitio Comitiorum à *Paurmeist. d. l. n. 3.* talis affertur, quod sint Cæsaris & Ordinum imperii conventus Reip. causa. Sed hæc descriptio de ordinibus indefinite concepta, comitiis particularibus, ubi non omnium Statuum præsentia requiritur, accommodari nequit. Deinde semper requirit Cęsaris pręsentiam, quæ tamen in conventu Electorum non desideratur. Magis itaque placet descriptio comitiorum, quam adducit *Bertram. in disc. de Comit. th. 8.* ut sint conventus totius corporis Imperii aut partis, ad aliquid sciscendum decernendumve Reip. causa.

Dividuntur autem in universalia & particularia, *Matth. Steph. de Iurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. memb. 2. n. 11. Paurmeist. l. 2. c. 2. n. 5. Bertram. d. l. Schonb. l. 4. c. 33.* ubi affirmant, quod proprie comitiorum verbum de universorum imperii ordinum convocatione intelligitur, & vulgo *ein Reichstag, ein gemein Reichstag, eine gemeine Reichsversamlung*, appellatur. Vniversalia autem comitia sunt, ubi imperator & reliqui universi status imperii, ex quibus imperium Romanum consti-

constitutum est, conveniunt. Particularia vero comitia sunt congregatio certæ ex corpore Reip. partis. Exemplum particularium comitiorum prębet nobis primo conventus deputatorum, decreto Augustano, Anno Christi 1555, primum institutus, cujus personæ hæ sunt: Commissarius Cæsaris, sex Electores, ex Principibus quatuor, Archidux Austriæ, Wurceburgensis & Monasteriensis Episcopi; Albertus dux Bavariæ; Ex prælatis Cerwigius, Abbas Weingardensis & Ochsenhusanus; ex Comitibus & Baronibus Furstenbergensis; ex civitatibus Colonia & Noriberga. Et cum personale esset ante horum munus, decretum est Augustæ Anno Christi 1559. ut ad heredes esset transitorium, & prioribus adjecti sunt Dux Iuliacensis, Landtgravius Hassiæ, Episcopus Constantiensis, Dux Burgundiæ, Dux Brunsuicensis, & Duces Pomeraniæ. Causa hujus conventus ordinaria est, si graves adeò motus oriantur in imperio, quibus compescendis vires unius, trium, vel quinque circulorum non sufficiant: hi rem ad Electorem Moguntinum deferunt; Is deputatos Francofurtum ad Mœnum convocat, *Schonborn d. loc. Paurm. d. l. n. 56. Matth. Steph. d. l.*

Locus horum comitiorũ ordinarius est Franco-

Francofurtum, *vide Receß. August. d. A. 55. §. So sich denn abermahln*, ibi: *gen Franckfurt am Meyn zusammen erfordern. Betram. d. l.* 13. Quod vero à deputatis consultatur & transigitur, eundem cum communibus totius imperii decretis obtinet valorem. Cum enim universi Ordines imperii absque ingenti sumptu ac molestia, commode pro necessitate occurrente convenire non possent, placuit imperatori, & Ordinibus, ut præter imperatoris commissarium certæ Personæ ex Ordinibus eligerentur, quæ essent loco universi senatus imperialis, & his plena ab omnibus conjunctim potestas data fuit, jus & justitiam administrandi, *Matth. Steph. d. l. n.* 1. *in med.* De hisce conventibus deputatorum, *vide Goldast. in Politischen Reichshandeln* ubi scribit, Electores maximopere esse impedimento, quo minus hi conventus frequententur, (1) *dievveil in solchen gemeldeten* deputationibus *die Churfursten keine* præeminens *vor andern, vnd sonst derselben* votum *mehr nicht, als eines andern geachtet vvird.* (2) *daß auch die Churfursten in den außschussen gemeiniglich vberstimmet vverden.* Et addit, in juramento, capit. hodiernè cautum esse, *daß der* Imp. *die Churfursten zu solchen* deputationibus *nicht dringen vvolle.*

Deinde

Deinde inter particularia comitia referri debent convētus Circulorum, *kreyſtage, de quibus vide Paurmeiſt. d. l. n. 58. & ſeqq. Matth. Steph. d. l. c. 4. n. 48.* Negocia, de quibus in hiſce comitiis agi ſolet, recenſet *Matth. Steph. d. l.* de contributionibus, monetis probandis, vel reprobandis, præſentatione aſſeſſorum Cameræ, Executionibus contra contumaces à Statibus faciendis, quibus duo Principes vel duces, qui conventum indicunt, per litteras vulgo *kreyſtags außſchreiben* præficiuntur, vulgo *Außſchreibende Furſten*, quorum alter Eccleſiaſticus, alter Secularis eſſe ſolet.

Hiſce comitiis etiam annumerari debent *die Churfurſtentage.* Conceſſum enim eſt principibus Electoribus *per c. 12. A. B.* ut abſque ſpecialis veniæ impetratione, pro ſalute & incolumitate imperii ſingulis annis conventum agere poſſint. Hæc conſtitutio renovatur & repetitur in ſubſequentibus capitulationibus Imp. hiſce verbis: *Wir laſſen auch zu, das die Churf. je zun zeiten, nach vermogen der Gulden Bull, vnd jhrer gelegenheit des heiligen Reichs, zu jhrer Notturfft, auch ſo ſie beſchvverlich obligen haben, zuſammen kommen mogen, daſſelbe zu bedencken, vnd zu berahtſchlagen, daß vvir auch nicht verhindern noch jrren, vnd*

derhal-

derhalben keine Vngnade oder vviderwillen gegen jhnen samptlich, noch sonderlich schöpffen vnd empfahen, sondern vns in dē vnd andern, der Gulden Bull gemeß, gnediglich vnd vnvervveißlich halten sollen vnd vvollen. vide hanc cap. apud Goldast. Politischer Reichshandel cap. 1. Latinè hæc materia tractatur ab Arnis. De 1. Maj. l. 2. c. 2. n. 3. & c. 4. in f. Buxtorff. & Arum. ad c. 12. A. B. Bertram. d. l. th. 11. Illud paucis ex Ventur. de Valent. annotabo, hunc conventum Electorum collegialem, omnium optimum remedium in magnis Germaniæ tempestatibus reputari, ejusque solius medio & remedio Sacri Romani imperii possessionem adversus Pontificis Romani molitiones, & alias ejusmodi lites & malitias publicas, semper fuisse conservatam, & adhuc conservari.

Quæritur hic, Anne Electores in propria persona comparere teneantur? Resp. negative ex iis, quæ scribit Goldast. d. l. p. 8. c. 3. §. 9. ibi: Die mit jhren selbst Leiben zu solchen Tagen kommen, vnd die andere, die von ehehaffter Vrsache vvegen, mit jhren selbst Leiben nicht kommen konnen. Arum. disc. 5. ad A. B. th. 21. Vltimo Particularibus comitiis accenseri debent die Wahl-Tage: De quibus vide Matth. Steph. d. n. 11. Paurmeist. d. l. n. 8. Onuph.

Onuph. Panu. De comit. ubi c. 3. *l.* 1. *&* *c.* 4. *l.* 2. hæc comitia vocat imperatoria, eo quod in illis imperator eligitur. Exemplo veterũ, qui ea, quibus consules creabantur, consularia, quibus prætores, vel censores, prætoria vel censoria, item legũ, quibus leges ferebantur, judiciorum, quibus judicia exercebantur, vocabant.

Hisce breviter præmissis, comitia generalia, quæ teste *Matth. Steph. d. l.* κατ' ἐξοχὴν *Reichstage oder gemeine Reichsversamlung* nominantur, explicabimus; Et primo videbimus, cuinam cõpetat jus indicendi Comitia. *Althus. Polit. c.* 13. *Sixtin. de regal. l.* 1. *c.* 4. *n.* 16. *Bodin. l.* 2. *de Rep. c.* 6. *Clapmar. de arcan. Rerump. l.* 6. *c.* 7. *in p. Vult. l.* 2. *Jurispr. Rom. c.* 2. *n.* 30. *Arnis. d. c.* 4. *n.* 17. *Camman. Disp. de Regal.* 6. *th.* 83. *hanc potestatem pertinere ad jus summi imperii statuunt.* Vnde *Keckerm. Systē. Polit. c.* 15. *f.* 261. Nulla, inquit, res magis est adversa perfecto & Monarchico imperio, quam si subditis liceat conventus agere suo magis, quam principis nutu. Nec est ulla res, quę magis Aristocrat. statum confirmat, quã ejusmodi collegiorũ cogendorũ libertas.

Hæc itaque cogendi comitia facultas, tamquam infallibilis Majest. sequela, in nostro imperio soli Cæsari est reservata. Is enim

Cuncto-

Cunctorum, quos cernunt sidera, regum
Maximus est, toto nulli cessurus in Orbe.
teste *Gunth. in Ligur. l. 6.*

Et quidem ante hæc tempora potuit hanc potestatẽ exercere imperator absq; ullius consensu, *vid. Gunt. d. l. 1. vers. 539.*

Sed hodie tenetur adhibere consensum & auctoritatem Electorum, eosq; omnes & singulos per litteras consulere, antequã diem futurorum comitiorum edicat, vide *Goldast. in Politischen Reichshandelen parte 22. c. 1. ibi: So pfleget die Romische Keys. Majest. solches zuvor den Churfürsten einẽ jedern insonderheit durch schrifften zuvermelden. Paurmeist. d. l. n. 19. Matth. Steph. d. l. Schonborn. d. c. 33. Bertram. d. l. th. 17. Kirchn. de Rep. disp. 5. Corol. 1.* Idque vigore capitulationis, uti colligendum ex capitulatione *Carol. V.* apud *Sleid. l. 1.* ibi: conventum imperii nullum edicat; nisi de consensu Electorum; Et capitulatione Ferdinandi, quæ habetur apud *Goldast. d. l. V. c. 1.* ibi: *Auch in zugelassenen Nottürfftigen fallen die Reichstage ohne wissen, vnnd willen der Sechs Churfürsten dazu erfordert, nicht ansetzen noch außschreiben.* Quod ipse Imper. attestatur in litteris, quibus ad comitia vocantur ordines, vulgo *dem außscriben zum Reichstage*, his verbis: *Wann den sampt vns*

vns vnd des Heiligen Reichs Churfursten, nach reiffer, Stadlicher ervvegung, vnvermeidlich, vnd vnumbgenglich zusein befunden, einen allgemeinen Reichstag anzustellen. Dazu vns vvolermeldete Churfursten einhellig, ihren consens *dem herkommen gemeß, vnter ihrer liebden Handschrifft, vnd Siegeln gegeben, die bestimmung des Tages heimgesetzt, &c.* Quando autem hoc jus in se transtulerunt Electores, nemo descripsit *testibus Bodino d. l. & Bertram. d. th.* 17. *Bortio in synopsf. Iur. Publici th.* 5. ubi id tum maxime contigisse putat, cum ex imperio merè successorio electitium factum fuit. Hic consensus in tantum est necessarius, ut eo non interveniente, comitia sint, & censeantur ipso jure nulla, *secundū Bertr. d. l. th.* 18. *Daniel Otthon. c.* 13. *de jure Publico*, ubi assensum Electorum in comitiorum indictione velut formam requiri testantur.

Deinde in hocce discursu considerandum, quinam hodie ad comitia vocentur? Respondet *Guntherus noster in Ligur. l.* 1. *n.* 175.

— *Proceres totius viscera regni.*

Et paulo post.

Huc sacri celebres viri, quos laude serena
Infula vel gladius mundo facit esse verendos.

Ex omni regione fluunt, ad publica regni
Commoda, de summis agere ac disponere rebus
Exacta ratione parant, &c.

Hosce nostrates vocant status Imperii, vulgò *Stände des Reichs, oder Reichsräthe.* De hisce scribit *Vietor in tr. de Exemt. imp. concl.* 4. quod sint tanquam gemmæ in Imperii purpura. *Et Guilhelm. Brussius Scotus in consilio de bello adversus Turcas feliciter gerendo notat*, se ut in Italia palatia, & antiquitatum monumenta, in Gallia milites, in Hispania Præsules, in Anglia agricolas, in Polonia nobiles: ita in Germania Principes, omni laude & admiratione dignos invenisse. Vnde & *Æn. Sylv. in descript. German. c.* 30. Nullibi terrarum, ait, *illustriores* aut nobiliores familiæ extant, nec ulla est familia in Galliis, ne regia quidem, nulla in Hispania, aut Italia illustrior, quæ, si antiquitatem repetat suam, non statim è Germania esse, & veluti è seminario quodam nobilitatis venisse, gloriatur. Ad quod respiciens Carolus V. dicere solitus est, se in aliis suis regnis, & ditionibus mancipiis & servis; at in Germania liberis & Regibus imperare: Et Maximilianus se Regum Regem dixit, cum alii servorum aut asinorum reges esse malint. *vide etiam Kirchn. disp.* 12. *Corol.* 12.

Vocan-

Vocantur autem Status imperii *ab Andr. Ga. rerum German. peritißimo l. 1. obs. 21. n. 2.* ii, qui Cæsaris, & communi procerum Imperii consensu in album, sive matricem, aut matriculam imperii recipiuntur, ea lege, ut imperio, occurrente necessitate, certum censum in albo, sive matricula expressum pensitent, vel subsidium militare præstent, & alium superiorem, quam Imperatorem non recognoscant. Sed proprie imperii Status esse & dici eos volunt, *Paurmeist. de Iurisdict. l. 1. c. 6. n. 3. Matth. Steph. l. 2. de Iurisd. p. 1. c. 4. n. 30. Daniel. Otth. c. 17. de Iur, publ. Bertram. d. l. th. 26. Bortius d. c. 3. th. 8. Besoldus disc. de Iure & imper. Imper. Civit. th. 7. Arum. Disc. 1. ad A. B. th. 8. Gail. de Arrest. c. 6. n. 25.* qui cum Imperatore *Als ein Christlich* corpus *und Versamlung*, jus sessuræ ac dicendæ sententiæ habent in comitiis vel conventibus Imperii. Hancque esse differentiam, qua status imperii à reliquis immediatis subditis dignosci possint, arbitrantur *Paurmeist. & Bort. dd. ll.* Proinde pergunt nostri, & volunt, universorum Imperii Ordinum convocationem esse necessariam, imò quemlibet statum in specie singulari citatione esse vocandum, *Daniel Otto d. c. 13. Bertram. th. 20. Schonborner d. c. 33.*

Quid igitur dicendum de Rege Bohemiæ, *anne & ille vocandus erit? Freher. in not. ad Pet. de Andlo l. 2. c. 2.* testatur, Regem Bohemiæ de hodierna consuetudine ad comitia non vocari. Hæc sententia probatur à *Bertram. th. 31. & Dan. Ott. d. c. 13. Buxtorff. ad A.B. th. 41. l. d.* Hinc libenter vellem, *ut Paurmeist. d. l. 1. c. 1. n. 17.* rationem adderet, cur Regem Bohemiæ statibus Imperii annumeret, præsertim cum ipse substantiam status in jure sessuræ, & dicendæ sententiæ esse collocatam velit. Hoc quidem constat ex *c. 7. in f. & c. 8. A.B.* regnum Bohemiæ esse feudũ imperii, *vide quæ egregie tractant Buxtorff. ad A.B. th. 88. l. c. Arum. ad d. c. 8.* Sed exinde non sequitur Regem Bohemiæ esse statum imperii.

Quæritur ulterius de nobilibus, qui nulli statui, sed immediate Imperio sunt subjecti, *die Freye von Adel, die Freye Ritterschafft, welche ohne mittel dem Kayser vnterworffen*, anne sint vocandi ad comitia, & in iis jus suffragii habeant? Olim sane illos quoq; comitiis interfuisse, planum fit ex præfat. A.B. *ibi: Auch andere Fürsten, Graven, Freyen, Fürtreffende Edelen*, Et ex recessu Imperii *de A. C. 1442. inpr. ibi: Mit beywesen, vnd Raht, &c. ibi: Freyen, Herrn, Ritter, Knecht, vnnd Stätte.* Eadem habentur in Bulla

Sigil-

Sigismundi §.2. & §.4. à Goldast. *tom.* 1. *constit. imper. p.* 393. & *seqq.* relata. Et confirmat hanc sententiam *Cuspin. in Ludov. Bavari vita. f.*468. *ibi:* Convocat ob id Cæsar Principes in Francofurt, omnes Electores, Duces, Episcopos, comites, Nobiliores quoscunque, &c. Hodie autem in comitiis nobilium nulla habetur ratio. *Sixtin. de Regal. l.* 1.*c.*4. *n.*94. *Taurmeist. d. c.* 2.*n.*17. *Buxtorff. Disc. ad A. B. th.*5. *l.c.* Elegantiss. *Cluten th.* 36. *L. K. Daniel Otto, d.c.* 13. *Bruning. de variis universitat. speciebus thes.* 18. *Bertram. d. l. th.*39. *Petrus Fritze de Nobilitat. conclus.* 18. *L. R.* & *Besoldus in Discursu de ordine Equestri libero th.*13. ubi hoc in eorum favorem receptum esse statuit, ne Cameræ Imperialis sumptus pro rata ferre, aliaque statuum onera subire teneantur.

De civitatibus Imperialibus eadem movetur quæstio; Et quidem Peucerus *in complemento Chron. Philippi Melanchthon. lib.*5. Civitates non suffragandi, sed consulendi tantum jus habere existimavit. A quo non alienus est *Althus. in Polit. c.* 33.*n.*56. ubi ita inquit: Vnde liquet, collegium hoc tertium, subintellige civitates, non tam ferre suffragia, quam alterius collegii ex duobus prioribus sententiam approbare, ut

videatur id potius jus adprobandi, quàm sententiæ dicendæ habere. Ita etiam Orator Venetorum in relatione sua de Aula & regno Imperatoris, Civitates, ait, etsi sententiam suam quasi consilium conferunt, tamen nullum in decidendo suffragium habent. Et apud Goldastum *in Politischen Reichshandeln p.* 22. Auctor *von* relationibus *in Reichssachen*, *doch ist im Reich vvenig erhöret*, inquit, *daß die Stätte ein ander bedencken haben, oder der zvveyen andern Rathe bedencken* disputirn, *sondern lassen es gemeiniglich dabey bleiben*. Verum hac sententia reprobata, sequor fidem *Nobilissimi Paurmeist. d. l. n.* 23. *Matth. Steph. d. l. n.* 11. *& c.* 4. *n.* 35. *Arum. discursu* 1. *ad A. B. th.* 8. *Cluten th.* 27. *Buxtorff. ad A. B. th.* 5. *l. d. Obrecht. d. Jurisd. c.* 6. *n.* 76 *Consil. duo German. hac de quæst. singul. Ludov. Grempii & Hieron. Zum Lamb. Bruning. de var. univers. spec. th.* 18. *Syring. disp. de Pace relig. th.* 39. *L.B. Sixtin. d.l.* 1. *c.* 4. *Daniel Ott. d. c.* 13. *Bort. d. c.* 3. *th.* 9. *l.c. Bertram. d. l. th.* 46. *Gail* 2. *observ.* 57. *n.* 7. *& Christophori Besoldi in discursu de jure & Imper. Imperial. civitatum conclus.* 8. qui communiter statuunt, civitates non solum ad comitia vocari, sed & ibi votum cum consultivum, tum decisivum

cisivum habere. Hæc sententia potest probari *primo ex Gunth.* qui Civitates ad Imperatorum quoque electionem fuisse vocatas olim, inibique jus disponendi habuisse affirmat, *l.1.v.199.& seqq.*

Sic postquam sedere Duces, dubioque volutant (nores,
Pectore, cui tanti regni tribuantur ho-
Saxones, & quorum ripuaria nomine tellus, (gentes,
Westphaliæq; urbes, & Norica rura re-
Allobrogumque Duces coëunt, Cymbrique feroces,

Et paulo post,

Quæque suos urbes huc direxere potentes, &c.

Vbi *Ritterh. in not.* quin potius, ait, contra factum, ut unaquæque urbs suos potentes seu optimates mitteret &c. Sic idem Author *l.8.* alium describit conventum Imperialem, in eoque de regalibus seu fisci jure tractatum fuisse prodit. *Deinde* probo ex formula juramenti Frider. I. Imperat. quam refert *Celeber. Dn. Besold. d. l. hisce verbis: In Christi Nomine juro, non solum Principum, sed & civitatum consilio, negotia confœderationis & collegii universitatis, & quæ omnes & universos concernunt, tractanda esse. Tertio* maxime huc conferunt acta Francofurtensium Comitiorum, sub Ludovico

Bavaro super injustis articulis Pontifici Romani celebratorum, quæ habentur apud *Goldast. tom. 2. constit. f. 91. ibi: Tunc quæsivit Imperator de civitatibus Aquensi, Augustensi, & Vberlingensi, & aliis, si adessent? Et dicto, quod sic, dixit nunciis civitatum; Vos audivistis decretum & consilium Principum. Vos igitur nuncii exite, nobisque vestram deliberationem referte. Illique exeuntes diuque deliberantes, ad Principes redeuntes, & per civem Moguntinum de mandato omnium taliter responderunt: Domine, civitates adverterunt, qualiter* Papa *cum articulis ad læsionem Imperii nititur. Et cum civitates non possent stare, nisi cum imperio, & imperii læsio earum sit destructio; si dominus* Papa *in talibus persistere vellet, insistemus omnibus viis, quas cogitaverunt Domini Principes Imperii. Et quærente illo cive à nunciis, si ita esset? Omnibus nunciis dicentibus, quod sic; Imperator gratias multiplices referens, &c.*

Vnde & hodie civitates sub eadem formula ad comitia vocantur, qua status reliqui. *Mit vnd neben andern Ständen helffen handeln, rathschlagen, vnd schliessen, &c.* Quapropter & in plurimis decretis imperii hæc vel similia circa finem apponi solent verba: *Vnnd Wir*

Wir Churfursten, Fürsten, Prælaten, *Graffen, vnnd Herrn, vnnd des Heiligen Reichs Frey vnd Reichs-Städte Gesandten, Bottschafften, vnd Gevvalthaber, hernach benandt, bekennen offentlich mit diesem Abscheidt, daß alle vnd jede puncten, vnd Artickel, mit vnsern guten gevvissen, vvillen, vnd Rath fürgenommen, vnd beschlossen seyn.* Hic omnino est attingendus error Matthæi Stephan. haud vulgaris, qui *l.* 2. *de Iurisdict. pag.* 2. *cap.* 1. *num.* 18. & 23. scribere audet, civitatem Brunsuicensem certo respectu Ducem Brunsuicensem ratione territorii cognoscere, ratione tamen regalium, quæ habeat ab Imperatoribus, *immediate imperio subesse, & à Principaliori civitatem Imperialem rectius dici.* Et paulò post, *n.* 59. Civitas, inquit, Brunovicensis matriculæ Ann. Christ. millesimo quingentesimo vigesimo primo *diserte inscripta, pro Statu est, & jure Status utitur.* Hunc errorem ante Matth. Stephan. approbavit *Iohan. Bodin. de Republ. lib.* 2. *cap.* 6. Sunt etiam, ait, quæ seipsas in libertatem vindicarunt, ut Brunsuicum, Wormatia, &c. quem refert, & sequitur testis domesticus *Iohann. Camman. in disputatione de Regal.* 1. *th.* 27. Bodino potius ignoscendum

dum arbitror, tanquam rerum Germanicarum imperito scriptori, quam Stephano. Is enim *l. 2. p. 1. c. 4. de Iurisdict. n. 35.* scripserat, differentiam specificam statuum Imperii consistere in sessione, & dictionis sententiæ actuali communicatione. Quicunque igitur non vocatur ad comitia, & in iis non habet sessionem, & votum cum consultivum, tum decisivum, ille non est Status Imperii. Iam autem, verbis utar ipsius Matthiæ Stephani *l. 2. pag. 2. cap. 1. n. 61.* civitas Brunsuiga non vocatur ad conventus imperii, nec ibi sessionem atque votum habet. Sed opponit nobis Matthias Stephan. matriculam imperii, *An. 1521.* compositam & *d. c. 1. n. 86.* expresse refert inter civitates Imperiales *Braunsvveig.* Nos dubitamus, an hæc civitas unquam inter status relata sit, & si hæc relatio facta est, errorem intervenisse arbitramur: interim hoc casu majorem fidem tribuimus *Taurmeist. qui l. 2. c. 1. n. 17.* ex professo catalogum statuum recenset, Brunsuigam autem non nominat. Præterea constat ex *Gail. l. 1. obs. 21. per tot.* matriculam Imperii per se non sufficienter probare, sed & aliis requisitis opus esse, *vide recess. imperii de A. 1548. §. Alsdann auch durch die Kreyßverordnete furbracht*, ibi: *Daß gleich-*

gleichvvol etliche Stände in des Heiligen Reichs anschlagen befunden, aber vnbevvust, vver dieselbigen, oder vvelcher Ende sie zufinden oder sesshafft. Sed longè aliter de his Imperatoria majestas, cuiq; statui suum tribuens, in Rescripto quodam ad Alexandrum de Pappenheim Mareschallum hereditarium, sub dato Pragæ *ult. d. Octob. A.* 1607. *ap. Goldast. p.* 2. *Reichssatzung, p.* 349. ibi: *Daß du der Stadt Braunsvveig abgeordnete fast vvie andere erforderte Reichsstädte anschreiben lassen, dessen sich ihr Landesfurst Hertzog Heinrich Iulius zu Braunschvveig hochlich beschvveret, daruber auch viel vnterschiedliche schrifften gevvechselt vvordē.* Audiamus etiam testem minime suspectum *Meichsner. qui lib.* 4. *Decis.* 201. verissimum esse scribit, civitatem Brunovicensem non esse immediate sub imperio. Hancq; sententiam probant *Bert. d. l. th.* 44. *in f.* & Cluten *in Syllog. rerum quotid. concl.* 27. *L. G.* ubi fere in fine eleg. addit, Bodinus, inquit, male & imperite confundit Brunsuicensem civitatem cum Imperialibus *Warem. ab Erenb. de fœd. l.* 2. *c.* 1. *n.* 38. *quem vide omnino.* Sed hæc omnia committo judicio celeberrimi viri Dn. Christoph. Besoldi, cujus de hac ipsa materia, nimirum civitatibus mixtis vel pactitiis, disser-

tatio

tatio elegans extat. Interim amplector sententiam Nobilissimi *Paurmeiſt. l. 2. cap. ult. n. 13. ibi:* Habent complures, & inprimis Saxoniæ civitates, amplissima privilegia, conventiones quoque cum principibus initas, quibus in multis subjectio ordinaria restringitur: Sed ita, ut in præcipuis superiorem recognoſcant Principem.

Ultimo hic quæritur, An præcise necessum sit, ut ſtatus ſemetipſos in comitiis ſiſtant? *A. B. c.* 1. hanc quæſtionem ſolvit, & arbitrio Electorum permittit, velintne in propria perſona comparere, an vero ſuos legales nuncios, plenam, liberam, & omnimodam poteſtatem habentes, mittere. Si enim privati, qui, ut Vlpianus ait, rebus ſuis ſupereſſe ipſi vel nolunt, vel non poſſunt, per alios vel agere vel conveniri poſſunt *l.* 1. *§.* 2. *ff. de procurat.* ſanè id principibus, quibus vel temporis momento à curis & ſummis negotiis animus vacuus non eſt, minime denegari debuit, *Vide Arum. Diſc.* 1. *ad A. B. theſ.* 26. *Buxtorff. theſ.* 22. *Bertram. th.* 52.

De Loco, ubi comitia celebrari debeant, hodie nihil certi eſt conſtitutum, niſi quod utplurimum Francofurti ad Mœnum celebrata fuiſſe ex hiſtoricis conſtat, & præſertim ex Æmiliano, qui de

de comitiis An. 1486. Francofurti habitis sic canit:

Maximus hic Cæsar solito de more *vocavit*
Concilium, magnis quoties de rebus habetur,
Qua gens turritam Francfurdia possidet urbem.

Præterea *Æn. Sylv. in German. c.* 25. ait: Hic & prætorium nobile, in quo sæpe Principes Electores conveniunt, de rebus acturi communibus, &c. Atque comitiorum occasione nundinas Francofurtanas solennes cœpisse arbitratur *Dn. Arum. ad c.* 1. *A. B. th.* 35. Sed posterioribus temporibus habita sunt comitia modo Augustæ, modo Coloniæ, modo Francofurti, modo Ratisbonæ, modo Wormatiæ, *vide Bertram. d. l. th.* 22. Hoc sapienter constitutum est, ut novus Imperator, antequam rerum potiatur, jurato confirmaret, quod extra fines Imperii Germanici conventus non agere velit. *vide capitulat.* Caroli V. *ap. Sleid. l.* 1. & Ferdinandi *apud Goldast. d. l. p.* 5. *cap.* 1. *f.* 163. *Vnd sonderlich keinen Reichstag ausserhalb des Reichs Teutscher* nation *fürnehmen, oder ausschreiben, &c.*

Tempus similiter fuit certum olim, & ordinarium, nimirum annuum, *vide Taurm. d. l. n.* 31. sed nostris moribus id am-

id amplius non obtinet; nam in imperio hodie non ante habentur Cæsaris & Ordinum conventus, quam si extremum ferè fatum immineat, *Bertram d.l.th.15.*

De Rebus, quæ in comitiis tractari solent, varii varia scribunt, *Adamus Kell. in tr. de Offic. Iuridico-Polit.* plurimam comitiorum partem tribui scribit disputationibus de prærogativa sessionis. Arnoldus Clapmar. *de arcan. Rerumpublic. l.6.cap.* 13. secutus Iovium, Summa, inquit, Germanorum comitiorum plerumque est pecunia. Alii potiorem temporis partem tribui poculorum certaminibus statuunt. Vnde Ferdinandum Imperatorem ferunt, aliquando legatos Principum & civitatum Imperialium, cum poculorum certamina diligentius urgerent, monuisse hisce verbis: Mementote vos huc ablegatos esse, non cõpotandi, & commessandi, sed publica imperii negotia tractandi gratiâ, ideoque manibus pedibusque maledictam ebrietatem fugitate, quæ animum simul & corpus perdit, & quæ vobis commissa sunt agitate. *Herman. Lather, de censu. l.* 1.*c.*10.*n.*34. Hucque referendum, quod legitur *apud Kirchner, c.*3.*de legat.n.*40. *& seq.* Patrum nostrorum memoria cum in conventu Ratisbonensi generosa essent vina, multiq; Germani ex crebris & assiduis

assiduis compotationibus exstinguerentur, Hispani Imperatorem accesserunt, & vehementer urserunt, ut severissimâ pœnâ Germanos castigaret: Quid faciam, respondit Imperator, doleo stultitiam meorum Germanorum, sed tam facilè illud obtinuero, ac si vobis Hispanis manus constringere velim, ne furentur. Præterea Zamoschius Polonorum Cancellarius irrisisse fertur Germanorum deliberationes comitiales, quod religionis negotia in iis potissimum fuerint tractata. Sed potius risu excipiendus ipse Zamoschius, cum hæc etiam gentilium Romanorum prima & summa consultatio, prima senatus cura fuerit. Omne enim imperii fundamentum, omne stabilimentum in Religionis constitutione consistit. *Polyb. lib.6.* Interim tamen plurima adhuc sunt capita, & negotia maxime ardua, de quibus deliberationes instituuntur in comitiis, veluti legũ ferendarum, belli gerendi, fœderum faciendorum, solvendorum, tributorum injungendorum, & judiciorum exercendorum. ORDINARIA tamen sunt ferme consultationis comitialis capita: de formanda & constituenda pace, & tranquillitate publica, de legibus, & ordinatione judicii Cameralis, de impositione collectarum, de moderatione

ratione indictarum pensitationum, de monetis, de matriculæ imperialis redintegratione, ac avulsis ab imperio provinciis ac ordinibus recuperandis. vide *Matth. Steph. d. n. 21. Taurmeist. d. l. n. 30. Gunth. l. 8 v. 38. & seqq. Vide etiam Goldast. d. l. p. 22. c. 15.*

Quod ad modum, & processum comitiorum pertinet, latissime declaratum est à *Dn. Taurmeist. de Iurisd. lib. 2. cap. 2. n. 31. Nobil. Dn. Gold. Politischer Reichshandel. p. 22. c. 5. & seqq. f. 930. Schonborn. Polit. l. 4. c. 33. Bertr. d. l. th. 56. Et Kirch. disput. de Rep. 5. Corol. 1.* è quibus hæc paucula delibabimus. Vt autem commode fieri possit, præsupponendum est, nostrum Imperium componi ex capite & membris. Caput ejusdem est Imperator; Membra verò distribuuntur in tres classes, nimirum Electorum, Principum, & liberarum civitatum. Principum nomine hic comprehenduntur, exceptis Electoribus, Principes omnes, tam Politici quam Ecclesiastici, Prælati, Comites & Barones, *Matth. Steph. d. l. n. 11. Taurm. d. l. n. 21.* Olim erat secus & membra imperii duas tantum constituebant classes, usque ad A. C. 1489. Tunc enim singularem classem obtinebat Electorum Collegium, quod antea fuerat inauditum teste *Christ. Lehman*

man in der Speyerischen Chronick c. 120.
De Imperatore, comitiorum & Imperii capite, prius dicamus, quænam ejusdem sint in comitiis actiones, & quanta potestas? *Bodinum* si consules; *is lib. 2. de Republic. cap. 6.* respondebit; Imperatori in comitiis nihil nisi nudum, & inane nomen competere; sceptra quidem, regale solium, pretiosissimas vestes, coronam, antecessionem, imaginem regiæ Majestatis habere, rem verò, id est, summum imperium, penes eum non esse collocatum: Eamque esse Aristocratiæ bene constitutæ rationem, ut quò plus honoris, eo minus imperii tribuatur.

Sed egregie refutatur *Bodin. à Kirchn. d. l. b. Paurmeist. d. l. ubi n.* 34. eum vocat iniquum, & imperitum rerum Germanicarum scriptorem; Et paulo post, *Bodinum,* inquit, si non aliunde, at ex principibus suæ gentis certiora discere decuerat, quibus si tam abjecta esset Cæsarum conditio, non ita magno aliquoties forte stetisset diadematis Imperialis ambitus. Valde autem placet quod scribit idem *Paurmeist. d. l. n.* 20. jus comitiorum esse divisum ex æquo, adeo ut Statibus nec major, nec minor, sed par & æqualis cum Imper. in decernendo competat auctoritas. Id quod potest

probari ex Recessuum formula solenni, *Haben vvir vns mit den Ständen, vnd sie sich hinvviderumb mit vns verglichen.* Propterea sicuti in contractibus utriusq; consensus est necessarius: ita etiam hic ex æquo desideratur arbitrium & consensus cum Imperatoris, tum etiam Statuum. Præterea solus Imperator proponendi in comitiis jus haber, nec cum reliquis statibus idipsum communicat *Bertram.d.l.th.65.Paurm.d.l.n.31.celeberr. Dn. Goldast.d. l.c.3.ibi: Wann nun die Keys. Majest. auff das Rahthauß kommen, vnd ihre Majest.* in solio præparato *gesessen, auch Churf. Fursten, vnd Ständen botschafften zugegen, so lassen ihre Majest. durch einen Fursten mit kurtzen vvorten anzeigen, Demnach die Stande in guter anzahl auff ihrer Majest. außschreiben erschienen, theten sich ihre Majest. freundlich, gnedig, vnd gnedigst bedancken, hetten darauff, vvas sie auff solchen tag zuhändeln von nothen geacht zu* proponirn, *in Schrifften verfassen lassen, daß solte den Standen furgelesen vverden, vnd begehrten ihre Majesteth solches anzuhören, vnd darauff sich ihren vertravvē nach der gebuhr zu erzeigen: Also verlist ihrer Majestet* Secretarius *oder ein ander, deme ihre Majestet es befehlen, die* proposition *offentlich.* Et hoc certè prædo-

minantis

minantis Monarchiæ signum est, præsertim quod in illis Rebuspublicis, ubi Aristocratia regnat, nō consultandi modò, sed & proponendi potestas penes ordines sit, uti de comitiis Polonicis refert *Neugeb.l.1. rer. Pol.* Illud etiam Cæsaream potestatem maximopere extolleret, si verum esset, quod à quibusdam scribitur, quando inter Status nulla ratione convenire possit, diremtionem esse collocatam penes Cæsarem. Sanè hujus sententiæ fundamentum videtur existere in §. *Alß vvir aber Receß. Spir. de A. C.* 1544. *ibi: daß vvir fur vns selbst, vnd auß Kayserlicher Macht, vnd vollkommenheit ordnung darin furnehmen vnd geben vvurden, daß sie solches alles geschehen lassen musten, vnd in denselbigen vns als einen Romischen Kayser kein form oder masse zusetzen vvusten.* Et author *der nothvvendigen erinnerung. p.61. Im fall aber,* inquit, *die Stande auff Reichstagen sich hierin nicht vergleichen konnē, bleiben darumb die sachen niet liegen, sondern es gibt der Rom. Keys. den außschlag.*

Sed hoc aliter observari notat *Paurmeist. d. n.31. fere in medio ibi:* si autem inter Cæsarem, & Ordines, vel majorem eorum partem res coire non potest, nihil actum judicatur, sed res in libera ac spontanea conventione posita est,

ita ut nec imperator ex plenitudine, uti loquuntur, potestatis, nec Ordines invito illo quicquam statuere possint, *Consent. Matt. Steph. & Dan. Otto sæpe alleg. loc.*

Post imperatorem maximam obtinet authoritatem, collegium Electorale, & reliqua duo præeminentia ac potestate longe superat, *testib. Dn. Goldasto d.l.c.* ibi: *Der erste vnd furnemste Raht, darauff die andern alle jhren respect haben mussen, ist der Churfursten Raht. Althus. Polit. cap. 33. n. 56. Schifferer apud D. Arum. in jure publ. Ienens. disc. 18. th. 60. Schonborner l. 5. c. 34.* Officium Electorum, quod peragunt in comitiis, consistit cum in votis, tum in officiis Imperatoriæ Majest. exhibendis. Vota autem, quod bene notandum, viritim proferunt, *Paurmeist. d. l. n. 24. Bertram. d. l. th. 69.* Et quidem hoc ordine. I. Trevirensis. II. Coloniensis. III. Palatinus. IV. Saxo. V. Brandenburgensis. Vltimo Moguntinus. *t. 4. §. 3. A. B.* Quænam sint eorum officia præter vota in comitiis, vide *in c. 27. A. B.* & quæ ibi notat *D. Arum.* Hanc tantum annectemus quæstionem; Quid si Electorũ aliquis vice sua legatum mittat, anne is vel vicarius officium ejus peraget? Sane observantia admisit vicarium, & rejecit legatum, vid. *Arum. Disc. 6. A. B. Buxt. th. 51. l. b.*

Secun-

Secundam membrorum classem in comitiis constituunt Principes, quorum nomine, in hac materia, ut *th.* 75. dixi, non tantum primi gradus nobilitatis homines, Cæsare inferiores, Prælatis vero, Comitibus, & Baronibus eminentiores, sed etiam exceptis Electoribus, Principes omnes tam politici, quam Ecclesiastici, prælati, comites, & Barones comprehẽduntur, *Paurm. d. l. Wehn. in pract. observ. verbo Reichstag. Reinking de regim: secul. & Eccles. S. R. I. l. 1. c. 5. n. 8.* Vtuntur autem Principes alio quam Electores suffragiorum ferendorum jure. Namque in eorum senatu alia Principum proprie sic dictorum, alia Prælatorum, Comitum, Baronum ferendi suffragii est ratio. Et quantum ad Principes Ecclesiasticos, Episcopi omnes singularum sententiarum dicendi jus habent, quibus ex veteri Prælatorum ordine accedunt quidam à *Wehnero d. l.* relati. Principum autem politicorum familiæ quædam unum, quædam respectu diversarum linearum duo, tria vel quatuor vota habent.

Quoad Prælatos vero, Comites & Barones; quòd Principes numero longe superant, ideoque sententiarum multitudine, universæ classis vota ad se trahere possint, Igitur jam olim gradus suffraga-

neorum ita constituti sunt, ut Principes Ecclesiastici, & qui ex Prælatis ipsis accensentur, omnes, ut diximus, viritim, Prælati vero & Comites curiatim sententias dicant, hoc discrimine, ut Prælatorum curia unius, Comitum vero ac Baronum à locis in duas tribus, Suevicam ac Wetteravicam dissecta, duorum ferendorum suffragiorum jus habeat, *vide omnino Goldast. d. l. c. 7. von Fursten Rahte* ibi: *vnd haben die Graffen, vnd Herrn nicht mehr als jeder theil Zvvey Stimmen, vnd Zvvey* vota, *eines von vvegen der Schvvabischen Graffen, das ander von vvegen der Wetteravvischẽ, vvelche* vota *durch jhre Gevvaltvogte* expedirt *vverden.* Proponendi & dirigendi prærogativam in hoc secundo senatu, dux Austriæ & Archiepiscopus Salisburgensis alternatim sibi vendicant. *Alth. d. c. 33. n. 61. Dn. Goldast. d. c. 7.* ibi: *in diesem*, sc. Principũ, *Rath hat vor alters Saltzburg, etvvan auch Magdeburg als* primus *geredet, vnd* proponiret, *aber eine gute zeit hero, als erstlich Magdeburg mit Saltzburg der* session *streitig vvorden, vnd dann das Ertzstifft lange zeit nicht* verum Archiepiscopum, *sondern allein* Administratorem *gehabt, sonderlich bey* Carolo V. Imperatori, *da haben Saltzburg, vnd Osterreich in der* session *vnd reden abgevvechselt, vnd* alternis

vicibus *die dinge verrichtet, vnnd noch, vnd alſo Magdeburg gar auſſen bliebẽ, doch* proteſtiret *jedertheil* de ſua prærogativa.

Vltima claſſis curia civitatum imperialium eſt, juſque duplicis habet voti, quamvis inter ſe ſingulæ ſententiam dicant. *Goldaſt. d.l. c.*8. ibi: *Inmaſſen dann auch die Städte in außſchuſſen alle mehr nicht als zvvey* vota *haben, aber in jhren Rath* votirt *ein jeder fur ſich ſelbſt, vnd haben die Geſandten der Städte einen gemeinen* Syndicum, *vvelcher von der Stadt, da der Reichstag gehaltẽ, beſtellet vnd geben vvird. Ead. refert Althuſ. d. c.* 33. *n.*64. Hoc ultimo diligentiſſime ex *Paurm. d. n.* 31. *Schonbornero d. c.* 33. *Reinkingio d. c.* 8. notandum, Non perſonarum vel ordinum, ſed claſſium ſive curiarum vincere numerum. Si itaq; claſſium omnium vel duarum major pars abſque variatione conſentiat, ex parte ordinum ſive curiarum confecta res eſt; ſin minus, tam diu replicando, duplicando, quadruplicando, &c. inter ſe adductis hinc inde pro opinione ſua idoneis argumentis, à Cæſare & Ordinibus diſceptatur, donec vel hi in illorum, vel illi in horũ ſententiam ſponte concedant. *Schönborn. & Paurm. dd. ll.*

Hic opportune tractari poteſt quæſtio elegantiſſima: *Anne vota in comitiis ſint numeranda, an vero ponderanda?*

randa? vel quod idem, *anne majoritas votorum*, An vero *sanioritas sit respicienda?* de hac quæstione vide latissimè *Bartorff. ad A. B. th. 34. Dan. Otton. d. l. tram. th. 73. Besold. de Iurisd. Imper. Romani c. 15. Warem. ab Erenbergk de regni subsid. c. 2. n. 19. Reinking d. l. n. 61.* Et licet majoritas votorum communiter præferatur; attamen nos cum *Bertram & Besoldo* dictis locis hasce sequentes addemus limitationes. I. excipimus causam Religionis, & conscientiæ; cum ejusmodi res singulos singulatim tangat, non universim omnes, neque solummodo excipimus causas, quæ directè Religionem concernunt, sed & cum vel per indirectum intervenit negotium religionis. II. excipimus contributiones. III. statuimus majora vota in detrimentum aliorum locum habere non posse, in tollenda lege fundamentali, & similibus. Atque quod ita in commune placuerit, decreti comitialis ac legis habet vigorem, adeo ut & Cæsar, non minus ac Status & Proceres imperii hisce legibus se subjicere cogatur, & proinde hodie non sit solutus legibus, *vide Receß. Augustan. de A. 1500.* ibi: *Vnd hierauff geredtn vnd versprechen vvir König Maximilian bey vnsern Koniglichen vvurden vnd vvorten, fur vns vnsere Nachkommen Romische Keyser*

Keyser vnd Konig, &c. diese obgeschriebene Satzung, vnd Ordnung getrevvlich vnd festiglich zuhalten, vnd vollziehen, &c.

Quid vero de absoluto Monarcha dicendum, Anne & iste subjectus erit LL.? Nos approbamus sententiam *Gunth. nostri, qui l. 8. in Ligur. sic canit.*

Summus in orbe ferat, legumque immunis & expers
Non servire quidem cogat, sed condere Iura
Fas habeam, &c.

Neque curantur absentes legitime citati: namque & hi acta in comitiis observare tenentur, *vide R. A. de A. 1541. §. Wir auch Churf.* ibi: *vvo aber jemand vngehorsam seyn, vnd zu solchen Tage die seinen nicht abfertigen vvurde, so sollen nicht destovveniger die erscheinenden im handel fortfahren, vnd vvas die Notturfft erfordert, bedencken, berahtschlagen vnd schliessen, vnd vvas also beschlossen, vnd durch vns in das heilige Reich* publicirt, *vnd verkundet vvurde, das sollen die abvvesenden gleichvvol zuhalten vnd zu vollnziehen pflichtig seyn, in allermassen als vveren die gegenvvertig, vnd bey solchen Rathschlagh, vnd beschluß gevvest.* Subscribendi & signandi ratioñe *vid.* ap. *Paurm. d. l. n. 33. Dan. Ottor. d. l. f. 506. Althus. c. 33. n. 88.*

Vltimo hanc quæſtionem annectere lubet, Quis adverſus quos durantibus comitiis juriſdictionem exerceat? Hanc quæſtionem tractant *Bertram d. l. th.* 60. *Dan. Otto d. l. p.* 586. Et reſpondent, diviſam eam eſſe inter Mareſchallú Aulæ Cæſareæ, Mareſchallum hereditarium, & ſenatum oppidanum. Ille enim in eos, qui eidem aulæ ſunt addicti; iſte in legatos, & legatorum familiam, advenaſque omnes: Senatus denique urbicus in ſuos cives eandem exercet.

VI.

PRINCIPVM IMPERII DIGNITAS, IVRA.

Svpereſt demonſtrare, quanta ſit Principum Germaniæ poteſtas, majeſtas, dignitas, autoritas, eminentia, libertas & prærogativa præ aliis aliorum Regnorum Purpuratis, Proceribus, Principibus, Ducibus & Magnatibus, ut vel hinc diſcant exteri, quanta Imperii Imperatoriſque Romani majeſtas ſit & celſitudo. Et hoc unum eſt quod ſummæ ſibi gloriæ ducebat *Carolus V.* dominium habere in perſonas liberas & nobiliores, cum dice-

ret,

ret, se in aliis regnis mancipiis & servis, in Germania verò Regibus imperare: Et certè quoad jus Principum, à Regibus parum aut nihil Principes Imperii differunt, imò verò plus in Principatibus suis, quam summus Principum in toto, quam vel Rex Poloniȩ in universo regno suo, valent: ita tradit *Ioach. Clutenius in Sylloge rerum quotidianar. conclus. 26. inter autores juris publici tom. 2.* ubi addit, Germaniæ Principes omnium aliorum, qui sub exteris Imperiis & regnis sint, liberrimos.

Primo enim communis opinio est, Principes Germaniæ in suis territoriis tantum posse, quantum Imperator in Imperio: *Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 6. n. 10. Zasius lib. 2. Consil. 1. n. 21. Sixtin. 1. de Regal. cap. 5. n. 121.* habent enim jus territoriale proprio & ordinario jure. *Andr. Knichen. Tract. de territorial. jure c. 1. per tot.* Habent item Regalia majora & minora. *lib. 1. feud. tit. 14.* Habent merum & mixtum Imperium. *Gail. 1. Observ. 21. n. 2. Menoch. l. 3. de præsumpt. 100.* & alii multi; unde fit ut jus vitæ ac necis in suos ipsis competat, & quidem sine provocatione, quod præter Molinæum, aliosque etiam Thuanus agnoscit *lib. 2. Historiar.*

Præterea habent jus sessionis & sen-

rentiæ in Comitiis dicendæ, quod ipsis jure proprio & perpetuo competit, unde fit, ut Imper. nihil possit in re magni momenti ipsis inconsultis decernere, aut legem sancire, quod vel maxime ex Recessibus Imperii patet. Cui privilegio conforme est aliud non minus eximiũ quod Electoribus & Principibus imperii competit, quod nimirum in causis ipsos ipsorumq; honorum existimationem, bona ac feuda majora concernentibus, non nisi per comparis dignitatis Principes, tanquam per Pares Curiæ, nequaquam vero per Imperatorem solum aut Cameram Cæsaream judicari possint. Quæ forma judicii, communi apud Germanos voce, jus, hoc est, judicium Principum vocatur, estque instituti antiquissimi. Fruuntur præterea Principes præter judicium illud de quo locuti sumus, alio, nimirum privilegiata quadam jurisdictione, quam vulgo Austregas nominant, à verbo austragen, componere & decidere, quia coram certis ab utraque parte nominatis paris Ordinis judicibus controversiæ civiles Principum mutuo litigantium componuntur & deciduntur. *Reinking. de regim. Secul. & Eccles. l. 2. Class. 2. cap. 16. n. 8.* & hoc judicium tam Cameræ quã Aulæ Cæsareæ jurisdictionem restringit. *Ordinatio Wormat. in Recess.*

Recess. an. 1495. *& in Recess. an.* 1521. & 1540. Modus istius judicii præscribitur in Ordinatione Cameræ *part.2.tit.2. in princ. &* §. 1.

Permissum porro Principibus Germaniæ fœdera tam inter se quam cum exteris, tum pro defensione jurium & rerum suarum, tum pacis publicæ causa, modo in exitium Reipublicæ non tendant, inire: *Ordinat. Cameræ. part.2.tit.9. Recess. Imperii anno* 1529. *Buxtorfius amplissimè ad cap.*15. *Aureæ Bullæ:* Eumq; in finem conventus & cœtus absque ulla veniæ impetratione scientibus & patientibus Imperatoribus indicunt & celebrant. Bodinus 1. *de Republ. c.9.* Principes Germaniæ cum Regibus Gall. quadraginta septem fœdera contraxisse perhibet. Sic fœdus Hanseaticum; sic fœdus Smalcaldicum justa æstimantur: *Warem. ab Erenberg. medit. pro fædere, c.*3. *Sleid.l.*17. *Hist.* Quod in aliis regnis neq; Ducibus, Principibus, imo ne Regũ filiis sine permissu Regis, concessum est; si secus fecerint, læsæ Majestatis rei censentur *Cabotius in disput. juris lib.*1. *c.*18. *in f.* ubi inprimis illud de Gallia affirmat.

Nec fœdera tantum, sed & matrimonia cum exteris Regib. & Dynastis libere contrahunt, sine Imp. scitu & consensu, imo ne dissuadenti obedire tenentur.

Aurea

Aurea Bulla c.15. ubi Arumaeus. Hq; ex eo manifestum est, quod vix ullam familiam Principalem, quarum octodecim in Germania hodie sunt, quibus omnibus competunt praerogativae istę, de quibus loquimur, reperire sit, quae non aliquoties cum Regibus & exteris Principibus conjugia & affinitatem contraxerit: Exemplo sit vel sola Prosapia Palatina, ut reliquas taceam: *Ista bis terve* cum Regibus Poloniae, cum Moscoviae Duce, cum Rege item Siciliae, cum Comite Landcastriae in Anglia, cum Rege Arragoniae, cum Burgũdiae Ducibus, bis cum Daniae, bis cum Angliae Regibus, bis cum familia Regum Galliae, bis cum Allobrogum Ducibus, bis cum Sueciae Regibus, cum gente quoque Rohana in Gallia, affinitatem & connubia iniit.

Dicimus praeterea jus rerum sacrarum ęis competere; hoc est, posse publicum tam Catholicae quam Augũstanae Confessionis exercitium mutare vel restituere jure territorii: *Constitut. de pace religion. Anno* 1555. §. 15. Propterea Ordines protestantes exercent in territoriis suis jura Episcopalia, constituunt consistoria senatumque Ecclesiasticum, in quo de omnibus quae ad Episcopũ, imo ad ipsum Papam apud Pontificios deferuntur decidenda, judicatur, statuitur & praecipitur sine

tur ſine provocatione. *per receſſ. ſeu conſtitut. anni* 1552. *&* 1555. Quâ in parte poteſtas ſecularium ordinum proteſtãtium major eſt quam Catholicorum Romanorum.

Adhæc habent poteſtatẽ in ditionibus ſuis non ſolum jus dicendi de omnibus cauſis civilibus & criminalibus ſine provocatione, ſed & pro arbitrio condendi vel abrogandi ſtatuta, jura municipalia, conſtitutioneſque provinciales juri quoque communi adverſantes, quibus ſubditi etiam ſine aſſenſu Cæſaris parere neceſſe habent. *Gail.* 2. *obſerv.* 127. *n.* 8. *& de arreſtis c.* 1. *n.* 1. *Paul. de Caſtro Conſil.* 34. & multi alii. Poſſunt item pœnas capitales remittere, criminaque abolere; *Receſſ. Imp.* 1526. §. *debet autem. &* §. *ſeq.* latè *Farinac. in Pract. crimin. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 6. Quod in Gallia nulli præter Regem facere licet. *Choppinus de legibus Andium lib.* 1. *c.* 48. *n.* 5. Iura inſuper fiſcalia Ordinibus Imperii competũt, nim. publicationem bonorum, vel mulctam indicendi, bona vacantia conſiſcandi, *Menoch. arbitr. quæſt.* 93. *Mynſ.* 3. *Obſ.* 91.

Ius inſuper famæ reſtituendæ *Receſſ. Imp. Anno* 1526. ſpurios legitimandi, nobilitandi etiam ſubditos, Principes Germaniæ competere ſibi norunt. *Gail.* 2. *obſerv.*

observ. 142. *Tiraquellus de nobilitat. c.* 6. possunt & onera tam realia quam personalia, etiam patrimonialia subditis imponere, collectas, tributa, vectigalia, census, angarias, & parangarias; *Engelbrecht, de jurisdict. Imper. concl.* 126. *Gail.* 2. *observ.* 52.

Gaudent similiter Principes Imperii jure administrationis belli: hoc est, possunt ex antiquissimo libertatis jure in propriam & aliorum saluté milites concenturiare, subditos ad arma convocare, delectus sive lustrationes instituere, tyrones conscribere. *Constitut. Imperii* 1526. & 1548. & 1555. & 1570. & 1582. arces & oppida communire, castella, propugnacula in confiniis exstruere, aggeres & vallum attollere; *Arnisæus de jure Majest. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 8. *Recess. Imperii de anno* 1555.

Iure quoq; monetæ cudendæ fruuntur, modo secundum publicas in Orbe Christiano receptas leges monetales id fiat, & materia, forma ac pondus ad æstimationem, & pretium commune revocetur. *Ordinat. monetæ anno* 1598. *Edictum monetale in recessu de anno* 1559. *Aurea bulla. cap.* 10.

Inter cætera hoc etiam peculiare & cum Regibus commune habent, ut se gratiâ Dei constitutos esse dicant, & in literis

literis edictisque, ac subscriptionibus inscribant: quod in Gallia, Anglia, Francia, nulli Principum, nec Regum filijs conceditur; imò crimen læsæ Majestatis sit, si quis Rege inferior titulum istum usurpet, quia gratiâ Regis sunt quod sunt. *Reinking, de regim. Secul. & Eccles. lib. 1. Class. 5. c. 6. Chassan. in Consuet. Burgund. in procem. ad vers. Par la grace de Dieu.* Cui non absimilis est & illa prærogativa, quod illis jus legatos tam ad exteros Reges & Principes mittendi quã ab iisdem recipiendi competit. *Reinking. dicto loco n. 42.*

Cœtera Principum Germaniæ privilegia, prærogativas, libertates & jura minora non exequor; siquidem ex superioribus satis apparet, quantus sit Germanorum Principum splendor, dignitas, prærogativa, libertas & eminentia præ aliis aliorum regnorum Ducibus, Principibus & Purpuratis. Hinc Erasmus, Fateor, inquit, summam esse Cæsaris potentiam, sed non omnes nationes hoc nomen agnoscunt; Germani vero qui agnoscunt, certis conditionibus agnoscunt, ut imperent verius quam pareant. *Arumæus discurs. Academ. 2. c. 7. volum. 5.*

VII.

AVREA BVLLA

CAROLI IV.

Data anno cIↃ CCCLVI.

In qua

LEGES IMPERII FVNDAMENTALES.

Cum vero superiori capite & in toto hoc libro toties Aurea Bulla, Recessuum & Constitutionum Imperii, Capitulationis, Cameræ & Aulæ Cæsareæ mentio fiat, non abs re erit pauca de singulis & succinctè monere; Ac primo loco de Aurea Bulla videbimus.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

Carolus Quartus, divina favente clementia, Roman. Imperator semper Augustus, & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Omne regnum in seipso divisum desolabitur; nam Principes ejus facti sunt socii furum: ob quod Dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis, ut palpent

pent in meridie ſicut in tenebris: & candelabra eorum movit de loco ſuo, ut cæci ſint, & duces cæcorum: & qui ambulant in tenebris, offendunt; & cæci mentē ſcelera perpetrant, quæ in diviſione contingunt. Dic ſuperbia, quomodo in Lucifero regnaſſes, ſi diviſionem auxiliatricem non habuiſſes? Dic Sathan invide, quomodo Adam de Paradiſo ejeciſſes, niſi eum ab obedientia diviſiſſes? Dic ira, quomodo Romanam rempublicam deſtruxiſſes, niſi in diviſione Pompeium & Iulium ſævientibus gladiis ad inteſtina prælia concitaſſes? Dic luxuria, quomodo Trojanos deſtruxiſſes, niſi Helenam à viro ſuo diviſiſſes? Tu quidem invidia Chriſtianum Imperium à Deo ad inſtar ſanctæ & individuæ Trinitatis, fide, ſpe, & caritate, virtutibus Theologicis roboratum, cujus fundamentum ſuper Chriſtianiſſimo regno feliciter ſtabilitur, antiquo veneno, quod velut ſerpens in palmites Imperiales, & membra ejus propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, ut concuſſis columnis, totum ædificium ruinæ ſubjiceres, diviſionem inter ſeptem Electores ſacri Imperii, per quos velut ſeptem candelabra lucentia in unitate ſpiritus ſeptiformis ſacrum illuminari debet Imperium, multotiens poſuiſti. Sane cum ex officio,

quo Cæsarea dignitate potimur, futuris divisionum & dissensionum inter Electores ipsos, de quorum numero ut Rex Boemiæ esse dignoscimur, ratione duplici, tam ex Imperio quam electionis jure, quo fungimur, occurrere teneamur, infra scriptas leges, ad unitatem inter Electores solvendam & electionem unanimem inducendam, ac detestandæ divisioni prædictæ variisque periculis ex ea sequentibus aditum præcludendum, in solemni curia nostra Nurembergensi, assidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus ecclesiasticis & secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, procerum, nobilium, & civitatum multitudine numerosa, in solito majestatis Cæsareæ, Imperialibus infulis, insigniis, & diademate coronati, matura deliberatione prævia, de Imperialis potestatis plenitudine edidimus, statuimus, & duximus sanciendas, sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona 4. Idus Ianuarii, regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.

CAP.

CAP. I.

Qualis esse debeat conductus Electorum, & à quibus.

DEcernimus, & præsenti edicto Imperiali perpetuo valituro sancimus, ex certa scientia, & de Imperialis plenitudine potestatis, ut quotiescumque & quandocunq; futuris temporibus necessitas sive casus electionis Regis Romanorum in Imperatorem promovendi emerserit, & Principes Electores ad electionem hujusmodi, juxta antiquam laudabilem consuetudinem habuerint proficisci, unusquisque Princeps Elector, si & quando super hoc fuerit requisitus, quoslibet Principes coelectores suos, vel ipsorum nuncios, quos ad electionem ipsam transmiserint, per terras, territoria & loca sua, & etiam ultra, sicut longius poterit, conducere teneatur, & eis absque dolo præstare conductum, versus civitatem in qua talis electio fuerit celebranda, & ab illa etiam redeundo, sub pœna perjurii & perditionis, pro illa duntaxat vice, suæ vocis quam in electione hujusmodi fuerat habiturus. Quas quidem pœnas eos vel eum, qui in præstando memorato conductu rebelles seu rebellem, negligentes vel negligentem se præ-

buerint, eo ipso decernimus incidisse.

2. Statuimus insuper, & mandamus universis aliis Principibus, feuda à sacro Imperio Romano tenentibus, quocumque nomine censeantur, nec non Comitibus, Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus & ignobilibus, civibus & communitatibus castrorum, civitatum, & locorum Sacri Imperii universis, ut eodem tempore, dum videlicet Regis Romani in Imperatorem promovendi electio celebranda occurrit, unumquemque Principem electorem ab ipsis vel eorum aliquo conductum hujusmodi postulantem, vel ejusdem nuncios, quos ad electionem ipsam duxerit, ut præfertur, per territoria sua & alias quanto possint remotius, absque dolo, modo prædicto conducant. Si qui vero huic nostræ constitutioni contraire præsumpserint, suprascriptas eo ipso pœnas incurrant. Omnes quidem Principes & Comites, Barones, nobiles, milites & clientes, & universi nobiles contrarium facientes, reatum perjurii & privationem omnium feudorum, quæ à sacro Romano Imperio, & à quibuscumque aliis obtinent, & etiam omnium possessionum suarum à quocumque habitarum, incurrant. Omnes quoque cives & communitates contra præmissa facere præsumentes,

mentes, similiter sint perjuri, & nihilominus universis suis juribus, libertatibus, privilegiis & gratiis à sacro obtentis Imperio, sint omnes privati, & cum personis & bonis suis omnibus, bannum & proscriptionem Imperialem incurrant: & eosdem quos ipso facto exnunc, prout exnunc, jure privamus. Deinceps cuilibet hominem auctoritate propria & sine judicio seu invocatione magistratus cujuslibet, impune licebit invadere; nullamq; pœnam propter hoc invadens ipsos debebit ab Imperio aut quovis alio formidare: præsertim cum contra Rempublicam ac sacri statum ac dignitatem Imperii, ac etiam contra honorem proprium & salutem, tantæ rei temerarii neglectores, tanquam rebelles, inobedientes, & perfidi, infideliter & perverse agere convincantur.

3. Decernentes insuper & mandantes, ut omnium civitatum cives & communia jam dictis principibus Electoribus & eorum cuilibet hoc poscenti, eorumque nunciis, victualia in communi pretio atque cursu pro suis, seu nunciorum prædictorum hominumque suorum necessitatibus, dum ad prædictam civitatem causa celebrandæ electionis prædictæ accesserint, ac etiam dum discesserint, ab eadem, vendere, seu vendifacere teneantur:

rat: nullam in præmissis fraudem quomodolibet adhibendo. Alioquin contrarium faciëtes, pœnas illas volumus ipso facto incurrere, quas in præcedentibus contra cives & communitates duximus promulgandas.

4. Quisquis insuper ex Principibus, Comitibus, Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus seu ignobilibus, civibus seu communitatibus civitatum, Princepi Electori ad electionem de Rege Romano celebrandam eunti, vel ab ipsa denuo redeunti, hostiles custodias tendere, seu insidias parare præsumserit, aut ipsos, vel eorum aliquem, in sua, vel suorum personis aut rebus invadere, vel turbare, seu ipsorum vel alicujus eorum nuncios antedictos, sive conductum petierint, sive etiam non duxerint erogandum: hunc una cum universis militiæ sive complicibus, ipso facto supradictas pœnas decernimus incurrisse: Ita videlicet quod quævis persona pœnam incidat, sive pœnas, quas juxta præmissa pro qualibet personarum duximus infligendas.

5. Si vero aliquis Princeps Elector cum aliquo suo coelectore inimicitias gereret, & inter eos quæcunq; contentio, controversia seu dissensio verteretur: his nequaquam obstantibus alter alterum vel alterius nuncios ad electionem hujusmodi de-

di destinandos, præmisso modo conducere sit astrictus, sub pœna perjurii ac perditionis, duntaxat ista vice, suæ vocis in electione, ut superius est expressum.

6. Si qui vero alii Principes, Comites, Barones, milites, clientes, nobiles & ignobiles, cives vel communia civitatum, cum aliquo Principe Electore, vel pluribus ex iisdem adversam gererent voluntatem, seu quævis discordia inter ipsos adinvicem vel guerra sive dissensio verteretur, nihilominus omni contradictione & dolo cessantibus, Principi Electori, vel Principibus, seu ejus vel ipsorũ nunciis ad electioné hujusmodi destinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debeant præstare conductum, prout singuli pœnas jam dictas, per nos videlicet in se latas, voluerint evitare: quas eos, qui secus fecerint, incurrisse decernimus eo ipso.

7. Ad præmissorum autem omnium firmitatem, & certitudinem ampliorem, jubemus & volumus, ut universi Principes, nec non Comites, Barones, Nobiles, Civitates, seu ipsarũ communitates, præmissa omnia literis & juramentis suis firmare, & ad ea bona fide ac sine dolo implenda efficaciter se debeant obligare. Quicunque vero literas hujusmodi dare renuerit, pœnas illas ipso facto incidat, quas pro personarum conditione per

præmissa singulis duximus infligendas.

8. Si quis autem Princeps Elector, aliusve Princeps cujuscunque conditionis aut status, feudum vel feuda à sacro tenens imperio, aut Comes, Baro vel nobilis seu successores talium vel hæredes, supra & infra scriptas imperiales nostras constitutiones & leges adimplere noluerit, aut eis contraire præsumpserit, si quidem talis Princeps Elector extiterit, extunc cęteri sui coelectores à suo ipsum deinceps excludant consortio, ipseque voce electionis & aliorum Principum Electorum loco dignitate careat atque vice, nec investiatur de feudis, quæ à sacro imperio visus fuerit obtinere. Alius vero Princeps aut vir nobilis, ut præfertur, in has nostras leges committens, similiter non investiatur de feudis, quæ à sacro imperio, vel alias obtinet à quocunque: & nihilominus omnes pœnas præmissas suam concernentes personam incidat eo ipso.

9. Quamvis autem universos Principes, Comites, Barones, nobiles, milites, clientes, Civitates quoque & communitates illarum, ad præstandum cuilibet Principi Electori, vel ejus nunciis præfatum conductum, ut prædicitur, indistincte velimus & decrevimus obligari, nihilominus eorum cuilibet singulares conductus

ductus & conductores pro regionum & locorum adjacentia cuilibet magis aptos duximus designandos, ut statim per sequentia plenius apparebit.

10. Primo namque Regem Boemiæ Sacri imperii Archipincernam, conducent Archiepiscopus Moguntinensis, Bambergensis & Herbipolensis Episcopi, Burggravii Nurembergenses: item illi de Hohenloe, de Wertheim, de Brunecke, & de Hanovue: Item civitates Nurenberg, Rotenburg, & Windesheim.

11. Deinde Archiepiscopum Coloniensem, sacri imperii per Italiam Archicancellarium conducent & conducere tenebuntur Moguntinensis, & Trevirensis Archiepisc., Comes Palatinus Rheni, Landgravius Hassiæ: item de Katzenellenbogen, de Nassau, de Dietz, Comites de Isemburg, de Westerburg, de Runkel, de Limpurg & Falkenstein, item civitates Wetslaria, Geylnhausen, & Friedberg.

12. Item Archiepiscopum Trevirensem, sacri imperii per Galliam & regnum Arelatin. Archicancellarium, conducent Archiepiscopus Moguntinensis, Comes Palatinus Rheni: item de Spanheim, de Veldentz Comites: item die Rugraven, Wildgraven, de Nassovv, de Isemburg, de Westerburg, de Runckel, de Limpurg. de Dietz, de Catzenelnbogen, de Eppenstein,

ftein, de Falckenftein, item civitas Moguntinenfis.

13. Deinde ComitemPalatinũ Rheni, S. imperii Archidapiferum, conducere debebit Archiepifcopus Moguntinenfis.

14. Ducem vero Saxoniæ Sacri imperii Archimarefchallum, tenebitur conducere Rex Boemiæ; Moguntinenf. & Magdeburgenf. Archiepifcopi: Itẽ Bambergenf. & Herbipolenf. Epifcopi, Marchio Mifnenf. Landgravius Haffiæ: item Fuldenf. & Hirsfeldenf. Abbates, Burggravii Nurembergenf: item illi de Hohéloeh, de Wertheim, de Bruneke, de Hanaw & de Falkenftein: item Civitates Ernafordia, Mulhufen, Nuremberg, Rotemburg, & Windesheim.

15. Et hi omnes proximè nominati Marchionem Brandenburgenfium facri imperii Archicamerarium, fimiliter conducere tenebuntur.

16. Volumus autem & expreffe ftatuimus, ut unufquifque Princeps Elector, qui talem voluerit habere conductũ, his à quibus ipfum poftulare decreverit, hoc ipfum adeo tempeftive, viamq; qua fuerit tranfiturus, infinuet, & talem conductum expofcat, ut illi qui ad conductum hujufmodi impendendum deputati, & qui fuerint requifiti, ad hoc opportune, valeant & commodè præparare.

17. Præ-

17. Præmissas vero constitutiones circa materiam conductus editas, ita sane debere declaramus intelligi, ut unusquisq; superius nominatus, vel forsan non expressus, à quo in casu præmisso conductum requiri contigerit, ad præstandum ipsum per suas duntaxat terras & territoria, ac etiam ultra, quanto potest remotius, absque dolo, sub pœnis contentis superius sit astrictus.

18. Præterea statuimus ac etiam ordinamus, ut Archiepiscopus Moguntinẽsis, qui fuerit pro tempore, singulis Principibus coelectoribus suis ecclesiasticis & secularibus, electionem eandem, per suos nuncios, patẽtibus debeat literis intimare. In quibus quidem literis talis dies & terminus exprimatur, infra quẽ eædem literæ ad singulos eosdem Principes verisimiliter possint convenire. Hujusmodi vero literę cõtinebũt, ut à die in literis ipsis expressa infra tres menses continuos omnes & singuli Principes Electores Frãkenford. super Moganum esse debeant constituti, vel suos legales ad eundem terminum atque locum nuncios destinare cum plena & omnimoda potestate, suisq; patentibus literis majori cujuslibet eorum sigillo signatis, ad eligendũ Romanorum Regem in Cæsarem promovendum. Qualiter autem & sub qua forma tales literæ confici debeant,

debeant, & quæ in eis solennitas debeat immutabiliter observari, & in qua forma & modo Principes Electores nuncios suos ad electionem hujusmodi destinandos ad potestatem, mandatum, seu procuratoria ordinaria debuerint, ad finem præsentis libri conscriptum invenitur clarius expressum: Et eandem formam illic traditam mandamus, & de imperialis potestatis plenitudine usquequaque decernimus observari.

19. Cum autem ad hoc perventum fuerit, quod de imperatoris vel Regis Romanorum obitu in diœcesi Moguntinensi constiterit, extunc infra unum mensem à die notitiæ obitus hujusmodi continue numerandum, singulis Principibus Electoribus, obitum ipsum & intimationem, de quibus præmittitur, per Archiepiscopum Moguntinensem jubemus & decernimus suis patentibus literis declarari. Quod si idem Archiepiscopus in executione & intimatione hujusmodi, negligens aut remissus fortassis existeret, extunc iidem Principes, motu proprio, etiam non vocati, pro fidei suæ virtute, qua sacrum prosequi tenentur imperium, post hæc infra tres menses, sicut in constitutione proxime posita supra continetur, in civitate Frankenfordensi expedicta conveniant, electuri Re-

gem

gem Romanum in Cæsarem promovendum.

20. Debet autem unusquisque Princeps Elector, vel sui nuncii, prædictam civitatem Frankenfordens. cum ducentis equitaturis tantummodo præfatæ electionis tempore introire: in quorum numero quinquaginta tantum armatos vel pauciores secum introducere poterit, sed non plures.

21. Princeps vero Elector ad electionem hujusmodi vocatus & requisitus,& ad ipsam non veniens, vel legales nuncios cum literis patentibus sigillo suo majori sigillatis plenamque & liberam ac omnimodam potestatem continentibus ad eligendum Romanorum Regem futurum imperatorem, non dirigens, aut veniens, aut hujusmodi nuncios forte transmittens, si postea Princeps ipse, aut prædicti nuncii à prædicto electionis loco recederent, Rege Roman. futuro Cæsare non electo, nec ad præmissa procuratore legitimo substituto solemniter & relicto, electionis voce seu jure, quod in eadem electione habuit & tali modo deseruit, careat ista vice.

22. Injungimus autem civibus de Frankenford. & mandamus, ut ipsi universos Principes Electores in genere, & quemlibet eorum, ab invasione alterius,

si quid

si quid inter eos adversitatis emergeret, & etiam ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus, quos ipsi & eorum quilibet in præfato ducentorum quorum suorum numero ad præfatam duxerint civitatem, in virtute Iuramenti, quod super hoc ipsos ad sancta præstare statuimus, fideli studio & solerti diligentia protegant & defendant: Alioquin perjurii reatum incurrant, & nihilominus omnia jura sita, libertates, gratias, & indulta, quæ à sacro obtinere noscuntur imperio, omnino amittant, bannumque imperiale, cum personis & bonis suis omnibus, incidant eo ipso: Et liceat extunc omni homini auctoritate propria, ac sine judicio; cives eosdem, quos eo casu ex nunc, prout extunc, omni jure privamus, tanquam proditores infideles & rebelles imperii, impune invadere: Ita quod invadentes hujusmodi, pœnam quamcunque à sacro imperio, vel quovis alio, nequaquam debeant formidare. Cives insuper antedicti de Frankenford, per omne tempus illud quo super electione sæpe dicta tractari & agi contigerit, neminem in prǽfatam civitatem, cujuscumque dignitatis, conditionis, vel status extiterit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant: Principibus Electoribus, & eorum nunciis & procuratoribus ante

ante dictis duntaxat exceptis: quorum quilibet cum ducentis equis debebit, ut prædicitur, intromitti. Si vero post ipsorum Principum Electorum introitum, seu in ipsorum præsentia; in præfata civitate aliquem reperiri contigerit, illius exitum cives ipsi debebunt absq; mora cum effectu protinus ordinare, sub omnibus pœnis contra ipsos superius promulgatis, ac etiam in virtute Iuramenti, quod cives ipsi de Franckenfort, super eo virtute præsentis constitutionis præstare debebunt ad sancta, ut in præcedentibus est expressum.

Cap. II.

De Electione Romani Regis.

POstquam autem sæpedicti Electores seu nuncii civitatem Frankenfort ingressi fuerint, statim sequenti die diluculo, in Ecclesia sancti Bartholomæi Apostoli ibidem in omnium ipsorum præsentia, missam de Sancto Spiritu faciant decantari ad finem, ut ipse sanctus Spiritus corda ipsorum illustret, & eorum sensibus lumen suæ virtutis infundat, quatenus ipsi suo fulti præsidio, hominem justum, bonum, & utilem eligere valeant in Regem Romanum futurumque Cæsarem, ac pro salute populi Christiani. Peracta quoque missa hujusmodi, omnes illi

Electores seu nuncii accedant ad altare, in quo missa eadem extitit celebrata, ubi Principes Electores ecclesiastici coram Evangelio beati Iohannis, In Principio Erat Verbum, quod illic, ante ipsos poni debebit, manus suas pectori cum reverentia superponant: Seculares vero Principes Electores, dictum Evangelium corporaliter manibus suis tangant: qui omnes, cum tota ipsorum familia tunc ibi debebunt inermes assistere. At Archiepiscopus Moguntinensis formam iuramenti eis dabit, & una cum ipsis & ipsi, vel absentium nuncii, una cum eo iuramentum præstabunt vulgariter in hunc modum:

2. *Ego Archiepiscopus Moguntinensis sacri imperii per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector, iuro ad hæc sancta Dei Evangelia, hic præsentialiter coram me posita, quod ego per fidem qua Deo & sacro Romano Imperio sum astrictus, secundum omnem discretionem & intellectum meum, cum Dei adiutorio eligere volo temporale caput populo Christiano, id est Regem Romanum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, in quantum discretio & sensus mei dirigunt, & secundum fidem prædictam vocemque meam, & votum seu electionem præfatam dabo, absque omni pacto, stipendio, precio,* vel

vel promisso, seu quocunque modo talia valeant appellari, sicut me Deus juvet & omnes sancti.

3. Præstito denique per Electores seu nuncios in forma & modo prædictis, hujusmodi juramento, ad electionem procedant, nec ammodo de jam dicta civitate Frankofort separentur, nisi prius major pars ipsorum, temporale caput mundo elegerit seu populo Christiano, Regem videlicet Romanorum in Cæsarem promovendum. Quod si facere distulerint infra triginta dies à die pręstiti Iuramenti præfati continuo numerandos, extunc transactis eisdem triginta diebus, ammodo panem manducent & aquam, & nullatenus civitatem exeant antedictam, nisi prius per ipsos, vel majorem partem ipsorum, rector & temporale caput fidelium electum fuerit ut præfertur.

4. Postquam autē in eodem loco ipsi vel pars ipsorum major numero elegerit, talis electio perinde haberi & reputari debebit, ac si foret ab ipsis omnibus, nemine discrepante concorditer celebrata. Sique per tempus aliquod morari, abesse & tardare contingeret aliquem de Electoribus seu nunciis antedictis, dum tamen veniret antequam prædicta esset electio celebrata, hunc ad electionem ipsam in eo statu admitti debere decernimus, in

quo ipsa adventus sui tempore consistebat.

5. Et quia de antiqua approbata & laudabili consuetudine incôvulsè quam immutabiliter semper hactenus extitit observatum: Ideoque & nos constituimus, & de imperialis decernimus plenitudine potestatis, quod is qui modo præmisso in Regem fuerit Romanum electus, peracta statim electione hujusmodi priusquam in aliquibus causis aliis sive negociis virtute sacri imperii administret, universis & singulis Principibus Electoribus ecclesiasticis & secularib. qui propinquiora sacri imperii membra esse noscuntur, omnia ipsorum privilegia, literas, jura, libertates, concessiones, antiquas consuetudines, & etiam dignitates, & quicquid ipsi ab imperio usque in diem electionis suæ obtinuerunt & possederunt, absque dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat per suas literas & sigilla, ipsisq; præmissa omnia innovare, postquâ imperialibus fuerit infulis coronatus.

6. Confirmationem autem hujusmodi, electus ipse cuilibet Principi Electori in specie primo suo nomine Regali faciet, & deinde sub imperiali titulo innovabit, & in his ipsos Principes in genere, & quemlibet eorû in specie, nullatenus impedire, sed potius absq; dolo generose tenebitur.

7. In

7. In casu denique quo tres Principes Electores præsentes, seu absentium nuncii, quartum ex se seu ipsorum consortio, videlicet Principem Electorem præsentem vel absentem, in Regem Romanum elegerint, vocem illius electi, si præsens affuerit, aut nunciorum ipsius, si eum abesse contingeret, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum, partemque majorem decernimus constituere, ad instar cæterorum Principum Electorum.

CAP. III.

De Sessione Treviren. Coloniensis & Moguntini Archiepiscoporum.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus quartus, divina favente clementia Roman. imperator semper Augustus, & Boemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

1. Decor & gloria Sacrosancti Romani imperii, & honor Cæsareus, & reipublicę grata compendia, venerabilium & Illustrium Principum Electorum concordi voluntate foventur: qui velut columnæ proceres sacrú ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentant: quorum præsidio dextera imperialis potentię roboratur: & quanto mutui favoris ampliori benignitate stringuntur, tanto uberioris

rioris pacis & tranquillitatis commoda feliciter profluunt populo Christiano.

2. Ut igitur inter venerabiles Moguntinensem, Coloniensem nec non Trevirens. Archiepiscopos, sacri imperii Principes Electores, omnium litium & suspicionum mala quæ de prioritate seu dignitate sessionum suarum in Curiis imperialibus & Regalibus suboriri valerent, in posterum perpetuis in antea temporibus amputentur, & ipsi in cordis & animorum quieta conditione manentes, de oportunitatibus sacri imperii concordi favore & virtuosę dilectionis studio convenientius meditari valeant pro consolatione populi Christiani, habita deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, tam ecclesiasticis quam secularibus, & de ipsorum consilio, decernimus & de imperatoriæ potestatis plenitudine hac edictali lege perpetuo valitura sancimus, quod supradicti venerabiles Archiepiscopi, Trevirensis videlicet ex opposito, & lineari directione versus imperatoris faciem: Moguntinens. vero in suis diœcesi & provincia, & extra provinciam suam, in toto cancellariatu suo Germanico, provincia Coloniens. dũtaxat excepta: & demum Coloniens. in suis diœcesi & provincia, & extra provinciam suam, in tota Italia & Gallia, in dextro latere

latere Romani Cæsaris sedere possint, valeant & debeant, in omnibus publicis actibus imperialibus, puta judiciis, collocationibus feudorum, & in refectionibus mensarum, ac etiam in consiliis & omnibus aliis agendis propter quæ contingit seu continget eos pro honore seu utilitate imperiali tractandis mutuo convenire. Et hunc modum sessionis sub omni eo ordine, sicut exprimitur superius, ad prædictorum Coloniensis, Trevirensis & Moguntinensis Archiepiscoporum successores perpetuo extendi volumus, ut nullo umquam tempore super his quævis dubietas generetur.

CAP. IV.

De Principibus Electoribus in communi.

STatuimus insuper, ut quotiescumque imperialem curiam ex nunc in antea celebrare contigerit, in qualibet sessione, videlicet tam in consilio, quam in mensa, & locis aliis quibuscumque, ubi imperatorem vel Regem Romanorum cum Principibus Electoribus sedere contigerit, à dextro latere imperatoris vel Regis Roman. immediate post Archiepiscopum Moguntinensem, vel Coloniensem, illum videlicet quem tunc tem-

poris pro qualitate locorum & varietate provinciarum, juxta privilegii sui tenorem, dicto lateri dextro imperatoris assidere contigerit, Rex Boemiæ, cum sit Princeps coronatus & unctus, primum, & post eum continuò Comes Palatinus Rheni secundum sedendi loca debeant obtinere: Ad sinistram vero partem immediate post illum quem ex prædictis Archiepiscopis in latere sinistro sedere continget, primum locum Dux Saxoniæ, & post eum Marchio Brandenburgensium alterum obtinebit.

2. Cæterum, quoties & quando deinceps sacrum vacare continget imperium, extunc Moguntinensis Archiepiscopus potestatem habebit, sicut potestatem habuisse dinoscitur ab antiquo, cæteros Principes antedictos, suos in dicta electione consortes, literatorie convocandi. Quibus omnibus, seu his potuerint & voluerint interesse in electionis termino invicem congregatis, dictus Archiepiscopus Moguntinensis, & non alter, eorundem coelectorum suorum vota singulariter habebit inquirere, ordine subsequenti.

3. Primo quidem interrogabit à Trevirensi Archiepiscopo, cui primam vocem competere declaramus, sicut invenimus hactenus competiisse; Secundo à Coloniensi Archiepiscopo, cui com-

petit

petit dignitas nec non officium Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi: Tertio, à Rege Boemiæ, qui inter Electores laicos ex regiæ dignitatis fastigio jure & merito obtinet primatum: Quarto, à Comite Palatino Rheni: Quinto, à Duce Saxoniæ: Sexto, à Marchione Brandenburgensi. Horum omnium vota, præmisso jam ordine, dictus Archiepiscopus Moguntinensis perquiret. Quo facto dicti Principes sui consortes ipsum vice versa requirent, ut & ipse intentionem suam exprimat, & ipsis aperiat votum suum.

4. Præterea in celebratione imperialis curiæ, Marchio Brandenburgensium aquam lavandis imperatoris vel Regis Romani manibus ministrabit: Primum vero potum Rex Boemiæ: quem tamen sub corona regali, juxta privilegiorum regni sui continentiam, nisi libera voluntate voluerit, non tenebitur: Et Dux Saxoniæ Marescallatus officium exercebit, ut solitum est fieri ab antiquo.

CAP. V.

De jure Comitis Palatini, & Saxoniæ Ducis.

QVoties insuper, ut præmittitur, sacrũ vacare continget imperium, illustris Comes Palatinus Rheni, sacri imperii

archidapifer, ad manus futuri Regis Romani in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, ratione Principatus, seu Comitatus Palatinus privilegio, esse debet provisor ipsius imperii, cum potestate judicia exercendi, ad beneficia ecclesiastica præsentandi; recolligendi reditus & proventus, & investiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine Sacri imperii recipiendi: quæ tamen per Regem Romanum postea electum, suo tempore omnia innovari, & de novo juramenta ipsi præstari debebunt: feudis Principum duntaxat exceptis, & illis quæ *van Leben*, vulgariter appellantur; quorum investituram & collationem soli imperatori vel Regi Romano specialiter reservamus. Ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienationis seu obligationis rerum imperialium hujusmodi provisionis tempore expresse sibi noverit interdictum.

2. Et eodem jure provisionis illustrem Ducem Saxoniæ sacri imperii Archimareschallum frui volumus in illis locis, ubi Saxonica jura servantur, sub omnibus modis & conditionibus sicut superius est expressum.

3. Et quamvis imperator sive Rex Romanorum super causis pro quibus impeditus fuerit, habeat, sicut & consuetudine

dine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, sacri imperii Archidapifero, Electore Principe respondere: illud tamen judicium Comes ipse Palatinus non alibi præterquam in imperiali Curia, ubi imperator seu Romanor. Rex præsens extiterit, poterit exercere.

CAP. VI.

De comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes.

DEcernimus ut in celebratione imperialis Curiæ, quotiescunque illam deinceps celebrari contigerit, antedicti Principes Electores ecclesiastici & seculares, juxta præscriptum ordinem atque modum, à dextris & à sinistris immutabiliter teneant loca sua, eisque vel eorum alicui in quibuscunque actibus ad Curiam ipsam spectantibus eundo, sedendo, vel stando, nullus Princeps alius, cujuscunque status, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis existat, nullatenus præferatur: Eo signanter expresso, quod nominatim Rex Boemiæ in celebratione curiarum hujusmodi, in omnibus & singulis actibus antedictis, quemcumque regem alium, quacunque etiam singulari dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis casu seu caussa venire

vel

vel adesse forte contigerit, immutabiliter antecedat.

CAP. VII.

De successione Principum.

Inter solicitudines illas innumeras, quibus pro felici statu sacri imperii, cui auctore Domino feliciter præsidemus, cor nostrum cottidie fatigatur, ad hoc præcipue meditatio nostra dirigitur, qualiter desiderata & salubris semper unio inter sacri imperii Principes Electores jugiter vigeat, & corda eorum in sinceræ caritatis concordia conserventur: quorum providentia suo tempore orbi fluctuanti tanto celerius, tantoque facilius subvenitur, quanto inter eos nullus error surrepserit & purior fuerit charitas custodita, obscuritate succisa, & jure cujuslibet dilucide declarato.

1. Sane generaliter longe lateque est publicum & quasi per totum orbem notorie manifestum. Illustres Regem Boemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgensem, virtute regni & principatuum suorum, in electione Regis Romanorum in Cæsarem promovendi cum cæteris Principibus Ecclesiasticis suis coelectoribus, jus, vocem, & locum habere, & una cum ipsis censeri & esse

& esse veros & legitimos sacri imperii Principes Electores, ne inter eorundem Principum secularium Electorum filios super jure, voce, & potestate præfata, futuris temporibus scandalorum & dissensionum possit materia suscitari, & sic bonum commune periculosis dilationibus impediri, futuris auctore Deo cupientes periculis salubriter obviare, statuimus & imperiali auctoritate præsenti lege perpetuis temporibus valitura decernimus, ut postquam iidem Principes Electores seculares & eorum quilibet esse desierit, jus, vox, & potestas electionis hujusmodi ad filium suum primogenitum legitimum laicum: Illo vero non extante, ad ejusdem primogeniti primogenitum similiter laicum, libere & sine contradictione cujuspiam devolvatur. Si vero primogenitus hujusmodi, absque heredibus legitimis laicis ab hac luce migraret, virtute præsentis imperialis edicti, jus, vox, & potestas electionis prædictæ, ad seniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam descendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur. Et talis successio in primogenitis & heredibus Principum eorundem, in jure, voce & potestate præmissis, perpetuis temporibus observetur: Ea tamen condi-

conditione & modo, ut si Principem Electorem, seu ejus primogenitum, aut filium seniorem laicum, mori, & heredes masculos legitimos laicos defectu ætatis patientes relinquere contingeret, tunc frater senior ejusdem primogeniti, tutor eorum & administrator existat, donec senior ex eis legitimam ætatem attigerit quam in Principe Electore decem & octo annos completos censeri volumus & statuimus perpetuo & haberi: quam dum exegerit, jus, vocem, & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia, tutor ipse sibi totaliter cum officio teneatur protinus assignare.

3. Si vero aliquem ex hujusmodi Principatibus ipsorum imperio sacro vacare contingeret, tunc imperator, seu Rex Romanus, qui pro tempore fuerit, de ipso providere debebit & poterit, tamquam de re ad se & imperium legitime devoluta: salvis semper privilegiis, juribus & consuetudinibus regni nostri Boemiæ super electione Regis in casu vacationis per regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Boemiæ, faciendi juxta continentiam eorundem privilegiorum, & observatam consuetudinem diuturnam à Divis Romanis imperatoribus sive Regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi sanctione imperiali in

in nullo præjudicare volumus, immo ipsa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni suo tenore & forma indubiam tenere roboris firmitatem.

CAP. VIII.

De Regis Boemiæ, & Regnicolarum ejus Immunitate.

CVm per Divos Romanos imperatores & Reges prædecessores nostros, Illustribus Boemiæ Regibus progenitorib, & prædecessoribus nostris, necnon regno Boemiæ, ejusdemque regni coronæ olim concessum fuerit gratiosius & indultum, sitque in regno eodem à tempore, cujus contrarii hodie non existit memoria, consuetudine laudabili inconvulse servata, diuturnitate temporum, & præscripta moribus utentium sine contradictionis aut interruptionis obstaculo introductum, quod nullus Princeps, Baro nobilis, miles, cliens, burgensis, civis, nulla denique persona ejusdem regni & pertinentiarum ejus, ubicunque consistentium, cujuscunque status, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis existat, ad cujuscumque actoris instantiam extra regnum ipsum, ad quodcumque tribunal seu alterius præterquam regis Boemiæ, & judicium regalis curiæ suæ judicium citare

citare poterit, sive trahi nec vocari debeat, perpetuis in antea temporibus, sive possit: Ideoque privilegium, consuetudinem, & indultum hujusmodi, auctoritate imperiali, & de imperialis potestatis plenitudine ex certa scientia innovantes, & etiam confirmantes, hac præsenti nostra constitutione imperiali perpetuis temporibus valitura statuimus, ut si contra privilegium, consuetudinem & indultum præfatum, quispiam prædictorum, puta Princeps, Baro, nobilis, miles, cliens, civis, burgensis, seu rusticus, aut alia quæcunque persona præmissa, ad cujuscumque tribunal extra regnum prædictum Boemiæ, in quacunque causa criminali, civili, vel mixta, seu super quocunque negocio citatus citata vel comparere, vel in judicio respondere minime teneatur.

Quod si adversus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem, à quocunque Iudice, cujuscunque auctoritatis existat, extra regnum ipsum Boemiæ constituto, judicialiter procedi, processus fieri, seu sententias interlocutorias vel diffinitivas, unam vel plures, in quibuscunque prænominatis causis sive negotiis, quovis modo fieri, & promulgari continger, auctoritate præmissa, de plenitudine insuper antedictæ imperatoriæ pote-

potestatis, citationes, præcepta, processus, & sententias hujusmodi, nec non executiones, & omnia quæ ex eis vel aliquo eorum quomodolibet sequi, attentari possent vel fieri, irritamus penitus, & cassamus: Adjicientes expressè, & edicto Imperiali perpetuò valituro, eadem auctoritate & de præmissæ potestatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in prædicto regno Boemiæ, à tempore cujus contrarii nõ habetur memoria, jugiter observatum existit. Ita nulli prorsus Principi, Baroni, Nobili, militi, clienti, civi, burgensi seu rustico, nulli demũ personæ seu incolæ regni Boemiæ sæpedicti, cujuscumq; status, præeminentiæ, dignitatis, vel conditionis existant vel existat, à quibuscunq; processibus, sententiis interlocutoriis, vel diffinitivis, sive præceptis regis Boemiæ, aut quorumcumque suorum judicium, nec non executionibus eorundem contra se in regali judicio seu coram Regis regni seu prædictorum Judicium tribunalibus, factis aut latis, habitis vel ferendis in antea seu fiendis, ad quodcumq; aliud judicium appellare: provocationes quoque seu appellationes hujusmodi, si quas contra hoc interponi cõtingeret, eo ipso viribus non subsistant, & appellantes ipsi pœnam perditionis causarum ipso facto se noverint incurrisse.

CAP. IX.

De auri, argenti, & aliarum specierum mineris.

PRæſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſtatuimus, ac de certa ſcientia declaramus, quod ſucceſſores noſtri Boemiæ Reges, nec non univerſi, & ſinguli Principes Electores, eccleſiaſtici, & ſeculares qui perpetuo fuerint, univerſas auri & argenti fodinas atque mineras, ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuſcumq; generis metalli, ac etiam ſalis, tam inventas, quam inveniendas in poſterum quibuſcumque temporibus, in regno prædicto, ac terris & pertinentiis eidem regno ſubjectis: nec non ſupradicti Principes in Principatibus, terris, dominiis ac pertinétiis ſuis tenere juſtè poſſint, & legitimè poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto, prout poſſunt ſeu conſueverunt talia poſſideri.

2. Nec non Iudæos habere, theolonea in præterito ſtatuta & indicta percipere: Quodque progenitores noſtri Reges Boemiæ fælicis memoriæ, ipſique Principes Electores, ac progenitores & prædeceſſores eorum, legitimè potuerint uſque in præſens, ſicut hoc antiqua laudabili & approbata conſuetudine, diuturnique

turnique ac longissimi temporis cursu præscripta noscitur observatum.

CAP. X.

De monetis.

STatuimus præterea, ut Regi Boemiæ successori nostro, qui fuerit pro tempore, sicut constat ab antiquo Illustris memoriæ Boemiæ Regibus nostris prædecessoribus licuisse, & in possessione pacifica continua ipsos fuisse juris subsequentis, videlicet monetas auri & argenti in omni loco & parte Regni sui, & subditarum ei terrarũ & pertinentiarum omnium, ubi rex ipse decreverit, sibiq; placuerit, cudi facere, & mandare; sub omni modo & forma in regno ipso Boemiæ, in his ad hæc usque tempora observatis.

2. Quodque futuris perpetuo Boemiæ regibus hac nostra Imperiali constitutione & gratia perpetuo valituris, à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, & personis aliis, quascunque terras, castra, possessiones, prædia sive bona, liceat emere, comparare, seu in donum vel donationem ex quacunque causa, aut in obligationem recipere, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, prædiorum, seu bonorũ conditione consueta, ut videlicet propria recipiantur, vel

comparentur ut propria, libera velut libera, & ea quæ dependent in feudum, similiter emantur in feudum, seu comparata taliter teneantur: Ita tamen, quod ipsi Reges Boemiæ de his quæ modo comparaverint vel receperint, & regno Boemiæ duxerint applicanda, ad pristina ac consueta Iura de talibus sacro explenda & reddenda Imperio sint adstricti. Præsentem nihilominus constitutionem & gratiam, virtute præsentis legis nostræ Imperialis ad universos Principes Electores, tam Ecclesiasticos quam seculares, successores & legitimos hæredes ipsorum plenè extendi volumus, sub omnibus [modis] & conditionibus, ut præfertur.

CAP. XI.

De Immunitate Principum Electorum.

STatuimus etiam, ut nulli Comites, Barones, nobiles, feudales, vasalli, Castrenses, milites, clientes, Cives Burgenses, nullæ quoque personæ Coloniensis, Moguntinensis & Trevirensis ecclesiis subjecti vel subjectæ, cujuscumque status, conditionis vel dignitatis existant, ad cujuscunque actoris instantiam, extra territorium & terminos ac limites earundem Ecclesiarum & pertinentiarum suarum, ad quodcumque aliud tribunal, seu cujus-

cujusvis alterius, præterquam Archiepiscoporum Moguntinensis, Trevirensis, & Coloniensis, & judicium suorum judicum, citari poterint temporibus retroactis, vel trahi seu vocari debeant, perpetuis in antea temporibus sive possint, sicut præteritis invenimus temporibus observatum. Quod si contra præsens edictum nostrum prædictos Ecclesiarum Trevirensis, Moguntinensis, seu Coloniensis subditos, vel eorum aliquem seu aliquos, ad cujuscumque instantiam, seu ad cujuscumque tribunal, pro quacumque causa criminali, civili, vel mixta, seu quocumque negocio, extra territorium, limites seu terminos dictarum Ecclesiarum, vel alicujus earum, citari contingeret, comparere, vel respondere minimè teneantur: & citatio ac prorsus & sententiæ interlocutoriæ vel diffinitivæ contra non venientes à talibus judicibus extraneis latæ vel factæ, fiendæ vel ferendæ, nec non præcepta & præmissorum executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo eorũ, quomodolibet sequi attentari possent, vel fieri, irrita decernimus eo ipso.

2. Adjicientes expresse, quod nulli Comiti, Baroni, nobili, feudali, vasallo, castrensi, militi, clienti, civi, rustico, nulli demũ personæ Ecclesiis hujusmodi subjectæ, seu ejus incolæ, cujuscumq; status, digni-

dignitatis vel conditionis existant, à processibus, sententiis interlocutoriis, & diffinitivis, sive præceptis Archiepiscoporum & Ecclesiarum hujusmodi, ut suorum officiatorum temporalium, aut executionibus eorundem contra se in Archiepiscopali, seu officiatorum prædictorum judicio factis aut latis, habitis, vel ferendis in antea seu fiendis, ad quodcumque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in Archiepiscoporum prædictorum & suorum judicio querelantibus non fuerit justitia denegata, appellationes contra hoc factas non recipi statuimus, cassasque & irritas nunciamus. In defectum vero justitiæ, prædictis omnibus ad Imperialem duntaxat curiam & tribunal, seu Iudicis immediatè in Imperiali Curia pro tempore præsidentis audientiam: Et etiam eo casu, non ad quemvis alium Iudicem, sive ordinarium sive etiam delegatum, his quibus denegata fuerit justitia, liceat appellare. Quicquid vero contra præmissa factum fuerit, sit irritum eo ipso.

3. Eandem constitutionem virtute præsentis legis nostræ Imperialis, ad Illustres Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgensium, Principes Electores seculares, sive laicos, heredes, successores & subdi-

ſubditos eorum, plene extendi volumus, ſub omnibus modis & conditionibus ut præfertur.

CAP. XII.

De congregatione Principum.

INter illas multiplices reipublicæ curas, quibus aſſiduè mens noſtra diſtrahitur, multa conſideratione neceſſarium fore proſpexit noſtra ſublimitas, ut Sacri Imperii Principes Electores, ad tractandum de ipſius Imperii orbiſque ſalute; frequentius ſolito congregentur: qui ſolidæ baſes Imperii, & columnæ immobiles, quemadmodum per longinquas adinvicem terrarum conſiſtunt diſtantias, ita de incumbentibus regionum ſibi cognitarum defectibus referre ſimul & conferre noverunt, ſaniſque providentiæ ſuæ conſiliis non ignorant accommodis talium reformationibus ſalubriter opem dare.

2. Hinc eſt, quod in ſolemni curia noſtra in Nurenberg cum venerabilibus eccleſiaſticis & illuſtribus ſecularibus Principibus Electoribus, & multis aliis Principibus & proceribus per noſtram celſitudinem celebrata, habita cum eiſdem Principibus Electoribus, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, duximus ordinandum quod iidem Principes Electo-

res de cætero per singulos annos semel, transactis à festo resurrectionis Dominicæ quatuor septimanis continuè numerandis, in aliqua civitatum sacri Imperii personaliter congregentur, & ad idem tempus proxime affuturum, seu anno præsenti, colloquium seu curia, & congregatio hujusmodi, in civitate nostra Imperiali Metensi, per nos & eosdem Principes celebretur: ac tunc deinceps die quolibet congregationis hujusmodi locus per nos, quo frequenti anno conveniant, ipsorum consilia statuatur: Hac nostra ordinatione ad nostrum & ipsorum duntaxat beneplacitum duratura. Qua durante ipsos sub nostro Imperiali conductu recipimus ad dictam curiam accedendo, stando, & etiam recedendo.

3. *Præterea ne tractatus communis salutis & pacis per tractum & moram solatii seu excessivam frequentationem convivii retardetur*, ut aliquando fieri est consuetum, concordi voluntate duximus ordinandum, ut deinceps curia seu congregatione præfata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat invitatas: particulares vero, quæ agendorum expeditionem non impediant, cum moderamine sint permissæ.

CAP

CAP. XIII.

De revocatione privilegiorum.

PRæterea ſtatuimus & hoc Imperiali perpetuo ſancimus edicto, quod univerſa privilegia & literæ quibuſcunque perſonis, cujuſcumque ſtatus, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, ſeu civitatum, oppidorum, & quorumlibet locorum univerſitatibus, ſuper quibuſcumq; juribus, gratiis, immunitatibus, conſuetudinibus, ſeu rebus aliis, etiam proprio motu, ſeu à nobis vel recolendæ memoriæ Divis Romanis Imperatoribus, ſive Regibus prædeceſſoribus noſtris Romanis Imperatoribus & Regibus in antea concedenda ſeu concedendæ, non debeant aut poſſint libertatibus, juriſdictionibus, juribus, honoribus, ſeu dominiis Principum Electorum ſacri Imperii eccleſiaſticorum & ſecularium, aut alicujus ipſorum, in aliquo penitus derogare, etiam ſi in talibus privilegiis & literis quarumlibet perſonarum cujuſcunque præeminentiæ, dignitatis, aut ſtatus extiterint, ut præfertur, ſeu univerſitatum hujuſmodi, expreſsè cautum ſit, vel fuerit in futurum, quod revocabilia ſeu revocabiles eſſe non debeant, niſi de ipſis, & toto in eis comprehenſo tenore,

in tali revocatione fieret de verbo ad verbum seriatim mentio specialis. Hujusmodi namque privilegia & literas, si & in quantum libertatibus, jurisdictionibus, juribus, honoribus seu dominiis dictorum Principum Electorum, aut alicujus ipsorum, derogare censentur in aliquo, quod revocamus ex certa scientia & cassamus, revocataque & revocatas intelligi, & haberi decernimus de plenitudine Imperatoriæ potestatis.

CAP. XIV.

De his, quibus ut indignis auferuntur bona feudalia.

IN plerisque partibus vasalli & feudatarii dominorum feuda seu beneficia, quæ à dominis ipsis obtinent, intempestivè, verbaliter, & in fraudem renunciant seu resignant eadem: & facta resignatione hujusmodi, dominos ipsos maliciosè diffidant, suasque inimicitias eis denunciant, damna eis subsequenter gravia inferendo: & beneficia seu feuda sic relicta prætextu guerræ seu inimicitiæ, iterum invadunt & occupant, & detinent occupata. Ea propter præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus, quod talis resignatio seu renunciatio haberi debeat pro non facta, nisi libere

berè & realiter facta fuerit per eosdé, ita quod possessio beneficiorũ & feudorum hujusmodi dominis ipsis corporaliter & realiter assignetur intantum, quod nullo unquam tempore diffidantes ipsi in bonis, seu beneficiis resignatis, dominos ipsos perturbent, per se aut alios, aut molestent, nec ad hoc consilium præstent auxilium vel favorem. Contrarium facientes, seu dominos suos in beneficiis & feudis resignatis vel non resignatis invadens, quomodolibet vel perturbans, vel damna ipsis inferens, seu consilium auxilium præstans talia facientibus vel favorem, feuda & beneficia hujusmodi eo ipso amittat, infamis existat, & banno Imperiali subjaceat, & nullus ad feuda vel beneficia hujusmodi pateat ei de cætero quocunq; tempore aditus vel regressus, nec de novo sibi concedi valeant ullo modo: & facta eis contra hoc illorum concessio seu investitura secuta viribus non subsistat. Postremo omnes pœnas prædictas illos vel illum qui prædicta resignatione non facta contra dominos suos frauduléter agentes vel agens, scienter eos invaserint vel invaserit, diffidatione quacunque prævia vel omissa, vigore præsentis sanctionis incurrere decernimus ipso facto.

CAP.

CAP. XV.

De conspiratoribus.

DEtestandas praeterea, & sacris legibus reprobatas conspirationes & conventiculas, seu colligationes illicitas, in civitatibus & extra, vel inter civitatem & civitatem, inter personam & personam, sive inter personam & civitatem praetextu parentelae, seu receptionis in cives, vel alterius cujuscumque coloris communicationes insuper & confoederationes & pacta, nec non & consuetudinem circa hujusmodi introductam, quam censemus potius corruptelam, reprobamus, damnamus, & ex certa scientia irritamus: quas civitates seu personae cujuscumque dignitatis seu conditionis, aut status, sive inter se, sive cum aliis inter se, sive cum aliis absque auctoritate dominorum quorum subditi vel ministeriales, seu in quorum districtu consistunt; eisdem dominis nominatim non exceptis fecerunt hactenus, & facere praesumpserunt in futuro, sicut eas per sacras divorum Augustorum praedecessorum nostrorum leges prohibitas non ambigitur & cassatas.

1. Illis confoederationibus & ligis duntaxat exceptis, quas Principes & Civitates

vitates ac alii ſuper generali pace provinciarum atque terrarum inter ſe firmaſſe noſcuntur. Illas enim noſtræ declarationi ſpecialiter reſervantes, in ſuo decernimus vigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum.

2. Perſonam ſingularem quæ de cætero contra tenorem præſentis conſtitutionis noſtræ legis antiquæ ſuper hoc editæ, confœderationes, colligationes, conſpirationes & pacta hujuſmodi inire præſumpſerit, ultra pœnam legis ejuſdem, notam infamiæ & pœnam decem librarum auri; Civitatem vero, vel univerſitatem in hanc legem noſtram ſimiliter committentem, centum librarum auri, nec non amiſſionis & privationis libertatum & privilegiorum Imperialium, pœnas incurrere decernimus eo ipſo, medietate pœnæ hujuſmodi pecuniariæ, fiſco Imperiali; reliqua vero domino diſtrictus, in cujus præjudicium factæ fuerint, applicanda.

Cap. XVI.

De Pfalburgeriis.

Cæterum quia nonnulli cives & ſubditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, ſicuti frequens ad nos querela perduxit, jugum originariæ ſubje-

ctionis quærentes abjicere, immo ausu temerario contemnentes, in aliarum civitatum cives recipi se procurant, & frequentius in præterito procurarunt, & nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude præsumpserunt vel præsumunt deserere, terris, civitatibus, oppidis & villis corporaliter residentes, civitatum ad quas hoc modo se transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defensari contendunt, qui in partibus Alemaniæ PFALBURGERII consueverunt vulgariter appellari. Quoniam igitur patrocinari non debent alicui fraus & dolus, de Imperatoriæ potestatis plenitudine, omnium Principum Electorum ecclesiasticorum & secularium sano accedente consilio, ex certa scientia statuimus, & præsenti lege perpetuo valitura sancimus, quod prædicti cives & subditi, eis quibus subsunt, taliter illudentes, in omnibus terris, locis, & provinciis sacri Imperii, à præsenti die in posterum, civitatum in quarum cives tali fraude recipi se procurarunt, juribus & libertatibus in nullo potiantur, nisi ad hujusmodi civitates corporaliter & realiter transeuntes, ibique larem foventes, continuè & verè ac non fictè residentiam facientes, debita onera & municipalia subeant munera in eisdem.

2. Si

2. Si qui vero contra præsentis nostræ legis tenorem recepti sint, vel fuerint in futurum, illorum receptio omni careat firmitate, & recepti, cujuscunque conditionis, dignitatis aut status existant, in nullo casu penitus sive causa, civitatum ad quas recipi se procurant, juribus vel libertatibus gaudeant quomodolibet vel fruantur: Non obstantibus quibuscunq; juribus, privilegiis, vel consuetudinibus observatis quantocunque tempore & obtentis: Quas & quæ in quantum præsenti nostræ legi obviant, præsentibus ex certa scientia revocamus de prædictæ Imperialis plenitudine potestatis, omnique carere decernimus robore firmitatis; Circa præmissa omnia Principum, dominorum & aliorum hominum, quos taliter deseri contingit vel continget imposterum, juribus circa personas & bona subditorum quorumcunque, ipsos sæpedicto modo deserentium, semper salvis; Hos nihilominus qui sæpedictos cives & subditos alienos recipere, contra præsentis nostræ legis dispositionem præsumpserint, vel recipere in præterito præsumpserunt, si eos omnino non dimiserint infra mensem post intimationem præsentium eis factam, centũ marcas auri puri pro transgressione hujusmodi, totiens quotiens deinceps factum

fuerit,

fuerit, incurrere decernentes, quarum medietas imperiali fisco nostro, reliqua vero dominis illorum qui recepti fuerint, irremissibiliter applicetur.

CAP. XVII.

De diffidationibus.

EOs qui de cætero adversus aliquos justam diffidationis causam se habere fingentes, ipsos in locis ubi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempestivè diffidant, declaramus damna quemcunq; per incendia, spolia vel rapinas diffidatis ipsis, cum honore suo inferre non posse. Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus, diffidantes hujusmodi quibuscumque dominis aut personis, cum quibus aliqui fuerunt in societate, familiaritate, vel honesta quavis amicitia conversari, sic factas vel fiendas in posterum, non valere, nec licere prætextu diffidationis cujuslibet quempiam invadi per incendia, spolia, vel rapinas: nisi diffidatio per tres dies naturales ipsi diffidando personaliter, vel in loco quo habitare consuevit, publicè fuerit intimata, possitque de intimatione hujusmodi per testes idoneos fieri plena fides. Quis-

Quisquis secus quempiam diffidare vel invadere modo præmisso præsumpserit, infamiam eo ipso incurrat, ac si nulla diffidatio facta esset: Quem etiam tanquam proditorem per quoscunq; Iudices pœnis legalibus statuimus castigari.

2. Prohibemus etiam & damnamus universas & singulas guerras & lites injustas: cuncta quoque injusta incendia, spolia & rapinas, indebita & inconsueta, thelonia, & conductus, & exactiones pro ipsis conductibus extorqueri consuetas, sub pœnis quibus sacræ leges præmissæ, & eorum quodlibet sanciunt puniendæ.

CAP. XVIII.

Littera intimationis.

Vobis, Illustri & Magnifico Principi, Domino Marchioni Brandenburgensi, sacri Imperii Archicamerario, coelectori, & amico nostro carissimo. Electioni Romani Regis, quæ ex rationalibus causis imminet facienda, præsentibus intimamus: vosque ex officii nostri debito ad electionem præfatam, ritè vocamus: Quotiens à die tali, &c. infra tres menses continuo computandos, per vos, seu nuncios aut procuratores vestros, unum vel plures, sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum, juxta formam sacrarum

legum super hoc editarum, venire curetis, deliberaturi, tractaturi, & concordaturi cum aliis comprincipibus & coelectoribus vestris & nostris, de electione futuri Regis Romanorum in Imperatorem postmodum favente Domino promovendi. in eodem mansuri usque ad plenam confirmationem electionis hujusmodi & aliàs facturi & processuri prout in sacris legibus super hoc deliberate editis invenitur expressum: aliàs non obstante vestra seu vestrorum absentia, in præmissis una cum aliis comprincipibus & coelectoribus vestris, prout legum ipsarum sancivit auctoritas, finaliter procedemus.

CAP. XIX.

Forma Procuratorii mittendi per eum Principem Electorem, qui nuncios suos ad Electionem faciendam duxerit destinandos.

NOs, talis Dei gratia, &c. Sacri Imperii, &c. Notum facimus tenore præsentium universis, Quod cum electio Romanorum Regis ex rationalibus causis imminet facienda, nos de honore & statu Sacri Imperii solicitudine debita intendere cupientes, ne tam gravibus dispendiis periculose subjaceat, de fide & circumspectionis industria dilectorum nobis talis &c. fidelium nostrorum obtinentes, utique præsum-

ſumptionis indubiæ fiduciam ſingularem, ipſos & quemlibet eorum inſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod per unum inceptum fuerit, per alium finiri valeat & licite terminari, omni iure, modo, & forma, quibus melius & efficacius poſſumus ſeu valemus, noſtros veros & legitimos procuratores, & nuncios ſpeciales, facimus, conſtituimus, & ordinamus ad tractandum ubilibet una cum aliis conprincipibus, & coelectoribus noſtris, tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, & cum ipſis concordabunt, & concludent de perſona quacunque habili & idonea in Regem Romanum eligenda, & ipſis tractatibus ſuper electione talis perſonæ habendis, pro nobis loco & nomine noſtris, intereſſendum, tractandum & deliberandum, nec non vice & nomine noſtris eandem perſonam nominãdum, & in ipſam conſentiendum ac etiam in Regem Romanum promovendum, ad ſacrum Imperium eligendum, ac in animam noſtram præſtandum quodcunq; Iuramentum neceſſarium, debitum & conſuetum fuerit circa præmiſſa & quodlibet præmiſſorum, alium vel alios procuratores in ſolidum ſubſtituendum & revocandum, & omnia & ſingula faciendum quæ in præmiſſis & circa præmiſſa, etiam uſque ad conſummationem tractatuum, nominationis, deliberationis, & ele-

ctionis hujusmodi de præsenti faciendæ necessaria aut utilia fuerint, seu etiam quomodolibet oportuna, etiamsi præmissa vel eorum quodlibet, mandatum exigant speciale, etiamsi majora vel magis singularia fuerint supradictis, & quæ nosmetipsi facere possemus, si hujusmodi tractatuum, deliberationis, nominationis & electionis futura negotiis præsentes & personaliter adessemus: Gratum & ratum habentes & habere volentes, & nos perpetuo habituros firmiter promittentes, quicquid per ante dictos procuratores seu nuncios nostros, nec non substitutos aut substituendos, ab ipsis seu eorum altero, in præmissis seu præmissorum quolibet, actum, gestum, seu factum fuerit; aut quomodolibet ordinatũ.

CAP. XX.

De unione Principatuum Electorum, & jurium eis connexorum.

CVm universi & singuli Principatus quorum virtute seculares Principes Electores jus, & vocem in electione Romanorum Regis in Cæsarem promovendi, obtinere noscuntur, cum jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis, eis cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eisdem, adeo conjuncti & inseparabiliter sint uniti, quod jus,

jus, vox, officium & dignitas, alia quoq; jura ad quemlibet Principatum eorundem spectantia cadere non possint in alium, præter illum, qui Principatum ipsum cum terra, vasallagiis, feudis & dominio, ac ejus pertinentiis universis dinoscitur possidere, præsenti edicto Imperiali perpetuo valituro sancimus, unumquemque Principatuum prædictorũ, cum jure, & voce electionis ac officio, cęterisq; omnibus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipsum spectantibus, ita perseverare & esse debere unitũ perpetuis temporibus indivisibiliter & conjunctũ, quod possessor Principatus cujuslibet, etiã juris, vocis, officii, dignitatis & pertinentiarum omniũ ad illum spectantiũ, quieta debeat & libera possessione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipseque & nemo alius per cæteros Principes Electores ad electionem & omnes actus alios pro sacri Imp. honore vel oportunitate gerendos, omni tempore assumi sine cõtradictione qualibet, & admitti, nec aliquid præmissorum ab altero, cum sint & esse debeant inseparabilia, dividi vel ullo tempore debeant separari, aut in judicio vel extra, divisim repeti valeat, aut evinci, vel etiam per sententiam separari, nec aliquis unum sine alio impetẽs audiatur. Quod si per errorem vel aliàs auditus

quis fuerit, aut processus, judicium, sententia, vel aliquid hujusemodi contra præsentem dispositionem nostram emanaverit, seu quomodolibet attentari contigerit, hoc totú, & omnia ex his & quolibet eorum sequentia, eo ipso viribus non subsistant.

Cap. XXI.

De ordine processionis inter Archiepiscopos.

QVoniam autem superius in principio constitutionum nostrarum præsentium circa ordinem Ecclesiasticorum Principum Electorum in consilio & in mensa, & alias quotiens Imperialem Curiam celebrari, seu Principes Electores deinceps cum Imperatore vel Rege Roman. congregari contigerit, sufficienter duximus providendum, super qua pridem audivimus temporibus pluries discesseptatum: Expedire credimus etiam processionis & deambulationis inter eos ordinem diffinire. Quapropter hoc perpetuo Imperiali edicto decernimus, ut quotiescumque in congregatione Imperatoris, vel Regis Romanorum, & Principum prædictorum, Imperatore vel Rege ipso deambulante, insignia ante faciem suam portari contigerit, Archiepiscopus Trevirensis in directa diametrali

linea ante Imperatorem, vel Regem transeat, illiq; soli medii inter eos ambulent, quos Imperialia vel Regalia continget insignia deportare. Dum autem Imperator vel Rex absque insigniis eisdem incesserit, ex tunc idem Archiepiscopus Imperatorem vel Regem præfato modo præcedat, ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur. Aliis duobus Archiepiscopis Electoribus, loca sua, juxta distinctionem provinciarum suarum, circa sessionem superius declaratam, etiã circa processionem perpetuo servaturis.

Cap. XXII.

De ordine processionis Principum Electorum, & per quos insignia deportentur.

AD declarandum autem, in Imperatoris vel Regis Romanorum deambulantis præsentia, processionis ordinem Principum Electorum, de quo supra fecimus mentionem: Statuimus, ut quotiescumq; in celebratione Imperialis Curiæ, Principes Electores cum Imperat. vel Rege Romanorum, in quibuscunque actibus, vel solemnitatibus processionaliter ambulare contigerit, & Imperialia vel Regalia debuerint insignia deportari, Dux Saxoniæ Imperialem seu Regalem ensem deferens, Imperatorem seu Regẽ

immediatè præcedat, & inter illum & Archiepiſcopum Trevirenſem medius habeatur: Comes verò Palatinus pomum Imperiale portans, à latere dextro: & Marchio Brandenburgenſis ſceptrum deferens, à ſiniſtro latere ipſius Ducis Saxoniæ lineariter gradiantur: Rex autem Bohemiæ Imper. ſeu Regem ipſum immediatè, nullo interveniente, ſequatur.

CAP. XXIII.

De benedictionibus Archiepiſcoporum in præſentia Imperatoris.

QVoties inſuper in Imperatoris, vel Regis Romanorum præſentia miſſarum ſolemnia celebrari, ac Moguntinenſis, Trevirenſis & Colonienſis Archiepiſcopos, vel duos ex eis adeſſe contigerit in confeſſione, quæ ante miſſam dici conſuevit, ac in porrectione Euangelii oſculandi, & Pace poſt Agnus Dei portanda, nec non & in benedictionibus poſt finita miſſarum ſolemnia, ac etiam ante menſam faciendis, & in gratiis poſt cibum acceptũ agendis: Is inter eos ordo ſervetur, prout de ipſorum conſilio duximus ordinandum: quod prima die hæc omnia & ſingula à primo, ſecunda die à ſecundo, tertia vero à tertio peragantur. Primum autem vel ſecundum ſeu tertium

tium hoc casu, secundum quod prius vel posterius quilibet eorum consecratus existit, debere intelligi declaramus. Et ut se invicem honore condigno & decenti præveniant, & exemplum aliis præbeant invicem honorandi, is quem circa præmissa ordo tetigerit, ad hæc alterum convenientia & caritativa inclinatione invitet, & tunc demum ad præmissa procedat, seu quodlibet præmissorum.

CAP. XXIV.

Infra scriptæ leges promulgatæ sunt in curia Metensi, per Dominum Carolum IV. Imperatorem, & Bohemiæ Regem, Augustum, anno Domini MCCCLVI. *in die Natalis Christi, assistentibus sibi omnibus sacri Romani Imperii Electoribus, præsentibus Dominis venerabili in Christo patre, Domino T. Episcopo Albanensi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce Illustri, ac Delfino Viennensi.*

SI quis cum Principibus, Militibus, vel privatis, seu quibuscumque personis plebeis etiam scelestam factionem, aut factionis ipsius inierit sacramentum, vel dederit de nece venerabilium & illustriũ nostrorum & sacri Romani Imperii tam ecclesiasticorum quam secularium Prin-

cipum Electorum, seu alterius eorundem, nam & ipsi pars corporis nostri sunt. Eadem enim severitate voluntatem sceleris qua effectum, puniri Iura voluerunt: ipse quidem, utpote majestatis reus, gladio feriatur, bonis ejus omnibus fisco nostro addictis: filii verò ejus, quibus vitam Imperiali specialiter lenitate concedimus: paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hereditarii criminis, metuuntur exempla: à materna vel avita omnium etiam proximorum hereditate & successione habeantur alieni: Testamentis aliorum nihil capiant, sint perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullum unquam honorem nulla prorsus sacramenta perveniant: sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus sit & mors solatium, & vita supplicium.

2. Denique jubemus eos esse notatos sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire temperaverint.

3. Ad filias sane ipsorum quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata sive intestata defecerit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum aut nomen hæredis assequantur. Mitior enim circa eas

eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus, minus ausuras esse confidimus.

4. Emancipationes quoque quæ à prædictis sive in filios post legem duntaxat latam, sive in filias fuerit collata, non valeant.

5. Dotes, donationes quarumlibet, postremo item alienationes, quas ex tempore, qualibet fraude vel jure factas esse constiterit quo primum memorari de ineunda sanctione ac societate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti.

6. Vxores sanè prædictorum recuperata dote si in ea conditione fuerint, ut quæ à viris titulo donationis acceperunt, filiis debeant reservare, tempore quo usufructus absumitur: Omnia eo fisco nostro se relicturas esse cognoscant quæ juxta legem filiis debebantur: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputetur.

7. Id quod de prædictis eorumque filiis quo minus etiam de satellitibus consciis ac ministris, filiisque eorum, simili severitate censemus. Sanè si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, ipse prodiderit factionem, & præmio nobis & honore donabitur. Is verò qui usus fuerit factione, si vel sero, tamen incognita adhuc consi-

liorum

liorum arcana patefecerit, absolutione tamen ac venia dignus habebitur. Statuimus insuper, ut si quid contra prædictos Principes Electores ecclesiasticos vel seculares commissum dicatur, etiam post mortem rei id crimen instaurari posse. In hoc item crimine, quod ad læsam in Principibus Electoribus suis majestatem pertinet, etiam in caput Domini, servi torquentur.

8. Volumus insuper, & præsenti Imperiali sancimus edicto, ut etiam post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, & convicto mortuo, memoria ejus damnetur, & bona successoribus ejus eripiantur. Nam ex quo sceleratissimum quis ceperit consilium, exinde quodammodo sua mente punitus est. Porrò, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare neque manumittere eum posse, nec ei solvere jure debitorem decernimus.

9. In hac causa in caput Domini servos torqueri statuimus, id est, propter causam factionis damnandæ contra Principes Electores ecclesiasticos & seculares, ut præmittitur. Et si decesserit quis, propter incertam personam successoris bona serventur, si in causa huiusmodi fuisse mortuus arguatur.

CAP.

Cap. XXV.

De integritate Principatuum Electorum servanda.

SI cæteros Principatus congruit in sua integritate servari, ut corroboretur justitia, & subjecti fideles pace gaudeant & quiete, multo magis magnifici Principatus, dominia, honores, & jura Electorum Principũ debent illæsa servari. Nam ubi majus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus, basis totius ædificii collidatur.

1. Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro sancimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus insignes & magnifici Principatus, videlicet regnum Boemiæ, Comitatus Palatini Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgensis, terræ, districtus, homagia, vasallagia, & alia quævis ad ipsa spectantia, scindi, dividi, seu quavis conditione dimembrari non debeant, sed in sua perfecta integritate perpetua maneant.

2. Primogenitus filius succedat in eis, sibique soli jus, & dominium competat: nisi forsitan mente captus, fatuus, seu alterius famosi & notabilis defectus existat, propter quem non deberet, seu posset hominibus principari. In quo casu, inhi-

inhibita sibi succeſſione, ſecundo genitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, vel conſanguineum laicum, qui paterno ſtipiti in deſcendenti recta linea proximior fuerit, volumus ſucceſſurum: qui tamen apud alios fratres & ſorores ſe clementem & pium exhibebit continuo, juxta datam ſibi à Deo gratiam, & juxta ſuum beneplacitum, & ipſius patrimonii facultates: diviſione, ſciſſione, ſeu dimembratione Principatus, & pertinentiarum ejus ſibi modis omnibus interdicta.

Cap. XXVI.

De Curia Imperiali & ſeßione.

Die qua ſolennis Curia Imperialis vel Regia fuerit celebranda, venient circa horam primam Principes Electores eccleſiaſtici & ſeculares ad domum habitationis Imperialis ſive regalis, & ibi Imperator vel Rex omnibus inſigniis Imperialibus induetur: & aſcenſis equis omnes vadant cum Imperatore, vel Rege ad locum ſeſſionis aptatæ, & illic quilibet eorum in ordine & modo ſupra in lege de ordine proceſſionis ipſorum Principum Electorum plenius diffinito.

2. Portabit etiam Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu hæc ſunt, ſuper baculo argenteo omnia ſigilla & ty-

& typaria Imperialia sive Regalia.

3. Seculares vero Principes Electores sceptrum, pomum, & ensem, secundum quod superius exprimitur, deportabunt.

4. Portabuntur etiam immediatè ante Archiepiscopum Trevirensem suo loco transeuntem, primo Aquisgranensis, secundo Mediolanensis corona, & hoc ante Imperatorem duntaxat, qui jam est Imperialibus insulis decoratus: quas gestabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem juxta placitum deputandi.

5. Imperatrix etiam vel Regina Romanorum suis augustalibus amicta insigniis, post Regem vel Imperatorem immediatè subsequitur, competentis spacii intervallo suis associata proceribus, suisque comitata virginibus, ad locum sessionis procedat.

CAP. XXVII.

De officiis Principum Electorum in solennibus Curiis Imperatorum vel Regum Romanorum.

STatuimus ut quandocumque Imperator vel Rex Romanorum solemnes curias suas celebraverit, in quibus Principes Electores sua deservire seu exercere debent officia, inscriptus in his ordo servetur.

1. Primò

1. Primò enim Imperatore vel Rege ipso in sede regia sive solio Imperiali sedente, Dux Saxoniæ agat officium suum hoc modo; Ponetur enim ante ædificium sessionis Imperialis vel Regiæ acervus avenæ, tantæ altitudinis, quod pertingat usque ad pectus vel sellam equi: super quo sedebit ipse Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & mensuram argenteam, quæ simul faciant in pondere duodecim marcas argenti: & sedens super equo, primo mensuram eandem de avena plenam accipiet, & famulo primitus venienti ministrabit eandem. Quo facto, figendo baculum in avenam, recedet, & Vicemareschallus ejus, puta de Pappenheim, accedens: vel eo absente, Mareschallus curiæ, ulterius avenam ipsam distribuet.

2. Ingresso vero Imperatore vel Rege ad mensam, Principes Electores Ecclesiastici, videlicet Archiepiscopi, stantes ante mensam cum cæteris prælatis benedicent eandem secundum ordinem, qui circa hæc eis in superioribus est præscriptus. Et benedictione completa, iidem Archiepiscopi omnes, si adsint; alioquin duo uel unus, sigilla & typaria Imperialia sive Regalia à Cancellario Curiæ recipient: Eoque, in cujus Archicancellariatu curiam ipsam celebrari continget, in medio

medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere sibijunctis, sigilla & typaria ipsa, omnes quidem baculum, in quo suspensa fuerint manibus contingentes ea portabunt, & ante Imperatorem vel Regem reverenter ponent in mensa. Imperator verò sive Rex eadem ipsis statim restituet: & in cujus Archicancellariatu hoc fuerit, ut præfertur, is majus sigillum collo appensum usque ad finem mensæ gestabit, & deinceps donec ad hospitium suum perveniat ab Imperiali sive Regali curia equitando. Baculus verò de quo præmittitur, esse debebit argenteus, duodecim marcas argenti habens in pondere, cujus tam argenti quam precii partem tertiam unusquisq; Archiepiscoporum ipsorum persolvet, & baculus ipse protinus una cum sigillis & typariis debet cancellario Imperialis Curiæ assignari, in usus suos beneplacitos convertendus. Postquam autem is quem ordo tetigerit, portando sigillum majus ab Imperiali Curia ad hospitiũ suum redierit, ut præfertur, statim sigillum ipsum per aliquem de suis familiaribus prædicto Imperialis Curię cancellario remittet super equo, quem juxta proprię dignitatis decentiam & amorem, quem ad cancellarium Curiæ gesserit, ipsi Cancellario tenebitur elargiri.

3. Deinde, Marchio Brandenburgensis Archicamerarius accedat super equo habens argenteas pelves cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulchrum manutergium: & descendens ab equo, dabit aquam Domino Imperat. vel Regi Romanorum manibus abluendis.

4. Comes Palatinus Rheni intrabit similiter super equo, habens in manibus quatuor scutellas argenteas cibis impletas, quarum quælibet tres marcas habeat in statera: & descendens ab equo portabit, & ponet ante Imperatorem vel Regem in mensa.

5. Post hos Rex Bohemiæ Archipincerna veniat similiter super equo, portans in manibus cuppam seu scyphum argenteum, ponderis duodecim marcarum, coopertum, vino & aqua permixtum impletum: & descendens de equo, scyphum ipsum Imperatori vel Regi Romanorum porriget ad bibendum.

6. Sicut etiam hactenus observatum fuisse comperimus, ita statuimus, ut peractis per Principes Electores seculares prædictis eorum officiis, ille de Falkenstein subcamerarius equũ & pelves Marchionis Brandenburgensis pro se recipiat.

Magister coquinæ de Nortemberg equum & scutellas Comitis Palatini.

Vice-

Vicepincerna de Limpurg equum & ciffum Regis Bohemiæ.

Vicemareſchallus de Papenheim equum, baculum, & menſuram prædictam Ducis Saxoniæ.

Si tamen ipſi in tali Imperiali ſeu Regali Curia præſentes exiſtant, & eorum quilibet in officio ſuo miniſtret: Si vero ipſi vel eorum aliqui à præfata curia ſe duxerint abſentandos, extunc Imperialis vel Regalis Curiæ cottidiani miniſtri, vice abſentium, puta quilibet in loco ejus abſentis, cui in vocabulo ſeu officio communicat, ſicut geret officium, ſic tollat in præmiſſis & fructum.

CAP. XXVIII

IMperialis inſuper menſa vel Regia ſic debet aptari, ut ultra alias aulæ tabulas ſive menſas in altitudine ſex pedum ſit altius elevata: in qua præter Imperat. Roman. duntaxat vel Regem, die ſolemnis Curiæ, nemo penitus collocetur.

2. Sedes vero & menſa Imperatoris ſive Reginæ parabitur à latere in aula, ita quod ipſa menſa tribus pedibus Imperiali ſive Regali menſa ſit baſſior, & totidem pedibus eminentior ſupra ſedes Principum Electorum: qui Principes ſuas inter ſe in una eademque altitudine ſedes habebunt & menſas.

3. Infra sessionem Imperialem mensæ pro septem Principibus Electoribus Ecclesiasticis & secularibus præparentur, tres videlicet à dextris, & tres aliæ à sinistris, & septima directe versus faciem Imperatoris vel Regis, sicut superius in capitulo de sessionibus & ordine Principum Electorum per nos est clarius diffinitum: ita etiam quod nullus alius, cujuscumque dignitatis vel status existat, sedeat inter ipsos, vel ad mensas eorum.

4. Non liceat autem alicui prædictorum secularium Principum Electorum peracto officii sui debito, se locare ad mensam sibi paratam, donec alicui suorum conprincipum Electorum, ejus officium restat agendum: Sed cum aliquis eorum vel aliqui, ministerium suum expleverint, ad præparatas sibi mensas trãseant, & juxta illas stando, expectent donec cæteri ministeria sua expleverint supradicta, & tunc demum omnes & singuli pariter ad mensas sibi positas se locabunt.

5. Invenimus etiam ex clarissimis relatibus & traditionibus antiquorum, illud à tempore cujus contrarii jam non habetur memoria, per eos, qui nos præcesserunt feliciter, esse jugiter observatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris in civitate Francofordt celebraretur

retur electio, & prima coronatio Aquisgranensi, & in oppido Nurembergensi prima sua regalis curia haberetur. Quapropter certis ex causis etiam futuris præmissa servari debere temporibus declaramus, nisi præmissis omnibus, seu eorum alicui, impedimentum legitimum obviaret.

6. Quandocunque insuper aliquis Princeps Elector ecclesiasticus vel etiam secularis justo impedimento detentus ad Imperialem curiam vocatus venire non volens, nuncium vel procuratorem cujuscumque dignitatis vel status transmiserit, missus ipse, licet loco mittentis juxta datum sibi ab eo mandatum admitti debeat, in mensa tamen vel sede, quæ illi, qui ipsum transmittit, deputata fuerit, non sedebit.

7. Præterea consummatis his quæ in Imperiali qualibet Curia sive Regali fuerint pro tempore disponenda, recipiet Magister Curię pro se totum ædificium seu ligneum apparatum Imperialis sive Regiæ sessionis, ubi sederit Imperator vel Rex Romanorum cum Principibus Electoribus ad celebrandas solemnes curias vel feuda, sicut præmittitur, Principibus conferenda.

CAP. XXIX.

De juribus officialium, dum Principes feuda sua ab Imperatore vel Rege Romanorum recipiunt.

DEcernimus hoc Imperiali Edicto, ut Principes Electores ecclesiastici & seculares, dum feuda sua sive regalia ab Imper. vel Rege recipiũt, ad dandum vel faciendum aliquid nulli penitus sint astricti. Nam pecunia quæ tali prætextu persolvitur, officiatis debetur. Cum ergo ipsi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præsint officiis, suos etiam habentes in hujusmodi officiis substitutos, datos ad hoc à Romanis Principibus & dotatos, videtur absurdum quod substituti Officiales à suis superioribus quocumque quæsito colore exenna postularent: nisi forte ipsi Principes Electores sponte & liberaliter his aliquid largiĕtur.

2. Porrò cæteri Principes Imperii, ecclesiastici vel seculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda sua ab Imperatore Roman. suscipit, vel à Rege, dabit Officialibus Imperialis sive Regalis Curiæ sexaginta marcas argenti cum uno fertone: nisi eorum aliquis privilegio seu indulto Imperiali vel Regali tueri se posset, & probare se solutum vel exemptum à talibus, aut etiam aliis quibuscunq; quę solvi

solvi in susceptione feudorum hujusmodi consuevissent. Prædictarum insuper 63. marcarũ & fertonis divisioné faciet Magister Curię Imperialis sive Regalis hoc modo. Primo enim 10 marcas pro semetipso reservans, dabit Cancellario Imperialis sive Regalis Curiæ 10 marcas; magistris, notariis, dictatoribus tres marcas, & sigillatori pro cera & pergameno unum fertonem: Ita videlicet, quod Cancellarius & notarii Principi recipienti feudum non ad aliud, quam ad dandum sibi testimonium recepti feudi seu simplicis investituræ literam, sint astricti.

Item dabit Magister Curiæ pincernæ de Limpurg de præfata pecunia decem marcas, Magistro coquinæ de Nortemberg decem marcas, Vice-mareschallo de Papenheim decem marcas, & camerario de Falckenstein decem marcas: tali tamen conditione, si ipsi eorum quilibet in hujusmodi curiis solemnibus præsentialiter adsunt in suis officiis ministrando. Si verò ipsi, vel aliqui eorum absentes fuerint, ex tunc officii Imperialis sive Regalis Curiæ, qui talibus præsunt officiis, eorum quorum suplens absentiam, singuli singulorum, sicut vicem nomenque & laborem sufferunt, sic lucrum & commoda reportabunt.

Dum autem Princeps aliquis equo vel

alteri bestiæ insidens feuda sua ab Imperatore vel Rege recipit, equus ille seu bestia, cujuscumque speciei sit, debetur superiori mareschallo, id est, Duci Saxoniæ, si præsens fuerit: alioquin illi de Papenheim ejus Vicemareschallo: aut illo absente, Imperialis sive Regalis Curiæ Mareschallo.

Cap. XXX.

Cum sacri Romani celsitudo Imperii diversarum nationum, moribus, vita & idiomate distinctarum, leges habeat & gubernacula moderari; dignum est, & cunctorum sapientum judicio censetur expediens, quod Electores Principes, ipsius Imperii columnæ & latera, diversorum idiomatum & linguarū differentiis instruantur, ut plures intelligant & intelligantur à pluribus, qui plurimorum necessitatibus revelandis Cæsareæ sublimitati assistunt, in partem solicitudinis constituti. Quapropter statuimus, ut Illustrium Principum, puta Regis Bohemiæ, Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandenburgensis Electorum filii vel heredes & successores, cum verisimiliter, Theutonicum idioma sibi naturaliter inditum scire præsumantur, & ab infantia didicisse, incipiendo à septimo ætatis suæ anno in

in Grammatica, Italica, ac Slavica linguis instruantur. Ita quod infra quartum decimum ætatis annum existant in talibus juxta datam sibi à Deo gratiam eruditi; cum illud non solú utile, immo ex causis præmissis summe necessarium habeatur. eo quod illæ linguę ut plurimum ad usum & necessitatem sacri imperii frequentari sint solitæ, & in his plus ardua ipsius imperii negotia ventilentur.

2. Hunc autem proficiendi modum in præmissis ponimus observandum, ut relinquatur optioni parentum, in filios, si quos habuerint, seu proximos, quos in Principatibus sibi credunt verisimiliter successuros, ad loca dirigant, in quibus de hujusmodi possint linguis edoceri, vel in propriis domibus pædagogos instructores & pueros consocios in his peritos eis adjungant, quorum conversatione pariter & doctrina in linguis ipsis valeant erudiri.

VIII.

CAPITVLATIO CÆSAREA.

SVccedit Capitulatio Cæsarea, quæ est altera lex regia Germanorum seu fundamentalis, sicut Aurea Bulla prima censenda est. Consueverunt enim Electores de more anti-

antiquo, & ex perpetua nunquam interrupta consuetudine Imperatori Imperium & administrationem regno committere, sub certis pactionibus & Capitulis, quæ ultro citroque discusso ordine in macrocolo, sive Charta Claudiana describuntur, & ab Imperatore fide data & solenni Electoribus facta stipulatione agnoscuntur, & corporali jurejurando conceptis verbis, non in fide sola Regis aut Principis, sed Deo in testem religiose vocato, præstito, ratihabentur, confirmantur, & subscribuntur, & appenso sigillo corroborantur. Quo facto, unicuique Electori exemplum authenticum traditur, sex enim autographa similia fiunt, atque ab his Capitibus & conditionibus, quibus Imperium in Imperatorem transfertur, dicta est Capitulatio, quam Romani olim legem Regiam dixere. *vide Arum. tom.* 5. *discurs. Academ.* 17. *cap.* 10. *memb.* 4. *& ad Aur. Bull. thes.* 7. Quo vero tota hæc res fiat apertior, capita Capitulationis ultimæ, ad quam Ferdinandus hodie rerum potiens, se obligari passus est, in epitomes forma hîc subjungemus.

CAPITVLATIONIS CAESAREAE COMPENDIVM.

IN principio præfationis loco dicitur, quod in articulos sequétes cum Electoribus

tibus in forma pacti & contractus consenserit, de iis transegerit & convenerit, eos acceptarit, approbarit,& spospoderit cum certa sententia & virtute harum literarum.

I. Se tanquam Advocatum, tutaturum Orbem Christianum, sedem Romanam, & Pontificem ac Ecclesiam Christianam, jus & justitiam simul æqualiter administraturum, & paci consulturum.

II. Se Auream Bullam, tum pacem tam in religione quam in rebus publicis, tum constitutionem de pace publica anno 1555. in Comitiis Augustanis sancitam, & in Recessibus sequentibus repetitam & confirmatam, leges etiam & decreta cætera Imperialia servaturum, confirmaturum, renovaturum, imo si opus etiam fuerit, cum consilio Electorũ & Ordinum, secundum Reipubl. necessitatem, amplificaturum & correcturum.

III. Se permissurum ut omnes & singuli suis gaudeant & fruantur privilegiis, dignitatibus, juribus, potestatibus,& immunitatibus; adhæc se eorum Regalia, libertates, privilegia, oppignerationes,& hypothecas, consuetudines & alia jura, quæ habent, confirmaturum.

IV. Sex Electoribus, quotiescunque ipsis visum fuerit, integrum fore, vigore Aureæ Bullæ convenire,deque Republica delibe-

deliberare; nullum autem se, quo minus id faciant, impedimentum allaturum, nec in partem malam id interpretaturum, sed in his, & omnibus aliis se ad Aureæ Bullæ præscriptum accommodaturum: Siquidem Electorum confraternitatem inter ipsos initam approbet & ratam habeat.

V. Se illicita fœdera, societates, & colligationes sive subditorum sive plebis, aut nobilitatis, contra Electores & alios Principes initas aboliturum, & cum Electorum consilio operam daturum, ne tales in posterum fiant, sed prohibeantur, ut par est.

VI. Se in rebus Imperium concernentibus, nullum fœdus & pactū cum exteris aut etiam in Imperio initurum, nisi prius sex Electores convocarit, & eorum assensum impetrarit.

VII. Quicquid bonorum alicui Ordinum per vim & contra fas & jus ademptum, se operam daturum, ut sicut jure id convenit, reddatur.

VIII. Se de bonis & facultatibus Imperii nihil distracturum, alienaturum, aut oppigneraturum, sine consensu & permissu Electorum, sed & omnem diligentiam adhibiturū, ut quæ ab aliis nationibus, & præsertim in Italia occupata & Imperio avulsa sunt, primo quoque tempore recuperentur, citra fraudem tamen illorum,

rum, qui vel privilegio vel jure nituntur; Et si quid etiam ipse vel ipsius familiæ quispiam, quod ad Imperium spectet, possideat illegitimo titulo, se ab Electoribus interpellatum, id quamprimum restituturum.

IX. Cum vicinis Regibus & Rebuspublicis se pacem & amicitiam coliturum, neque bellum, inimicitias & arma suscepturum, aut militem peregrinum in Germaniam adducturum, sine prævio consilio, consensu & permissu Ordinum Imperii, saltem sex Electorū. Quod si autem ipse bello petatur propter Imperium, aut Imperio bellum inferatur, sibi permissum fore, quibuscunque præsidiis & auxiliis uti.

X. Se Electores & Ordines non gravaturum convocationibus comitiorū, sportulis, dilationibus, collectis & similibus: neque etiam conventum Imperii in rebus illicitis convocaturū, aut extra fines Imperii acturum, neque vectigal aut tributū imperaturū, sine sex Electorum consensu & permissu: Se etiam subsidia pecuniaria nullum alium in finem, quam in quem collata sunt, impensurum.

XI. Se officiis publicis in Imperio non exteros, sed Germanos & quidem ex Principibus & Illustribus ac Nobilibus viris, qui Imperio devincti sunt, delectos præse-

præfecturum, præterea officia illa & munera relicturum eo loco quo sint, neque quidquam illis detracturum.

XII. Se non permissurum, ut alia lingua quam Germanica & Latina, negotia & literæ expediantur.

XIII. Se nullum ex Ordinibus extra Imperium in jus vocaturum aut ad amicabilem compositionem adacturum: sed omnes & unumquemque Ordinario suo judicio in Imperio secundum Aureæ Bullæ & Imperialium constitutionem & legum ordinationem relicturum.

XIV. Cum Electores & Ordines Imperii, tam ipsi quam eorũ subditi, exemti sint vigore Aureæ Bullæ & per alia privilegia à judiciis non suis, præsertim à Rotwilensi, & tamen interdum contingat, ut per incogitantiam eo evocentur, se operam daturum, ne id fiat, sed etiam coërceatur cum animadversione.

XV. Quia Romæ multa fiunt, contra concordata Principũ & pacta cum Pontificibus inita, operam se daturũ, ne fraus privilegiis fiat & Imperii libertatibus.

XVI. Se rationem cum Electoribus initurum, quomodo Mercatorum monopolia & fœnerationes Germaniæ perniciosa coërceri, & res ista sæpe deliberata tandem ad exitum perduci queat.

XVII. Se nullum portorium aut vectigal

gal impositurum, nisi assentientibus & permittentibus Electoribus.

XVIII. Se curaturum, ne ii, quibus vectigalis exigendi potestas legitime facta est, Electores & Ordines, horumq; subditos gravent, aut ab aliis plus exigant, quam fas & jus sit, sed secundum concessionem ipsis factam se gerant, ac literas reversales eum in finem expediant.

XIX. Cum novæ impositiones & naves excubitoriæ Rheno à Belgis impositæ sint, ac propterea tum commercia, tum Electorum libertas & regalia maximum damnum sentiant, se eam rationem cum sex Electorũ consilio initurum, quomodo ista omnia aboleantur & præveniantur.

XX. Se nemini ullas intercessiones pro vectigalium erectione vel auctione ad Electores daturum.

XXI. Si quis de facto & propria autoritate vectigal erexerit, aut erigere præsumpserit, se contra eum mandata sine clausula decreturum, nec permissurum, ut quis propria auctoritate vectigal indicere valeat.

XXII. Si lis alicui Electorum propter vectigal mota fuerit, hunc non obligatum fore in Camera aut aliis judiciis respondere; se propterea operam daturum, ut Camera supersedeat, & causa coram se cognoscatur.

XXIII. Se non permissurum, ut vectigalibus Electorum ad Rhenum per literas commendatitias, & per immunitatum requisitiones fraus & damnum fiat.

XXIV. Se litibus & controversiis in judicium deductis impedimétum & moram nullam allaturum.

XXV. Se nulli ex Ordinibus vim illaturum: sed si quam ipse vel alius actionem contra aliquem habeat, lege acturum, & nequaquam permissurum, ut qui se cognitioni legitimæ sistere paratus sit, violentia & damno afficiatur, aut bello, ferro & flamma petatur.

XXVI. Se neminem ex Electoribus Principibus, & Ordinibus sine causa & inauditum proscripturum, sed ut juris Ordo, secundum Ordinationem Cameræ, anno 1555. sancitam, & secundum secutos Recessus observetur, accuraturum.

XXVII. Se collectas Imperii oppigneratas aut obsignatas Imperio redempturum.

XXVIII. Se Imperii feuda, Principatus, Comitatus, civitates & similia si quæ vacaverint & Imperio devoluta fuerint, nemini collaturum, aut spem de iis & promissionem daturum, sed ad publicum patrimonium relaturum.

XXIX. Se operam daturum, ut feuda Imperii

Imperii conserventur, renoventur, & legitimo modo agnoscantur; Agnitorum investituram non detrectaturum.

XXX. Si aliquam provinciam auxilio Electorum & Ordinum acquirat, se Imperio conjuncturum: Si sine consilio Electorum aliquid susceperit, hos non obligatos fore sibi præsto esse: si tamen aliquid, quod Imperio deberetur, acquisiverit, nihilominus se illud restituturum.

XXXI. Se monetarias leges cum Electorum consilio correcturum, & confusioni in re nummaria obviam iturum.

XXXII. Nemini se deinceps jus monetæ cudendæ concessurum, sed & iis qui illud sine consensu Electorum obtinuerint, ut & Imperii civitatibus mediatè Imperio subjectis, ademturum.

XXXIII. Se consilium nullum initurum, quo dignitatem Imperatoriam sibi & familiæ suæ hereditariam faciat, sed se ac liberos posterosque suos liberam & inviolatam eligendi Cæsaris potestatem septemviris permissurum, ita ut hi ipso vivente ac dissentiente & nolente, si è re imperii esse judicaverint, Romanum Regem creare sine impedimento valeant.

XXXIV. Vt Vicarii Imperii, juribus & privilegiis suis, juxta Auream Bullam, Pontificias & alias leges, fruantur, permissurum, nec concessurum, ut ipsorum ju-

ra in dubium aut quæstionem vocatu-ra in dubium aut quæstionem vocatu-
& si quid secus factum fuerit, id omne irritum fore.

XXXV. Quod interregni tempore Vicarii egerint, se ratihabiturum & comprobaturum.

XXXVI. Se inaugurationis suæ ritus, secundum præscriptum Aureæ Bullæ celebraturum; & in Germania domicilium ac sedem fixurum.

XXXVII. Se nullum contra Auream Bullam & Sanctiones pragmaticas, nec contra constitutionem pacis publicæ, & eam quæ de religionis libero exercitio sancita est, nec contra ea quæ ab Electoribus & Ordinibus in posterum constituentur, decreta mandatum aut rescriptum emissurum, aut à superiori dispensationem impetraturú, nec permissurum, ut aliquis contraveniat, aut in præjudicium illorum quidpiá moliatur, aut impetret. Quidquid secus factú, id omne nullum fore & irritú.

XXXVIII. Se legatos Electorum & Principum cito auditurum & expediturum. His investituram sine dilatione & innovatione observato veteri tenore, daturum. In rebus arduis consilio Electorú usurum: inprimis se in adsessores dicasterii sui Principes & Illustres ac nobiles personas, quibus res Germaniæ cognita, quique in Germania nati sunt, adhibiturum,

rum, & Curiam suam ita instituturum, ut justitia unicuique administretur.

XXXIX. Se Curiæ suæ Ordinationem & jurisdictionem certam præscripturum, & Electoribus ad examinandum & corrigendum exhibiturum.

XL. Se Electorum officiis hereditariis nullum præjudicium, aut imminutionem facturum, nec ut fiat ab aliis, permissurum.

XLI. Se consiliariis suis & Curiæ Cæsareæ Adsessoribus serio injuncturum, ut hanc Capitulationem in judicando & deliberando ad unguem observent.

IX.

RECESSUS IMPERII.

ORdo nunc postulat, ut de Recessibus Imperii quoque aliquid agamus; Recessus vocamus decreta Comitialia, seu communes Reipubl. universæ, hoc est, Imperatoris cum Ordinibus initas sponsiones & pactiones perpetuæ legis vim habentes, & ad ipsam Imperii administrationem, variis in comitiis, rogatas, sancitas & promulgatas. *Daniel Otto. inter discurs. Arumæi. discurs. 2. de jure publ. c. 12.* Capitula de quibus communi consensu convenerat, Recessus vocabant majores nostri, vel potius à recedendo

Recessus dicti, ut exprimatur vox Germanica, quæ vocat *Abschiedt*, hoc est, decreta in discessum data: Comitiorum, inquit Bodinus, rationem tripartito inire solent, ut partem quidem ferant septemviri cum ipso Principe, partem cæteri Principes, partim legati qui à cæteris civitatibus, quæ Imperiales dicuntur, mitti consueverunt. Ab his Imperii leges ac decreta omnia, quæ Recessus appellantur, sanciri, confirmari & infirmari solent: *lib. 2. de Republ. cap. 6.* Forma vero in rogando, sanciendo & condendo Recessu illa fere observari solet. Primo Electores & Principes capita in deliberationem publice proposita inter se in Senatibus suis mittunt in suffragia: quæ si consententia sint, legati civitatum vocantur, non ferendi quidem ab ipsis suffragii, sed decreti saltem duarum Classium, Electorum scilicet & Principum, promulgandi causa. Legatis adstantibus Moguntinus exponit, quid tam in Electorum quam Principum Senatu fuerit conclusum. Integrum legatis est proferre, quid de proposito negotio ipsis videatur, sed id non suffragii & sententiæ, sed consilii potius & opinionis locum obtinet. Electores ac Principes auscultato consilio, vel in sentétia perstát, vel eam mutant aut corrigunt: postea quod statutum inter ipsos, tanquá Commune

mune Ordinum decretum Imperatori refertur, cui si idem placet, finis est dicendæ sententiæ; sin minus, tam diu ultro citroque adductis argumentis disputatur, & serra disceptationis reciprocatur, donec vel Ordines in Imperatoris, vel hic in illorum sentẽtiam pedibus concedat, quod ubi factum, Decreti & Recessus Comitialis sive legis generalis autoritatem habet, quo omnes imperio subditi indiscriminatim obligantur; Si vero Imperator cum Ordinibus, vel hi cum illo convenire non possunt, nihil actum esse judicatur, sed res inconclusa relinquitur; Nec enim Imperatori concessum est ex plenitudine potestatis & pro arbitrio suo rem definire absque Ordinum consensu, nec Ordinibus licet neglecto Cæsare legem Imperii generalem condere. *Autor informationis de modo & forma comitiorum apud Goldastum in part. 22. de reb. publ. in Imp. gestis. Rumelinus ad Aur. Bull. dissert. 3. part. 2. thes. 16. 17. 18. 19.* Sed & hoc notandum, quod, postquam capitibus propositis omnibus ultro citroque conventum est, consulta in formam decreti redigantur, in Senatu relegantur, tum ab Imperatore, tum à duobus Principibus utriusque Ordinis, tum ab uno ex Abbatibus & comitibus, tum à civitate loci, ubi Comitia habita sunt, signentur,

signata publicentur, & duo authentica exemplaria conficiantur, quorum unum penes Cæsarem, alterum penes Moguntinum asservatur, reliquis Ordinibus describendi copia facta, *Arumaus de Comitiis cap. ult. seu octavo. n. 101. & seqq.* Recessus porro, seu decreta generalia in Comitiis sancita vel promulgata, in libro singulari Germanice edita sunt: quamquam Goldastus multos etiam Recessus & leges Imperii generales libris suis inspersit.


X.

CONSTITUTIO DE PACE PUBLICA.

Superiorib. legibus Imperii fundamentalibus non male accensetur cōstitutio de pace publica: quę definitur Sanctio Pragmatica & lex fundamentalis, seu Edictum publicum & Comitiale à diversis Imperatoribus, diversis in comitiis, cum consensu & adstipulatione Electorum Principum & Ordinum Imperii sancitum & promulgatum, omnibus in Imperio, cujuscunque conditionis sint, præcipiens, ut pacem publicam sartam tectam servent, qui secus fecerint, hoc est, eam dolo malo & malitiose, armata manų, coactis homi-

hominib. violaverint, pœna proſcriptionis, quam bannum Imperiale appellamus, notentur, hoc eſt, eis igni & aqua interdicatur, ut ab omnibus impune offendi poſſint. *Receſſus Auguſtanus Anno* 1500. *Wormatienſis Anno* 1521. *Ordin. Camer. part.* 2. *tit.* 9. *Geil. de pace publica.* Vbi notandum, non ſolum Ordines, in Imperio omnes ac ſingulos, ſed & ipſum Imperatorem expreſſe ad obſervationem hujus conſtitutionis obligari, ex vigore tam contractus & mutuæ conventionis, quam legis & juramenti, ut *in conſtitutionis cap.* 30. *expreſſe ſancitur.* Deinde proviſum etiam & ad hanc conſtitutionem annexum eſt, ut turbatores pacis publicæ ipſo facto abſque ulla ſententia declaratoria in bannum Imperii incidant, & pro bannitis haberi debeant: *Receſſ. de Anno* 1559. *dicta Ordin. Cam. tit.* 9. §. 2. *conſtitut. in Receſſu Anni* 1548. ubi obiter hoc quoque annotandum, qualitates fractæ pacis tres præciſe & quidem copulative requiri: primo ut ſit vis publica, atrox & major, quā cui reſiſti queat; ſecundo, ut ſit vis armata, quæ ſit coactis & adunatis hominibus: tertio requiritur dolus malus, propoſitum, & deſtinata offendendi voluntas: *v. de his Gail. lib.* 1. *de pace publica. cap.* 7.

XI.
CAMERA IMPERIALIS.


Hactenus de Legibus Imperii fundamentalibus: Superest de Dicasteriis Germaniæ supremis, Camerâ nimirum Imperiali, Prætorioque Aulæ Cæsareæ, pauca proloqui.

Est verò Camera Imperialis judicium seu consistoriū aut tribunal præcipuum ac supremum in Imperio, communi Statuum consensu erectum, in quo Judices & Adsessores certâ lege & formâ ab Ordinibus nominati, postea electi & constituti, secundum ordinationem eis præscriptam, lites & controversias determinant, cum publicâ judicandi & judicata exequendi potestate, omni provocatione seu appellatione interdictâ. *Recess. anni* 1501. *Ordinat. part.* 1. *tit.* 3. Cum enim olim ante constitutum hoc tribunal litigantes, Imperatorem & ejus curiam sequi cogerentur, magna cum temporis & facultatum jactura, Imperatoresque propter publicas Imperii curas, decidendis controversiis & juri dicundo vacare non possent, sæpè etiam à centro Germaniæ longissimè abessent: placuit universale Imperii dicasterium, tanquam aliquod justitiæ asylum in meditullio & in ipsis Imperii

Imperii visceribus sub Cameræ nomine erigere & constituere, in quo vice & loco Cæsaris, Electorum & cæterorum Ordinum cognitio & decisio fieret: Hinc factum ut Consistorium Camerale, communi Electorum, atque Ordinum consensu atque conventione, à Maximil. I. primum in publico Wormatiæ celebrato conventu 1495. fuerit institutum & ordinatum, constitutis XVI. Adsessoribus, partim genere natalium, partim doctrina æstimandis; iisque Prætorem Principali, vel ad minimum Comitum vel Baronum dignitate conspicuum præfecerit. Postea verò hoc judicium à sequentibus Imperatoribus amplificato & aucto numero Adsessorum, confirmatum & Spiram translatum fuit, unde non nisi volente Cæsare & Ordinibus transferri aliò potest. De his omnibus videatur *Ordinatio Cameræ.* Ejus inscriptio seu titulus talis est: Ordinatio super judicio Cameræ, consensu omnium acceptata, atque in Reip. utilitatem ex antiquis omnibus ejusdem judicii cõstitutionibus & Recessibus in Comitiis Augustanis 1548. de novo collecta, locupletata, & in sequentibus Comitiis de anno 1555. per Romanorum Regem & ordines revisa, renovata & in multis locis mutata. Ista ordinatio Cameræ omnes in imperio, ipsum

quoque Imperatorem ligat: *Ordin. tert. 2. tit. 3. §. ult.* Ac propter ea Imperator eam abrogare aut mutare non potest, multò minus aliquid adversus eam statuere: siquidem est lex fundamentalis Imperii, & per modum contractus sancita ac promissa.

Habet autem Camera jurisdictionem ordinariam, ab Imperat. & statibus sibi concessam, in omnes Imperii subditos tam mediatos quam immediatos, in illos potissimum in appellationibus, in hos quando simplicis querelæ causa est.

Et quanquam Camera ipsum Imper. repræsentet, ac ejus nomine processus expediat, & sine provocatione judicet: attamen revisionis remedium contra ejus sententiam vel nullam vel injustam cuivis certo modo competit: Ita ut judicium revisorium Imperatori cum ordinibus Imperii, qui revisores, hoc est, judices qui de processu & sententia lata judicent, constituere & eligere solent, reservatum sit. *Vide Ordinat. Cam. part. 1. tit. 26. & part. 3. tit. 53. & 54.*

Et ista pro ratione instituti sufficiant, ubi tamen obiter notandum, Principes & Ordines Protestantes jam inde à multis annis conquestos esse, quod sibi & omnibus, qui eadem secum sacra & religionem profiteantur, justitia vel tarda

vel nulla vel mala administretur, dum Iudices & Adsessores Pontificii, numero & suffragiis antestent Protestantes, cum tamen ex veteri instituto utriq; pares esse deberent. Ideoque sæpius judicium illud reformari enixè, quamvis frustra, petierunt. *Vide acta Legationis ad Rudolphum à Protestantibus missæ apud Lundorpium.*

XII. IVDICIVM AVLÆ CÆSAREAE.


OFfert se postremo loco Aula Cæsarea: Iudicium seu Prætorium Aulicum Cæsaris, vulgò Aulæ Cæsareæ consilium exercetur ab ipso Cæsare, eo in loco ubi is commorari solet. In illo dicasterio seu Senatu Præses plerumque est Comitum seu Baronum aliquis ex Imperio, non ex regnis aut ditionibus propriis & hereditariis ipsius Cæsaris electus. Assidet etiam Præfectus Iuris, quem Vice-Cancellarium Imperii nominant, in Archi-Cancellarii Moguntini vice & loco esse perhibetur. Hoc consistorium prætendit jurisdictioné in omnes causas & omnes Imperii Ordines & subditos, non solum concurrentem cum Camerâ, sed & majorem, utpote cum non tantum libere & sine

sine appellatione, sed & syndicam aut revisione remotis judicet. Hinc Cameriani ea etiam quæ à Cameræ Iurisdictione per ordinationem Cameræ expressim exempta, & Cæsaris cognitioni reservata sunt, ad Senatus hujus diiudicationem & decisionem pertinere prætendunt. Quod tamen Principes & Ordines ita intelligunt, ut cognitio de istis neque ita soli Imperatori reservata censeatur, ut vel Parium Curiæ, vel Principum συνδικασία & consensus excludatur: Sed quemadmodum in omnibus gravioribus negotiis, ita & in his consilium & assensum Ordinum intervenire necesse sit.

Sed de his satis, brevitati enim studendum, ne libellus hic in immensum crescat. Interim sciat benevolus Lector, septem posteriora hujus secundæ partis capita ex manuscripto libri Anonymi hactenus inediti, qui tamen suo tempore lucem visurus sit, ad petitionem Typographi excerpta, & in hunc libellum translata fuisse.

APPEN-

APPENDIX
DE FOEDERE
HANSEATICARVM
CIVITATVM.



Ongus ille tractus à Narva fluvio Livoniam à Russia dividente, in cujus ostio duæ ejusdem nominis sunt civitates, quorum altera Narva Germanica, altera vero Ruthenica Narva, alias Suanogrod dicitur, incipit, ac usque ad Rheni fauces extenditur, ubi inter Hollandiam & Zelandiam in mare ingreditur, terras Hanseaticas complectitur. De quibus primum dico, quod vel homines ejus negotii peritissimi, ac ne ipsi quidem proprii Ligæ aut fœderis illius ministri, nunquam mihi Hansæ originem ejusque principia referre potuerint: neque ego quicquam apud quenquam scriptorem hac de re certi invenerim. quamvis per multos annos, quibus in Germania commoratus ac versatus sum, curiosus (fateor) indagator fuerim. Præcipuam autem & specialiorem informationem à Domino Henrico Sudermanno, è Consulari Coloniæ familia, Docto-

Doctore & Nobili optimis litteris & multarum rerum experientia instructissimo, qui sub splendido hujus fœderis honorario aut stipendio usque ad annum 1590. circiter quadraginta annos ei inservivit, diversis obitis ad Belgii Gubernatores, septem ad Reginam Angliæ, & multis ad Imperatores & Comitia Imperialia Legationibus.

Si vero hic, qui omnia Ligæ hujus tractabat negotia, atque omnia ejus scripta habebat in manibus, ejus certa principia ignorabat, puto ego neminem fortè esse, qui ea se scire gloriari possit: & si qui sint qui aliquam habeant cognitionem, ea occultent, ut obscuræ antiquitatis prætextu, majorem iis autoritatem concilient. Antiquissima quam proferunt memoria est privilegium ab Henrico III. Angliæ Rege anno 1206. ipsis concessum, hac quam subjungam occasione.

In quibusdam Regis hujus bellis, Hanseatici magnum navium numerum, ei in auxilium adduxerunt, ea prius pacta conditione, ut si quæ navis aut frangeretur aut amitteretur, ejus pretium à rege æqua facta æstimatione restitueretur. Præstito itaque usque ad belli finem ac Regis victoriam insigni auxilio, sine quo forte non obtinuisset, in reditu magna afflicti & disiecti tempestate omnes fere naves

naves perierunt, unde restaurationem à Rege ex pacto postulant. Cum autem summa ea gravis, ac Rex solvendo non esset, ac ipsi multis annis ad solutionem pervenire non potuissent, tandem ita cum rege conveniunt, ut Regi totum illud debitum remittant, obligato econtra Rege pro se & posteris, ut liberam Hanseaticis semper relinquat in Anglia negotiationem, absque portorii aut vectigalis augmento, quod ea usque ad tempora centesimam non excedebat, tam in iis quæ adferebantur, quam quæ exportabant.

Ab hoc privilegio autem duo capiunt insignis antiquitatis argumenta. Prius propter magnas quas confederati adduxerunt vires, quas si novitium illud fuisset, nondum tantas habere potuissent. Posterius, ex ipsis privilegii terminis, in quo profitetur Rex se majorum aut Progenitorum suorum confirmare Privilegia: qui loquendi modus (dicebat Sudermannus) non patres saltem, avos, & proavos, sed & ad altius ascendentes secundum Cancellariarum stylum referendus est. Quod tamen ego pro certo affirmare non ausim: quemadmodû & aliud apud me superest dubium, circa hoc ipsum Henrici III. privilegium anno 1206. concessum. Dicitur enim quod Liga

hæc,

hæc, quamprimum constituta erat, membrum volens esse Imperii, protectorem sibi Imperii Principem elegerit, qui fuerit Magnus Ordinis Teutonici in Borussia Magister. Sed certum est quod eo tempore Ordo Teutonicus Borussiam nondum acquisiverat, imò quod tunc vix adhuc fuerit fundatus, ut illi sciunt qui vel mediocriter saltem in historiis sunt versati. Notum enim est ordinem hunc in Ptolemaide, ultra ducentos annos post Templarios & Hospitalarios S. Iohannis Baptistæ esse institutum: nimirum anno 1192. Nec in Borussiam esse ingressum ante annum 1212. quo amissa Ptolemaide Christiani tota Terra sancta ejecti sunt. Nam eo tres illi ordines Templarii scil. Hospitalarii & Teutonici, cum & viribus & divitiis potentes essent, de instituenda in futurum vita inito consilio: Templarii quidem post deprædatam magna avaritia Græciam, bellicis sibi in posterum muniis se subduxerunt, ut splendidis suis Commendis, quas plurimas in Francia habebant gauderet. Atque à pristino degenerantes instituto, citò suum invenerunt exitium, dubia post se relicta fama, aut certa infamia potius nominis & actionum suorum. Hospitalarii autem sapientiores, otium Cypri, ubi se abdiderant detestati, ac

ac voti professionisque memores, Gentiles è Rhodo ejiciunt, eaque subacta tanquam Christianorũ contra Infideles propugnaculum servandum sibi desumunt, quod & multis fecerunt annis, donec tandem amissa Rhodo, in Maltham idem facturi concesserunt, ubi adhuc magna cum gloria pro Christianis depugnant. Teutonici quoque nihil sibi otio exitiosius esse reputantes Borussia tunc à Gentilibus habitata in feudum à Friderico Imper. obtenta, armorum vi eam in potestatem redigunt, ad veram Christi fidem adducunt, & ordini suo sub Sacri Imperii protectione subjiciunt: introducta simul lingua Germanica, & urbibus sexaginta duabus, Castellis autem ultra septuaginta extructis, aliisque tum publicis tum privatis magnificis ædificiis erectis, artibus, commerciis & mercaturis magna frequentia introductis etiam ita excoluerunt, ut jam una ex cultissimis & celeberrimis sit Germaniæ Provinciis, multo futura celebrior, nisi vicinorum invidia, & forte etiam nimia equitum ipsorum mollitia, continuis fuisset quassata bellis, donec tandem postremis hisce temporibus, postquam circiter trecentos annos ei præfuit Albertus Brandeburgicus Magnus Ordinis Magister, relicta avita & Catholica religione, contra

ita votum & promissam fidem, tam
hæreditarium & profanum Principatum
convertit, Sigismundo Augusto Poloniæ
Regi se submittens, & cum eo dividens
quod suum non erat, ut in Latina mea
ejus Provinciæ descriptione videre est.
Factum est hoc anno 1525. ac in me-
dium hic adductum, ut ex hac tempo-
rum computatione appareat, quod fœ-
dus Hanseaticum sub protectione Magni
Borussiæ Magistri cœperit, non potuerit
id fieri anno 1206. cum eo tempore Or-
do Teutonicus in Borussia nondum fue-
rit, quamvis eam paulo postea acquisi-
verit. Fieri tamen etiam potuit, ut fœ-
dus hoc antiquius fuerit, sed quod, ut in
rebus humanis fieri solet, nondum ad
eam pervenerit perfectionem. Nam ex
Henrici III. privilegio clare apparet, se-
ptuaginta & duas civitates eo tempore
in illo fœdere ac sub eo nomine fuisse
comprehensas, quæ forte tunc protecto-
rem nondum habuerũt, sed assumserunt
postea, cum viderunt Teutonicorum vi-
res ita auctas, ut ipsis in aliqua necessitate
usui esse possent. Habuerunt & hoc pro
instituto ordinario, ut singulis decenniis
fœdus renovarent, ac consultarent de o-
mnibus quæ interim occurrebant, de no-
vis recipiendis sociis, de veteribus ex-
cludendis, ac aliis: in quibus consultatio-
nibus,

nibus, fieri etiam potuit, ut sibi, quamvis longo post primam institutionem tempore, Protectorem eligerent, aut eum quem prius habuerunt mutarent.

Cæterum posteaquam huc usque processimus, necessario quasi videtur ipsa requirente materia, ut & alia quædam ad hoc fœdus pertinentia declaremus. Et primum de ipso Hansæ nomine, quod aliqui à vocabulo *handt*, quod manum apud Germanos significat, deductum putant, ut significet fidei vinculum, & unionis quæ duabus manibus junctis adumbratur. Sudermannus putabat vocem esse Gothicam aut Vandalicam, quæ congregationem aut concilium significaret, allegato quod in Verdensi Monasterio Novum in ea lingua vidisset Testamentum, in quo ubi ea habentur verba *Concilium fecerunt in unum*, scriptum erat nomen Hansa, pro verbis *Concilium in unum*. Quod etiam argumentum esset retrusionis antiquitatis, cum ea lingua jam dudum ac multis abhinc seculis in usu esse desierit. Huic autem ego aliam opinionem, quam etiam communiorem video, nimirum vocem hanc ex duabus aut tribus aliis compositam, & dici quasi *an der See*, hoc est, apud, aut ad mare, quemadmodum etiam omnes hujus fœderis civitates ad mare, aut apud

mare ad fluvios navigabiles sitæ sunt.

Atque hoc unum est ex requisitis in illis civitatibus, quæ in hoc fœdere comprehendi volunt, nimirum ut in maris sint littore, aut in fluviorum navigabilium ripa, ea maris vicinitate, ut mutui commercii & negotiationis sit commoditas.

Secundum est, ut liberæ sint, ita ut portarum suarum claves in potestate habeant, & civilia exerceant judicia, quamvis de cætero Principem aliquem superiorem agnoscant. Et hac ratione plures in Geldria, Frisia, Hollandia aliisque Belgii Provinciis, in eo comprehenduntur, quibus proprii sui Principes juramentum præstant de Privilegiis hisce servandis, absque quo fœdere hoc essent excludendæ.

Tertium est, ut sub Imperio sint. Ac ideo non recipiuntur Sueciæ ac Daniæ civitates, quamvis aliàs opportunæ, quia aliis subsunt Regibus, quibus nihil est cum Imperio negotii. Et quamvis Dantiscum aliæque Borussiæ civitates, se ab eo separarint, eo quod Poloniæ se Regibus subjecerint, admittitur tamen, quia & in antiquis & recentioribus Imperii matriculis nomen ejus reperitur, & adhuc cum aliis ad comitia Imperialia citatur: quamvis Poloniæ Rex nunciis qui litteras

litteras illas citatorias adferunt, suspendium sæpius interminatus sit. Et partim quia libertatis suæ prerogativas præ multis aliis retinet, partim etiam quia potens & dives est, etiam nunc non agitur de ejus exclusione, quod proculdubio fieret si minor ejus esset autoritas. Sunt itaque septuaginta & duæ civitates quæ tribus hisce gaudentes requisitis, hoc se in principio colligarunt fœdere, è quibus octo, diversis de causis, ab eo recesserunt, quarum loco plures aliæ successerunt, ita ut numerus hodie multo sit major.

Finis autem fœderis fuit, mutua in occurrente aliqua necessitate defensio, navigationum & commerciorum securitas, & inhibitio ne arma, metalla aut cujuscunque generis bellica instrumenta ad barbaros deferantur. Atq; ideo quando naves onerabantur, constituti erant Revisores, qui eas visitarent. Factum autem hoc erat propter damnorum memoriam, quæ ab Hunnis, qui maximam Germaniæ partem, Saxoniam præcipue cum vicinis regionibus, Pomerania scilicet, Mekelburgo & Brandeburgo, sibi tributariam fecerant, illata fuerunt. In eundem quoque finem procurabatur ne ullæ barbaris relinquerentur pecuniæ, sed ut quantum fieri posset, hac commerciorum specie iis emungerentur,

omnibus quæ ad eos deferebantur præſenti pecunia venditis, & nullis ab ipſis receptis mercibus, quam aliarum permutatione.

Hinc aliud adhuc deſumi poteſt, de fœderis hujus antiquitate argumentum. Plures enim quam ſexcenti & quinquaginta ſunt anni, ex quo Germania ab illa Barbarorum ſervitute liberata eſt, à tempore nimirum *Henrici* qui *Auceps* cognominatus *eſt*, *qui omnibus Imperii unitis viribus conſtanti bello Hunnos adortus*, *eos Germania* expulit, circa annum 937. *eoſque* Vngariæ terminis inclusit, *in quibus* & *manſerunt* poſtea, *Chriſtiana inſuper* religione emolliti, quæ paulo antea in Vngaria à Rege Geiſa propagari cœperat, ac poſtea à filio ejus Stephano confirmata fuerat. Atque ita reges illi ſuo contenti Regno, non amplius aliis, præcipuè Chriſtianis, moleſti eſſe voluerunt.

Cum itaque hoc ex præcipuis hujus fœderis inſtitutis fuerit, ut ſub commerciorum prætextu, nulla ad barbaros deportarentur arma, aut alia bello utilia, ſed potius omnes iis belligerandi præcidérentur commoditates, veriſimile eſt, eam illis cœpiſſe temporibus, quibus à barbaris periculum fuit, atque ita ultra ſexcentos annos duraverit. Quod tamen non

non ita simpliciter pro vero affirmo, sed conjecturas saltem adfero, liberum cuique relinquens judicium, & ut credat id quod maxime arridebit. Sed hæc multum faciunt ad historiæ, quam describimus cognitionem.

Posteaquam nunc dixi quare Liga hæc Hansa dicatur, quot in ea comprehendantur civitates, quod Magnus Borussiæ Magister ejus fuit protector, & quod ultra quadringentos aut forte sexcentos annos duravit, alias jam ejus describam conditiones, ut tanto melius intelligatur historia.

Divisa est hæc Liga in quatuor membra. Primi caput est Lubeca, cui communi reliquorum consensu hæc concessa est præeminentia, ut consilio & assensu sex civitatum vicinarum, in publicis necessitatibus totam Ligam, aut omnes confœderatos convocare possit. Ac fit ea congregatio in ipsa Lubeca, ut in qua ejus est Cancellaria, & archivum. Sed civitates vicinæ quæ Vandalicæ nominantur, sunt Hamburgum, Rostochium, Wismaria, Stralsundia, & Lunæburgum. In his ea quam dixi, residet potestas. Huic autem membro annumerantur omnes civitates Pomeraniæ, Stetinum, Golnavia, Gribswalda, Colberga, Stargardia, Stolpa, Rugevolda, & aliæ.

Secundi membri caput eſt Colonia, civitas magnificentia, & magnitudine, & religione nulli in tota Germania nec ſecunda, nec conferenda. Huic annumeratur Veſalia, Emericum, Duiſburgum, ac aliæ Cliviæ Ducatus civitates: ex Marchæ comitatu Monaſterium, Oſnabrugum, Tremonia, Luſatium, Herferdia, Padeborna, ac aliæ Weſtphaliæ & Thuringiæ civitates. Item Neomagum, Zutphania, Ruremonda, & aliæ: Item Geldriæ civitates, Daventria, Suola, & Campi in Tranſiſalana, & Groninga cum duabus aliis Friſiæ Occidentalis civitatibus.

Brunſuiga tertii membri caput eſt, cui multæ Saxoniæ & Weſtphaliæ civitates annumerantur, item Magdeburgum quæ Metropolis & Primas Germaniæ eſſe ſolebat, Goſlaria, Brema, Hildeshemium, Minda & aliæ. Quartum & ultimum membrum reliquis fortaſſis & potentia & civitatum numero ſuperius eſt Dantiſcum. Atque hunc ordinem ita puto factum, ſecundum temporis quo quæque civitas in confœderationem aſſumpta eſt, rationem, quemadmodum & apud Helvetios adhuc moris eſt. Dantiſco autem annumerantur omnes Boruſſiæ, quæ tota in hoc fœdere comprehenſa eſt, civitates, quarum

præ-

præcipuæ sunt Mariæburgum, Mons Regius, quam *Königsberg* vocant, Colmaria, Turonia, Elbinga, & Brunsberga. Et extra Borussiam accedunt huc etiam tres præcipuæ civitates Livoniæ, nimirum Riga, Dorpatum & Revalia, & si aliquæ in ea regione ad hoc fœdus pertinent.

Hæc itaque tanta civitatum multitudo, fœdere eo colligata est, quod Hanseaticum appellatur, quod in tanta apud Principes Septentrionales fuit existimatione ac reputatione, ut aliquando ejus arbitrio submitterent & judicio, vel maximi momenti & status controversias, & si quando eas decidebant cum protestatione, quod arma sua contra eam partem, quæ pacem renueret, vellent cum altera conjungere, tum quisque sibi cavebat ne ea contra se provocaret. Principes quoque multi confederatos hosce amplissimis invitarunt privilegiis, ut negotiationum suarum curias, in ipsorum ditionibus erigerent, quemadmodum antea Brugis in Flandriæ comitatu fecerant, unde celebre ibi fuit Emporium, quod postea anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, nisi me fallit memoria, Antverpiam translatum est, ubi Hanseatici habent Palatium cum of-

 ficinis,

ficinis & reconditoriis spatiosissimis, excellentis structuræ, quemadmodum & Germani Veneriis suam habent domum aut curiam. Deinde & secundario Londini in Anglia recepti fuerunt. Postea in Russiæ Novogardia, & demum in Berga Norvegiæ: ac in omnibus hisce quatuor locis ædificarunt, ut diximus, domus aut residentias splendidissimas, quas Domos Germanicas vocant. Inter alia autem ipsorum privilegia sub capitis pœna prohibitum erat, ne quisquam qui ex eo fœdere non esset, in iis locis negotiaretur.

Ex hujus Ligæ regionibus, & præcipue Dantisco, Lubeca, Hamburgo, Brema, & Livoniæ civitatibus superius nominatis, magna frumentorum exportatur quantitas, quibus Belgium, Anglia, Lusitania, Hispania & aliæ aluntur, & in præteritis penuriæ annis quoque Italiæ hinc subventum est. Et verum quidem est, quod maxima navium pars quibus ea vehuntur, ab Amsterodamo aliisque Hollandiæ civitatibus, aliquæ etiam ex Anglia veniant, sed illa Hamburgi, aut etiam Dantisci onerantur, aut Amsterodami ea emunt, quò navibus Hanseaticis una cum variis aliis mercibus numerosis classibus deportantur.

tur. Neque ibi vel momentum temporis perditur: in illis enim magnorum commerciorum civitatibus omnia statim distrahuntur. Et quia in Italiam aliquando Belgicis, aliquando verò Anglicis navibus deportantur, natus est quorundam error aut opinio, quod Belgica aut Anglica etiam sint frumenta, quamvis ut diximus è Borussia, Livonia, Polonia, aut etiam ex alia aliqua Germaniæ regione veniant: alii vero cum audiunt, quod naves illæ plerunque Osterlingæ dicantur, putant & ipsos mercatores Osterlingos esse, neque falluntur, cum illæ Lubeca aut Dantisco, aut è vicinis regionibus veniant, quæ inter sinum Firmicum & Cimbricum jacent Promontorium. Orientales enim illæ sunt, cæterarum Germaniæ provinciarum respectu, unde & Mare Balthicum & Sinus Codanus *Ost-See*, hoc est, Mare Orientale vocantur. Et demum quia commercia hæc præcipue ab his veniunt civitatibus, quæ propriè Osterlingæ sunt, aliqui omnes reliquas sub Hanseatica Liga comprehensas, eo vocant nomine, sibi persuadentes hoc nomen & usitatius & splendidius esse. Et Belgæ, à quibus & Hispani hanc didicerunt vocem, non aliter eas nominant, quia ipsorum etiam

etiam respectu Osterlingæ seu Orientales sunt.

Solebant Hanseaticæ hæ naves omnibus temporibus navigare in Hispaniam, præter frumenta infinitam fere aliarum mercium copiam eo deferentes, ad majorem securitatem multis Belgicis comitatæ navibus, itidem frumentis, pellibus & coriis, tam ad vestes quam ad calceos, aliosque usus, item utriusque generis pice, liquida scilicet & dura, canabi, funibus, linteis, ferramentis, lignis, laborato ære, pannis, libris, piscibus & carnibus sale conditis, caseo, butyro, & mille aliis mercibus ac cineribus onustis. Pro quibus ex Lusitania ac Hispania, *Vlissipone nimirum & Hispali*, qui præcipui portus sunt in quibus exscensionem facere solent, Sal, quæ præcipua ibi merx est, Zaccharum, Aromata Indica, cum variis ad medicinam pertinentibus speciebus, aliisque illarum regionum curiositatibus, item lanas multas, aliquantum byssi, olea & vina exportabant. In Italiam autem non solent venire, quamvis aliquando multis ab hinc annis, aliquæ naves halecibus ac aliis salsamentis onustæ huc penetrare ausæ fuerint, & memini Romæ admodum raros fuisse haleces, ac in pan-

pannorum tabernis à Belgis mercatoribus venditos: terra autem illi cum aliis mercibus eo deportabantur, ac in deliciis habebantur. Postea vero singulis fere annis, aliquando una, aliquando vero duæ naves, Genuam, & totidem Liburnum ac Romam totidem venerunt, quæ & haleces adferebant, qui inde per Longobardiam, Hetruriam & Ecclesiæ terras, cum aliis salsamentis distribuebantur. & tandem etiam Venetias usque majori numero venerunt. Quæ navigatio ipsis non sine magno lucro fuit: Exportabant enim ex Italia, alumen, pannos sericos, auro etiam intertextos, vinum, oleum, vitra, ac alias merces. Atque hinc sæpius apud meipsum cogitavi, quomodo DEUS admiranda sua Providentia, miseræ ac calamitosæ Italiæ sterilitatis misertus, animos illorum hominum, ad hanc navigationem paulatim disposuerit, ut in summa nostra necessitate minus nova aut difficilis ipsis videretur. Quemadmodum & multos antea in illis regionibus extraordinaria fertilitate lætissimos dedit annos, ita ut omnibus Dantisci, Lubecæ, Hamburgi, aliarumque vicinarum civitatum repletis granariis, major esset navium patronis voluntas frumenta sua in remotiores

tiores etiam regiones deportare, ut tan-
to majori ea divendant lucro: eodem fe-
re modo, quo Ioſephum illuminari ut
frumenta in lætis illis annis reſervaret,
quibus in extrema ſterilium annorum
penuria & tota Ægyptus, & dilectus ejus
populus ſuſtentari poſſet.

F I N I S.





Summa Privilegii.

Illustrium & Præpotentium D. D. Ordinum fœderatarum Belgiæ provinciarum decreto cautum est Bonaventuræ *&* Abrahamo Elseviriis, *Academiæ Leydensis typographis, Ne quis præter illorum aut hæredum voluntatem toto decennio proximo, his in regionibus excudat, aut alibi extra provincias excusum inferat vendatve librum hunc, cui titulus,* Respublica & Status Imperii Romano-Germanici. *Quod si quis contempta auctoritate, directe vel indirecte, librum hunc, totum, vel partem ejus, hoc sive alio modo, extra dictum temporis intervallum typis mandare, vel impressum alibi in has oras inferre & vendere præsumpserit: confiscatione exemplarium, mulctaque insuper sexcentorum florenorum damnas esto: uti latius patet in ipso privilegio, dato Hagæ in conventu D.D. Ordinum Generalium,* XV *Maji,* MDCXXVI.

G. V. HERTEVELT V^t.

Ad mandatum Præpotentium D. D: Ordinum General. ss.

I. van GOCH.



1-IX-22

